



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

TALOC
Curtor
Chirn
1500
517

EST 86

TAE 4

MON 1

BIBLIOTECA
COMPLUTENSE.
E.26 C.3 N.3

6
8

617
T. 1. 2.

de libro
de legibus
de iustitia
de officio
de iudicio
1205



GASPARIS
TALIACOTII
BONOMIENSIS
De Curtorum Chirurgia per
insitionem.
LIBRI DVO.
AD SERENISSIMUM
PRINCIPEM D.
VINCENTIVM
GONZAGAM
Mantuae & Montis Ferrati
DVCEM

VINVS
POCRA
COVS

APIEN
SSIMVS
ALENVS
PERGAS
ENVS

Apud Gasparum Bindonum
in aedem. Venetijs. 1597.

41-1-07=35

GASPARIS TALIACOTII BONONIENSIS,

PHILOSOPHI ET MEDICI PRAECLARISSIMI;

Theoricam ordinariam, & Anatomicam in Gymnasio Bononiensi publice profitentis.

De Cæcorum Chirurgia per inficionem,
LIBRI DVO.

In quibus ea omnia, quæ ad huius Chirurgiæ, Narium, scilicet, Aurium, ac Labiorum per inficionem restitutorum cum Theorica, tum Practicæ pertinere videantur, clarissima methodo cumulatim declarantur.

Adhuc Cæcis Traductis Instrumentorum omnium, atque deligationum Iconibus, & Tabulis.

Cum Indice quadruplici expeditissimo, Capitum singularum, Aulicorum, Controuersiarum, Rerum denique & verborum memorabilium.

Cum Præfatione Sæmæ Romanæ, Cæsaræ Madematæ, Carissimissimi Regis Galliæ, Præf. Hospitalium, Senatus Vrbis, et aliorum Principum.



*del collegio della
Comp. de' PP. de
Reale Spina*



VENETIIS, M D XCVII.
Apud Gasparem Bindonum Juniore.

Gli Eccellentissimi Signori Capi dell' Illustrissimo Consiglio di X. infra scritti, hauuta fede dalli Sig. Reformatori sopra lo studio di Padoa, per relatione delli tre à ciò deputati, cioè del Reuerendo P. Inquistor, del circ. Secretario del Senato Gio. Maraueglia, & di D. Fabio Paulini Dottor & lettor publico, che nella Cirugia di Gasparo Tagliacozza, non vi è cosa alcuna contra le leggi, & è degna di stampa, concedono licentia, che possa esser stampata in questa Città.

Dat. die 9. Octobris 1596.

D. Aluise Mocenigo.
D. Siluan Capello.
D. Marc' Antonio Erizzo.

Capi dell' Illustrissimo Consiglio di X.

Illustrissimi Confilij X. Secretarius
Caelius Magnus.

1597 Ad 29. April.
Registrata nell' officio cont. la Biafema.

Philippus Brocardus officij cont.
Blasph. Coad.

Cum licentia Superiorum.

SERENISSIMO
PRINCIPI
D. VINCENTIO GONZAGAE
MANTVAE, ET MONTISFERRATI DVCI.



Gaspar Taliacotus. S.

VOD in bene morata Republica, Serenissime
Dux, facere solent boni ciues, vt omnem operam
suam, omne studium, omnes conatus suos ad pa-
trię dignitatem, & vtilitatem conferant: Id etiam
in re literaria, & precipue in scientijs, artibusq; in-
genijs pertractandis sancte colendum est, vt, qui
in ijs laborant, bene de ijs mereantur, & ad commodum aliorum,
omnem curam, omnem diligentiam suam, & industriam conuertat.
Sunt enim, qui in hoc uite genere plus de suo, quam aliorum fructu
laborent. Sunt qui non tam alios iuuent, quam qui vel voluerunt,
vel potuerunt, improbent. Atque apud hos mirum, quam conten-
tionum, quam hesitationis omnia plena sunt, quam apud illos alio-
rum nihil laedi est, cum tamen, si candidę intuearis, minus dicant, quam
alij, imo quandoq; nihil; Reperiuntur etiam, qui ne otio torpescant,
animum ad scribendum appellunt, quorum condicio forsan melior
est, sed ad iuuandos homines paulo iniquior, vt potest qui non quid a-
lijs ex usu sit, vident, sed quomodo sibi satisfaciant. Non desunt pre-
terea inani quadam, & fallä popularis gloriolę aura commoti, qui, nõ
quam bene, sed quam bellę, & varię dicant, hoc vnum moliantur, &
faciunt; Atque hi ostentandi potius ingenij sui, quam iuuandi alios,
in medium prorumpunt, non ab similes athletis, qui ad plausum po-
puli in arenam proficientes, vanum illud fortitudinis nomen capta-
bant, cum uel ad tutandam Rempublicam, uel ad augendam om-
nium essent ignauissimi, & ineptissimi. Eos uehementer commen-
darim, qui non tam uarietate, & splendore scriptorum, quam bo-
nitate, & decore suam probarint operam, non ut de ijs vulgus leuior-
is, & hebetioris ingenij, sed optimi quique candidioris, & acrioris
† 2 iudicij,

iudicij, & præcipuè pofteri iudicent, & commodum aliquod inde percipiant. Quod fi omnibus effer equè propofitum, uel non tot uoluminibus obruti effemus iam, ubi ferè nescitur, quid primum capias, cui te addicas, uel ea faltem meliora haberemus. Quamuis non defint in hoc fecundiffimo fcriptorum fculo, qui non fine laudatione digni funt habèndi, qui, quæ dicant, non ex alijs hauriunt, fed fuo, quod aiunt, Marte, è latebris producant. Eft quidem eorum non nifi laudanda ratio, qui, quod præci illi fapientie myftæ obfcurius, hi dilucidius, quod illi confufius, hi diftinctius, quod minus perfectum, aut falsum fuerit, hi depulfis erroribus rem omnem perfpicacius tradiderunt. At hi tanto illis excellentiores extitmantur, quanto opera horum uel maior eft, uel periculofior, & quò ad antiquorum dignitatem, qui hoc uno inuentorum nomine nobis cari effe debent, & admirandi, propius accefferint. Facile enim eft aliorum inuenta augere, & excolere. Vnufquifque ut in factis, fic in fcriptis alienis oculatus eft: & una hora, & facillimè cognofci, & tradi potest, quod alij fummò labore, & multorum annorum curriculo fibi compararunt. Quid uerò? quam incommodius eft aliquid inuenire, quam inuentum tradere, præcipuè fi uel parum, uel nihil aliunde adiumenti habeas. Hoc quamuis in fcientijs & magis in artibus ufu ueniat, præcipuè tamen in medicina noftra, maxime uerò in ea parte, quæ manu operatur, contringit, ubi propter occafionis momentum, & ad quam tanta rerum varietas, concurrit, ubi propter iudicij tam faciendorum, quam factorum difficultatem, merito cum Hippocrate noftra artem longam effe proclamamus, ubi re uera, ut Horatius de primo nauigandi inuentore ait:

*Illis robur, & as triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commissi pelago ratem.*

Primus:

Sic ferreum pectus cum omninò habuiffe dixerim, qui tam grauem, alijsq; non dum exploratam, in tam fragili, & molli materia primus fufcipere aufus fit operandi prouinciam. Et fanè nil difficilius, nil præfractius, quam in hac arte inuenire aliquid, mox inuentum operibus confirmare. Tum enim quis rectè aliquid inuentum dixerit, cum id ufus artium magifter comprobabit. Nam experientia eorum, quæ rectè cogitaueris norma eft, & libra. Multum enim prius per otium tecum tranfigas, & exactè rationes omnes fubducas oportet, quid agere uelis, quibus modis, quam commodè id fiat, fit ne quod adiuuet, quod

quod obfret, numquid emendare possis, si pecces. Tum ubi ad opus
re contuleris, tempus & locum spectare decet, promptum esse ad ea,
quæ ante per otium excogitaris, agendo dextrum, vbi multa ex im-
prouiso possunt obrepere, quæ vel vt fert imbecillitas ingenij nostri,
non cogitaras, vel fors tulerat, vbi ex innata quadam animi mollitie,
aut propter nouitatem, aut propter apparatus in opere confunderis.
& vix mente hærent, quid, & quo modo fieri uelis: adeo tamquam
panico quodam terrore, quandoque percellimur. Atque in hoc ge-
nere, cum primum ad Medicinam, præcipue uerò ad eam, quæ ma-
num operè completur, partem, animum adiunxi, iam vsque huc,
ut mihi videor, elaborauit, in quo tamen non si qua laude dignus sim,
sed quid ad communem omnium fructum attulerim, equo animo
omnes iudicent uolo. Nil enim moror dummodo hi labores mei ali-
quibus profuerint. Nam cum in nostra arte ab antiquis manca que-
dam, alia paulò durius scripta, nonnulla etiam omiſſa esse uiderim,
quæ ad artis perfectionem spectabant, tum uerò omnes eam Chirur-
gicæ partem, & non ignobilem, quæ est de curtorum narium, aurium,
labiorum refectione, vel non uidisse, vel prætare non potuisse aduer-
ti. Quare dignum ratus, vt quis suam hac etiam in parte impende-
ret operam, & præcipue cum audissem esse quosdam in Calabria, qui
vſu potius anormi, & fortuito, quam ratione confirmato hanc artem,
ſi tamen ars dicenda est, tractauerint: Itaque in id, qua potui, cura, &
diligentia incubui, cum meæ professionis eſſet, vt aliquid etiam in
hoc genere præſtari, & ad commodum publicum in lucem prodire
poſſit. In quo id me effeciſſe credo, vt ego non ſolum alijs medendo
profuerim, ſed hanc partem ad veram artis normam tandem reduxe-
rim, quo & ſcriptis tradi, & iuxta eius leges vnusquisq; vel mediocri-
ter exercitatus, tuto, & feliciter operari valeat. Eam igitur tamquam
ſectum meum, etiam ſatis græte confirmatum è laribus meis tandem
in publicum emittere, & omnibus bonis communicare mecum ipſe
decreui, vt non tam illum medicinæ hiatum explerem, quam quod
recentiorum erroribus ſummo ſtudio occurrendum eſſe exiſtimarè.
Veteres quidem, quod ego ſciam, aut parum, aut nihil hac de re ſcri-
pſerunt; & neotericorum quidam, ijs; haud vulgares, quamuis vi-
dentur ſibi vera, falſa tamen omnia, & corrupta tradiderunt, quæ inſi-
nuanda, & propoſita veritate è mentibus hominum euellenda ex re
eſſe duxi, ne ſi quis olim hanc partem adhuc incuſtam tractare uolue-
rit [idem enim ſpiritus quò me, & alium eò poſſet impellere,] vel in
opere hæſitaret, uel pro rectis praua faceret. Scio enim quemdam
illorum ſectione ductum, cum parum accuratè rem expendiſſet, & ea
quæ diſſinctis operibus facienda erant, conſerui, & vno imperu effe-
ciſſet, omne olcum, & operam, non ſine graui nominis ſui iactura,
† 3 † perdiditſe.

perdidisse. Tum verò ostendere uolui non deficere materiam, præcipuè in hoc laudatissimo Medicinæ campo, ubi quis ingenium exercere possit, & quæ ab antiquis vel alijs non tam perfecta fuerunt, quàm neglecta, ea aut corrigere, aut noua non sine nominis sui gloria in apertum producere. Hunc autem fetum meum, & primogenitum celsitudinæ tuæ, Serenissime Dux, potissimum dicandum, atque eiusdem tutelæ commendandum esse duxi, ob meam erga domum tuam perpetuam obseruantiam, quæ me honesto semper habuit loco, & omni officiorum genere profecuta est. Vt enim potiora referam cum Reuerendissimo Cardinale Federico patruo tuo singularis mihi intercessit necessitudo, cum hic Bononiæ literis operam daret, ab eoque summis semper honoribus, & muneribus affectus sum; Cardinalis verò Ioannes Vincentius patruus tui magni, magni inquam illius Ferrantis exercituum ductoris, filius, & me amauit, & fecit plurimi. Cardinalis etiam Scipio protector quondam Academiæ nostræ Otioforum, non vulgari erga me voluntate exiit. Tu, Serenissime Dux, quanta me complexus sis humanitate, quibus beneficijs ornaris lubens prætereo, ne vel gratiam tuam aucupari, vel mihi ipsi blandiri videar. Adde, quòd ea non leuis causa visa est, cur ego clarissimi nominis tui potius, quam aliorum titulo insignitos, hos meos labores, in lucem prodire uoluerim, quod Gonzagia gens armis semper excellit, & in hoc genus mali se penumero incurriturij, qui sequuntur castra, & arma tractant, ut ideo quod ad Martem videtur spectare donum, & Martijs in commodis opituletur, in Martios etiã homines aptè quadrare possit. Id si Celsitudo tua benigno animo, alacriq; vultu excipere, & complecti dignabitur, non vereor, quin abundè tanto fauore, ac patrono illustrius forsitan, quam vnquam alias commendetur: tum verò laboribus meis, & vigilijs vberimè satisfactum arbitror, fieriq; apud me obseruantiq; nominis tui maior semper accessio. Vale
Dux Inclyte. Bonon. die xxvj. Mensis Martij, Anni M D XC VII.



LECTORIBVS.



Gaspar Bindonus bibliopola. S.



M nihil sit, quod magis os humanum deforme reddat, quam cur-
ta nares, aures, ac labia, idq; omnes non ignorent, mirum est tem-
poribus proficis neminem earum reficiendarum artem calluisse, non-
nulli tamen inuenti sunt, qui hanc, sedula quodam potius an-
ticipata, quam perpolitam, ac certo exercuerint, canis nullus
adhuc optinere potuit, tum quia diligentiam non mediterem,
ac laborem, tum quia acre ingenium, atque industriam postulat
maximam, et, quod caput est, insignem etiam praedia eius difficultate. Quod si summa
is debetur laus, qui eam optime exercuerint, quanta digni erunt, qui non solum eam
exercuerunt, verum etiam scriptis mandarunt? quod sane arduum valde, ac labo-
rissimum est, potissimumq; ea de re, qua numquam ab aliquo antea tractata fuerit, quod
opus admiratione plenum vocari potest, postquam: quae natura praestare nequit, magna
non sine vniuersum admiratione, arte perficitur. Sed vos etiam, atque etiam rogo, ut
pro vobis singulari humanitate benignè hoc accipere non desigment. Quod si vobis
est reuerenter excepto, gratam esse sentiro, omni opera, ac cura curato, ut posthac
aliquid semper non vobis impertiam, deinde etiam gratias vobis habebis immortales.



AD SERENISSIMUM
DVCEM VINCENTIVM
GONZAGAM.


Mantuae IIII. & Montisferrati II. &c.

De Gasparis T. abacotij Bonon. Phil. & Med. ac in Gymnasio Bonon. Theor. ord. praeceptorisq. amantissimi, libro de curis nuper ab ipso (qui primus de hac re scripsit) edito, ac dedicato.

IVLII TASSONII VINEOLENSIS PATRICII,
Bononiensisq. ciuis Phil. & Medici carmen.



VINCENTI alta Ducum Gonzae & gloria gentis,
Cui Montisferratus, Mantua clara subest,
Imperio cuius populi subduntur, & orbis,
Quos omnes mira dexteritate regis,
Præmia dans iustis, ulciscens iniustus iniquos,
Ei belli, & pacis tempore viroque vale;
Quem modo pene alium Martem Rex t' brax ferus ille
Sensit & armigerum, magnanimumq. Ducem;
Cui virtute pares, opibus, splendore, vel alto
Sunt animo pauci, munificaq. manu;
Insignesq. viros meritis qui extollis, & illos
Protegis usq; potens, atque calore foues:
(Sit fas vera loqui) dicat Fendastus ille,
Mantua quem genuit, qui decus est Sophiæ:
Olim Mæcenatem alibi tua Mantua, in illa
Te Mæcenatem Felsina nunc reperit;
Gasparus & testis sit T. abacotus, hic qui
Est inter medicos alter Apollo nouus,
Qui quantum valeat, benè tu Dux optime nosti,
Qui virtutis opus videris egregia;
Ergo iure tibi, qui doctum expertus es illum,
Nomini & excelso dedicat ista tuo:
Naturam hic superans, alios se ipsum, & simul artem,
Primus membra hominis hic renouare docet;
Qua si grata tibi velut optat, nouerit, usque
Tu Dux Mæcenæ, atque patronus eris.



AD SERENISSIMUM
PRINCIPEM
D. VINCENTIVM GONZAGAM
Mantuae, & Montisferrati Ducem.



Ioannes Andreas Taliacotius.



*N*CLITE VINCENTI, quo Mantua iure superbit,
Quemq; sibi felix gaudet habere Ducem,
Hoc opus ecce tibi deuoto pectore Gaspar,
Scq; domumq; suam tempus in omne dicat.

Excipias hilariq; animo, vultuq; sereno,

Numine digneris velle fouere tuo.

Illius, & lingua, & calamus, pro munere tanto, &

Dextra erit in laudes officiosa tuas.



IN



IN EXCELLENTISSIMVM
ET PRAECLARISSIMVM

D. GASPAREM TALIAECOTIVM IN ALMA
Bononiensium Academia Medicum, & Philosophum
celeberrimum praëceptorem suum colendissimum.



Iulius Cæsar Claudinus Medicus, Philosophus, & in eadem Acade-
mia Medicinæ practicæ professor ordinarius.



*H*uius Hippocratem, Gaspar, liber aureus, Et te
Non hominem, prope iam sed facit esse Deum.
Artis Apollinea mysites penetralia pandis,
Callida quæ rerum texerat arte parens.
Victa igitur; nec victa dolet: quin illa triumphat,
Quod, qui iam vixit vinceret, ipsa dedit.
Macte nova virtute: tuo, qua visâ nouerca est
Natura, ingenio iam pia mater erit.

Aliud in eundem.

*H*IPPOCRATEM celebras, celebras & sama Galenum:
Solis uterque instar, dum fuit, usque fuit
Certa salus hominum, Natura adiutor uterque
Et medicam sensit plurima turba manum.
Sublatos ne putas? non sunt; in Gasparis vno
Vixit uterque animo, vixit uterque manu;
Victus uterque tamen, iam penè exinctus uterque
Solut & hic toto, Sol ut, in orbe micat.

Aliud.

Aliud.

Hic hominum Hippocrates, potuit dum cornere lucem:
Hippocrate extincto lux noua Gaspar erit.
Magnus uterque manu, medica & clarissimus arte:
Maius hic alterius nomine nomen habet.
Hic verè fuerit centum pro millibus unus:
Hæc cape, diuini sunt monumenta viri.
Iam mihi, Coe senex, tamq. ipse valeto Galene:
Ipsa etenim inclusa est hoc medicina libro.

Idem Græcè redditum.

Ἦν φάος Ἰπποκράτης μάρτυρον, ἐν ὅσῳ φάος ἔιδεν,
Νῦν δ' αὖθ' Ἰπποκράτους Γάσπαρ ὀδ' ἐστὶ φάος.
Ἄμφορ μὲν σπουδαιότητι ἐὺ ἔργα μαθόντες.
Ζῶν δ' ἔργα τοῦ θνητοῦ κρείσσορα δόξαν ἔχει.
Οὕτως δὴ ἐταῖον πολλῶν ἀσπάζεσθαι ἄλλων.
Οἷ, ἀγέ, τοῦ θείου μνημῆτα φώτος ἔλε.
Κῆρ γένοι, μέγα χεῖρσι, σὺ τ' ὀμίσγα χεῖρσι, Γαλένι.
Αὐτῶν δὲ φέρει βιβλος ἀκαστορίων.

Ad Galenum.

Curtus doces curare; at curtus es ipse, Galene:
Ut curtus ne sis, hoc opus ecce dabit.





A. P.

IN GASPAREM TALIACOTIVM AVCTOREM,
& Gasparem Bindonium Bibliopolam.

A. P.

Α δὲ λόγῳ.
Σὺ τὰ βίβλα, γράμματα, τὰ χαρίζουσαι ἄλλοι καὶ ἄλλοι,
Εἰ πάντα, καὶ ἀπαλαίει ἀγορᾷ ἀπὸ τῆς φέρει:
Εὐπρόσθετος ἀγαθὸν Γάσπαρ, ἄσος τῶν διδάσκει
Αἰεὶ ἔσθλοσ Γάσπαρ, ἔξῃ φέρει σελίσι.
Τὰς δ' ἀνεύροτοσ καὶ ἴσ' ἴσ' οὐδὲμ' ἀλίδεσι πάντες
Καὶ δὲ δὴ χάρισ αἰδάτε ἀμφοτέρωσ.

Idem Latine Julio Signio Interprete.

VI formam si adsint, si absint, dant dedecus ori,
Nares, labra, aures mirifica reficit
Gaspar: pagellis ac edocet bisce mederi,
Quas alter Gaspar protulit in medium
His evolentes uno sub nomine utrumque
Iam canite, ambobus gratiam habete viris.




DE LIBRO GASPARIS
TALIACOTII

Medici præstantissimi, de Chirurgia Curtorum.

VM reparas curtas inhonesto vulnere nares,
Et reuocas labij, atq; auris ab arte decus,
Arti naturam concedere, nec Senis illud
Diuinum in morbis esse, sed arte doces:
Maçte animo Gaspar, medicam bis dita artibus artem;
Non modo tu princeps, sed Deus artis eris.

Fabius Paulinus Philosophus, & Medicus
pangebat.

IN GA-



IN GASPAREM TALIACOTIVM.



Thomæ Furni. I. V. D.



*N*CLITVS ille tuo studiorum ò Felsina mater
Editus in gremio Gaspar, cui fautor Apollo
Nascenti, & supera totus chorus affuit Aula,
Cui sacra Philyrides vitæ incunabula præfens

Fouit, & assistens nutrit Dea copia pleno
Omnis inexhaustum sobria dedit vberè munus.
Nunc ubi perfectos mira arte redintegrat artus
Haud sua degeneri effectu cognomina fraudans.
Atque novas ferro auulsis accomodat aures
Auribus, & truncas nares, & labra recisis
Inferit in labris, nullo quod præstitit unquam
Tempore, primæ opifex natura potissima forma.
Tanto operi inspecto iuxta gens credula, tantum
Miratur, fatale tuum sed Felsina nomen
Sorte legens, quid miror ait. Si talis alumni
Et fato, & virtute pari iam Felsina felix
Es sine natura, talem te nomina monstrant.
Tanta sed his postquam documenta salubria chartis
Veridico Phœbi dictata parentis ab ore
Edidit, incisis quibus edocet addere membris
Membra, laboratis primamq; effingere formam
Artibus, & varijs mortale resoluerè satum
Casibus, haud ulli propria virtutis auarus.

*Ancipiti vnde mouens meritum certamen in orbe
Maior an his scriptis, medico sit maior, an vfu,
Maximus est scriptis, medico tum maximus vfu
Cognitus, in patriam bona contulit omnia gentem.
Hac noua scripta videns habitabilis incola terra
Omnis, et assiduus studijs repetita reuisens
Obstupet, humana attribuit bona tanta nec arti,
Vera sed internos tuanomma habentia sensus
Dum videt, o tanto dignata Bononia ciue
Exclamans, quid miror ait? feliciter illos
Nunc primum explicitos hoc vero interprete vidi.
O sacer interpres caelo qui missus ab alto
Haud secus ut Phabo, Nymphaeque Coronide natus
Auctor es experta per secula nulla salutis.
Ab quantum est felix patria qui mystica terra
Nomina, conformi solus tot millibus amnis
Exprimis effectu, tanto dignatus honore.
Sed magis es felix, quia te cum spectat agentem,
Scribentemque legit, Mundus stupet omnis, et inquit
Tanto homine ornatus iam Mundus iure vocabor.*



IN CVR TORVM CHIRVRGIAM

EXCELLENTISS. D. GASPARIS

TALIA COTII,

PHIL. ET MED. DOCTORIS INCLYTI,

in celeberrima, & antiquiss. bonarum litterarum alum-
na, Bonon. Academia Professoris eruditissimi, Anato-
mici consummatissimi.

Carmen.


NE ALLIVR, inuenti priscos qui solus honore
Iudicat, & nostris nil reperisse datum.
Fallitur, antiquos qui dixerit omnia nosse,
Nostraq; nec quidquam sacula ferre noui.
Est etiam ingenium, seges est uberrima rerum,
Nos idem, qui illos, spiritus intus agit.
Et nos fontis aquas bibimus, nos castra sororum
Vidimus, & nobis pandit operata DEVS,
Machina praesidium belli, peuenit antior omni
Fulmine, priscorum non ruit illa domos.
Magna fuit quondam silentia scribere libro,
Iam meliora atas ingeniosa dedit.
Nescius obscuris, qui errabat, naua per aquor
Noctibus, & certum saepe sefallit iter,
Eripiat visum quamuis nox atra, lapillo
Non certam carpit iam monitore viam.
Aspice Phaeos imitatos, ere labores,
Et quas obseruant sidera celsa vias.
Inuisa quid memorem maria, & praestantibus ausis
Quasitas sedes altero, in orbe nouas?
Nil adeo cultum, quin postera corrigat hora,
Nil adeo fritum, quin noua plura ferat.
Aspice quid vires valeant, quam lata super sit
Rerum materies, hac noua scripta docent.
Nunc labra, & nares, nunc aures, dura mali vis
Quae tulit, addidit reddere docta manus.

Res noua, res alijs nunquam tentata, recusat
Quod ratio, & rerum quod status ordo negat.
Dissimiles artus nunquam natura reduxit,
Eius in hoc virtus munere pressa iacet.
Haud graue, quod superest demptu: quod deficit ipse
Addere vel medices autor Apollo nequit.
Omnia sunt nostrum ex aliquo pendentia primo:
Nil fiet seres unde pascitur, abest.
Sed nunquid fuerit natura abiectior arte?
Num, qua promittit pagina, facta docent?
Vna cutis poterit difformiareddere membra?
Natura ingenium non datur arte sequi.
Sunt alterae operae: nunc haec, nun eminet illa:
Quod natura negat, ars dare sapè solet.
Est aliquid turpem vultus texisse figuram,
Est, voxas, gratis occuluisse dolus
Non quid opus, sed quid potis est, dum fit bene rectum,
Quodq; nequit fieri nemo parare iubet.
Non alijs quanquam minus est, natura refracta
Si sint, quam calli nexibus ossa ligat.
Hoc fecisse sat est, nec dum qua prisca tulerunt
S acula, nec dum habuit cognita nostra dies.
Aut si quid nouit, tantum cum tramite recti.
Quantum tum veris somnia falsa venit.
Eia, ergo est nostros homines mirabere lector,
Et nobis intus, qui ciet ignis adest,
Omnia, crede mihi, non nouit cana vetustas,
Producunt fructus tempora quaeq; suos.
Nescia mens hominum tam libente claudier arcto:
Externe haud semper sedulitatis eget.
Natura virtus non est effeta, peremes:
Ad laudes nunquam copia nulla deest.

F. Ioannes Bitener Silesius Philoso. & Med.

Doctot Praeceptorii optimo.

IN



IN GASPAREM TALIAHOTIVM
PHILOSOPHVM,
AC MEDICVM OMNIBVS
NUMERIS ABSOLVTVM.



Ioannis Baptistæ Morelli Carmen.

ILLA tua, Gaspar, deducens candida vita.
Affuit ad cunas Parca benigna tuas.
Tęq; oculis spectans placidis diuina futuri
Hos non mendaci protulit ore sonos.

Fortunate puer, plaudunt cui sidera cęli,
Et spondent capitis cuncta secunda tuis.
Cum tua iam plenis etas adoleuerit annis,
Ad medicas artes Dux tibi Phebus erit.
Es sortem felix hunc nanciscere magistrum,
A non mortali nempe docendus eras.
Hic tibi thesauros Medicina pandet, & arcas,
Admitteq; tuas ad sua dona manus.
Non te plus Chiron, non Pæon laudis habebit,
Cantatus quamuis ille, vel ille fuit:
Fata retardabis, deploratęq; salutis
Languentes Orbi faucibus eripies.
Ars tua quid possit noscet gens Itala, & Istri
Potor, & extremus audiet Oceanus.
Quod solers Natura nequit prestare, nec audet,
Ipse tibi fidens aggredieris opus.

Labra, aures, nares curtas reparabis, & ori,
Temporibusq; suis restituetur honor.
Hæc nulli via trita fuit, tu tramite certo
Insolitum audebis carpere primus iter.
Ipse repertor, ævis talis perfectior, & artis,
Scilicet in te unum gloria tanta cadet.
Nec solum vivens mortales iuvenis arte,
Sed bona posteritas sentiet artis opem.
Qua longo spectata tibi, tractata vel ævo,
Nocte premit, & turpi non patiere situ.
Sed doctis mandata notis prodentur in ævum
Perpetuum, & crescent laudibus usq; novis.
Invidiam vinces, animos tibi sæpe potentum
Artis, & ingenij concitabis ope.
Vtq; alios sileam, Dux magnus, Hetruria tota
Quo felix vivet Principe, testis erit.
Testis erit Dux ille bonus, Gon' agnus Heros,
Grande patrocinium, grande decusq; tuum.
Dux belli, & pacis medius, Dux maximus armis,
Inter & Ausonios clarus honore Duces.
Dux doctrinarum fautor, pater ingeniorum,
Iustitia insignis, consilioq; gravis.
Oia quo semper liberrima sospite ducet
Mantua, & excelsam tollet ad astra caput.
Huic si pulchra tui quondam monumenta dicaris
Ingenij, tanto vindice tutus eris.
Quæ sibi Vincenti Gon' age pagina nomen
Præfiget, nullo tempore deficiet.
Hæc aut, hæc eadem tabulis inscripsit abentis,
Ambrosioq; abiens sparsit odore domum.





IN LIBRVM DE REFICIENDIS
C V R T I S

D. GASPARIS TALIACOTII BONON. MED.
& Chir. nostra tempestate celeberrimi profess. publ. in
almo Bononienfi Gymnasio primarij.



Elegia.

MANIA longae trita, & quassata fatiscunt
Tempore, quae mare fert, quae focus, aer, humus:
Omnia tempus edax, rebusq; odiosa vetustas
Diruit, & sua sub se quoq; iura vocat.
Una tamen ridet mens, tempusq; & aspera spernit
Fata: situs exors perpete flore viret:
Immouat una animis se decrecentibus, & se
Vindior, vires auget cuncto suas.
Audet inausa prius: denique abscondita nocte
Iam luci, & praeis qualat uere, refert.
Omnipara inde patent magis nunc penetralia matris:
Inde suos referat largius alma sinus.
Inde noui populi, noua regna, noua astra, noua herbae,
Inde noui altuum, quadrupedumque greges:
Inde noua effulgent, secundo lumine mentis,
Artes, auginibus luxuriantq; nouis.
Inde & immensum per saecula fera videmus
Crescere praemia, vi duce mentis, opes:

*Ampliat infandis nostra has accessibus atas,
Et clario longe vincit honore Deos.
Ecquid inexhausta his non T'altacotius addit
Vi mentis: quibus haud accumulata bonis?
Dum cute contigua mulas, mirabile visu,
Aures, dum cubiti labia pelle sunt:
Dumque nouo curtas operit murimine nares:
Et deploratas dum leuat arte lues.
Ecquis non animum vires acquirere eundo
Dicit, & exacui cote subinde noua?
Sive senescenti mentem iuuenescere munda
Afferet, & menti cedere fata, dies?
Ecquis non pare T'altacoti nomina luce
Fulgere dicet, & his cedere fata, dies?
Scilicet athercas solum sic itur ad auras:
Sic sine morte viget gloria, fama, decus.*

Matthias Timinus ab Ottenfeldo.





IN GASPAREM TALIACOTIVM
PRAECEPTOREM OPTIMVM.



*AEC sua de curtis dum Taliacotius edit,
Eximio Claris fenore ditat opes.
Ditat opes inopes, curt ambaetenus integrat artem,
Quis fuit a Cnidys, curtaque licia Cots :*

*Quamq, nec antiquitas, doctumve recentior atas
Perficere, aut curtis addere sciuit opem.
Cesit Pieridumbis sine spe spes prima Galenus :
Suspensa curtus nareq; cesit e Arabs.
Spe sine curta finit Paulus : medicamina curta
Deserit Albucasis curta : recedit iners.
Illa tamen curte proprio e corpore primus
Oppleuit Celsus nomine, mente, manu.
Vnus at integrat curtas, veteriq; decori
Restituit partes, pelleg; ritè nouat :
Tamq; has exactè dum Taliacotius indit,
Exemptum morti se super astra uehit :
Iamq; ipsi longe cedit superata vetustas :
Fit Cots inferior laude, Galenus, Arabs.*

Obferuantia, & amoris ergo F. Nicolaus
Agerius Allatus.



IN GASPAREM TALIACOTIVM
PRAECEPTOREM OPTIMVM.




M. Paulus Stromarus Ingolstadtensis Bauarus.



*VALIS gemmamicat, sulsum qua diuidit aurum,
Et sol excelsa tramite splendet ouans:
Sola sophocleo tua sic monumenta casturno
Digna vigent clarè, qua latuere prius,
Abdita natura, qua pandunt plurima nostrae,
Per qua Castaldum purior unda fluit,
Per qua mirificè, curtorum conficis artus;
Vt tibi non similem sacula nostra serant,
Vt tibi nunc princeps cedat, cedatque Galenus
Primas, Hippocrates cedat & ipse senex.
Immortalis eris, versus celebraberis anno
Sicelidum, cuncti te super astra rehent.
Gloria doctrinae semper, laudisq; manebunt,
Gloria virtutis, non peritura die.
Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis anabit,
Claraque dum caelum, sidera iuncta feret.*





IOANNIS ANDREAE
TALIACOTII.



In Gasparem Taliacotium Patrem.



*Vid rerum Natura parens miratur? an artem?
An magis ingenium Gasparis? an ne manum?
Ingenium pariterq; manum, miratur es artem,
Nam sunt humana conditione super.*



AVTHORVM,
 QVORVM IN TRACTATV
 HOC FIT MENTIO, NOMINA.

A	G	Plantus.
Damantus.	Galenus.	Plutarchus.
Aetius.	D. Gregorius.	Pinius.
Albucasis.		Polemon.
Alexander Benedictus.	H	Pomponius Gauricus.
Ambrosius Pareus.		
Anglorum Chronica.	Hermes Trimegistus.	Q
Apollinaris de Brachmannis.	Hippocrates.	Quintilianus.
Apuleius.	Horatius.	R
Argentarius.		
Aristoteles.	I	Rhafis.
Athenus.		Rufus Ephesus.
Auerhoes.	Ioannes Schencrius.	Rutilius Acemilianus.
D. Augustinus.	Iosephus Historicus.	
Auicenna.	Iouis.	S
	Iuuenalis.	Stephanus Gourme- lius.
B	L	
Baptista Egnatius.	Lactantius.	T
Biblia sacra.	Linus.	
	Lucretius.	Terentius.
C		Tertullianus.
Coelius Rhodiginus.	O	
Cardanus.		V
Cato.	Oribasius.	Valerius Maximus.
Celsus.	Orus Apollo.	Valetius.
Cicero.	Ouidius.	Varro.
Columella.		Vesalius.
Cornelius Nepos.	P	Virgilius.
		Vitruuius.
E	Palladius.	
Euripides.	Paulus Aegineta.	
	Perfius.	X
F	Pierius Hieroglyphi- cus.	
Fallopis.	Plato.	Xenophon.
Fellus.		

INDEX CAPITVM
TOTIVS OPERIS
DE CVR TORVM CHIRVURGIA
PER INSITIONEM.

Index capitum primi Libri.

Cap. I.	I n quo operis subiectum, eius presentia, & utilitas cum facie appellatiombus explicatur. pag. 1	
Cap. I I.	De dignitate faciei, & philosophia, presens aliarumq; disciplinarum fontibus.	5
Cap. I I I.	In quo alia adhuc faciei dotes in gratiam sua presentia explicantur.	10
Cap. I I I I.	De faciei dignitate secundum medicos.	12
Cap. V.	De narium dignitate.	17
Cap. V I.	De narium dignitate secundum philosophos, & medicos.	19
Cap. V I I.	In quo pro Galeno pugnatur, de expurgatione cerebri per nares, & palatum, & relique narium dignitates recensentur.	23
Cap. V I I I.	De narium conformatione, figura, situ, & ceteris, que in membri organici disquisitione veniunt.	30
Cap. I X.	De labiorum dignitate, & compositione.	33
Cap. X.	De dignitate aurium, & eorum contractione.	36
Cap. X I.	Qua dicantur in humano corpore curia, in quibus curtorum chirurgia possit fieri, quoniam affectuum genere continentur, & ad quam medicinae partem hic liber referatur.	39
Cap. X I I.	In quo huiusce operationis principia traduntur.	43
Cap. X I I I.	De materia ad resectionem curtorum idonea.	46
Cap. X I I I I.	De locovnde cutanea propago educenda sit.	47
Cap. X V.	De cutis traducis quantitate seligenda.	49
Cap. X V I.	De variatione cutanea propago curtis partibus adhibenda sit.	51
Cap. X V I I.	Qua corpora aptiora fini ad hanc operationem, & nunquid omnibus anni temporibus aequè illam prestare liceat.	54
Cap. X V I I I.	An ex alieno corpore, an verò ex proprio tradux eligendus sit.	59
Cap. X V I X.	Quid scripserint antiqui, & recentiores de curtorum restauratio- ne, & an hoc nostris illis conveniant.	62
Cap. X X.	Qua chirurgicae operationes cum exitio frequenti, & sanis crucia- tibus contumaciae sint.	64
Cap. X X I.	Anacephalaeque chirurgicarum operationum, que iam in usu sunt.	72
Cap. X X I I.	Quod haec curtorum operatiominimè excrucialis sit.	81
Cap. X X I I I.	Qua sint differentiae curtorum narium, labiorum, auricula- rum, & qua earum facilis, qua difficilis, qua si nullo pa- cto restitui queant.	85
Cap. XXIIII.	In quo restituae nares ex cutanea propagine, à naturalibus ante resectis differunt.	88
Cap. X X V.	Solutio quorundam problematum, qua in hoc tractatu occur- runt.	90

INDEX CAPITVM
SECUNDI LIBRI.

IN quo scopus huius libri, & ordo actionis, atque cum
his contraxales agendorum, inuentiones tradun-
tur. pag. 1

Cap. I I. De vniuersa corporum expiratione per singula medici-
na instrumenta. 4

Cap. I I I. Enumeratio eorum, quae pro cutis propagnis delineatione necessa-
ria sunt, ac omni supellectilibus apparatus. 9

Cap. I I I I. Qua pacto cutanea propago delineanda sit. 15

Cap. V. Curationis propagnis delineatae. 15

Cap. V I. Medela quorundam symptomatum, quae cuti iam delineatae adioni-
re solent. 21

Cap. V I I. Cur traduci cutanei deprimendi actio didocatur, neque id cuti-
ca scissione fiat, quodque sit tempus opportunum huic edu-
cationi administranda, & qui sit futurus omnis illius appara-
tus. 27

Cap. V I I I. De cutanei traducis iam educendi administratione. 31

Cap. I X. De curatione, recemta, & antiqua vulueris, cum in traduce cuti-
nis, tum in areis ipsa, nec non de cutanei traduci educatione. 34

Cap. X. De inficendi tempore, cuius suam scilicet aetatis cutaneus traduci ad
infusionem efficiendam eligendus sit. 40

Cap. X I. De apparatus eorum, quae ante infusionem necessariae sunt. 43

Cap. X I I. De infusionis administratione. 49

Cap. X I I I. De curatione infusionis, & quae viciis ratio interim obseruanda
sit. 58

Cap. X I I I I. De symptomatis partium iam instauratum propriis, tum commu-
nibus, & quo pacto corrigenda sint. 64

Cap. X V. De resimenda penitus à brachio propagine, atque vtiliam de manu
curare decaet. 68

Cap. X V I. De configuratione traduci, cui naves repraesentet. 73

Cap. X V I I. De infusione columbae. 78

Cap. X V I I I. De conformatione cutanei traduci reliqua. 84




S V C C I N C T A
P R A E C I P V A R V M .

Q V A E I N O P E R I S H V I V S C O N T E X T V
D E C I D V N T V R ;

Q u a e s t i o n u m a d n o t a t i o .

In qua prior numerus paginam, posterior caput indicat.

In primo Libro hæc examinantur .

Quest. I.	 E D I C I N A M esse adfectionem, & ablationem.	Cap. 1.
II.	Indicationes curativas ex partium Natura, ac conformatione depromi.	2. 1.
III.	Facies quonam pacto omnium corporis partium sit nobilissima: & vtrum Actionem vel Vium tantam præset.	6. 11.
III.	Facies ut sit totius mensura.	7. 2.
V.	An detur Physiognomia naturalis, vt stantur multi.	8. 2. 9. 2.
VI.	Facies pulchritudinis unica est sedes.	10. 3. 11. 2.
VII.	Facies cur tam fit à partibus genitalibus distita.	13. 4.
VIII.	Hippocrates ut, & cur uelit ex facie cerò futuros in acuis morbis euentus præfieri.	14. 4.
IX.	Nares solas Respirationi accessum præbere, non os.	20. 6.
X.	Nares odores tantum deferre, non percipere.	20. 6.
XI.	Nares quantum uoci, ac sermoni commodent.	20. 6.
XII.	Per quos potissimum ductus cerebrum defecetur, pro Galeno contra Vesalium.	22. 6. 23. 7. & c.
XIII.	Vtrum cerebrum per oculos depuretur.	27. 7.
XIII.	Quænam ex tot Medicinæ parationibus sit approbanda.	42. 11.
XV.	Curtorum refectio, Vtrum curatrici, an verò comptoria Medicinæ parti sit adscribenda.	43. 11.
XVI.	Humerum ex omnibus corporis particulis vnum aptissimum, & utilissimum esse pro curtis relaxandis.	47. 14.
XVII.	Canis tradux ob quamnam causam ab area iam femota decreuit.	50. 15.
XVIII.	Vtrum omni anni tempore curtorum commodè restauratio peragi possit.	54. 17.
XIX.	An ex proprio, an verò alieno corpore tradux eligendus sit.	59. 18.
XX.	Curtorum Chirurgiam esse omnis penitus periculi, molestique expertem, ac citissime absolui.	82. 22.
XXI.	Quo pacto nouæ nares nutriantur, uiuant, & sentiant, & vtrum in ijs vaia alia regenerentur, nec ne.	90. 25.
XXII.	Vnde tot in reiaris naribus symptomata eueniant.	92. 25.

Hæ in secundo discutuntur.

- I. **A**MMORRHAGIA, & Gangrena eodem loco, & tempore imminentibus, cui potius, & vutrique simul commodè fit obuiam eundem. 25. 6.
- II. **C**ur non femel, sed interpolatè cutanea propago delineetur, & refecetur. 28. 29. & c. 7.
- III. **C**allus partibus, vbi probè coaluerunt, obductus, cur conuincior ruptu, quam reliquum fit uniuersi corporis confortium. 13. 59.
- III. **C**ur adalligato capiti brachio, potius homoplatae, & carpus dolent, quam ceteræ brachij particulae. 14. 65.
- V. **A**n cutis tradux ab aëre dimora, quia femper albore, aut pallore tingitur, de vita, simul periclitetur.



[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

ΑΙΔΟΥΧΑΙΟ ΜΗΕΟΤΑΥΟ ΕΙΣ
G A S P A R I S
T A L I A C O T I I
DE CVR TORVM CHIRVRGIA
PER INSITIONE M.

Liber Primus.

QVI EST DE HVIVS ARTIS THEORIA.

CAPITVLVM PRIMVM.

*In quo operis subiectum, eius praestantia, & utilitas, una cum
faciei appellationibus explicantur.*

RAECLEARE medicinam adiectionem esse, & ablationem diuinus ^{a Hipp. de Nat}
scripsit Hippocrates, quoniam omne id, quod peritum medicum de-
bet agere, in his duobus consistat, neque nullum in uniuersa medicina
deur praesidium, quod uel demendo, uel addendo morbos no arceat,
& hominum saluti consulat. Nam si cui ex comestatione, & crapula
uenter, venaque intumuerint, aut si obferatis uisceribus, & destru-
cto calore in sito, mali cuiusdam labes irreperit, id parciore uictu, me-
dicaminibus, caeterisque artis auxilijs, quibus auferendi, & detrahendi infir-
rit facultas, cor-
rigendum est. Econtra quos in edige, labores, uigiliae consererint, his recte salutem afferere-
mus, si concessio ocio, & somno, atque membris liberaliori uictu refocillatis, quod con-
sumptum erat uitium, quam primum restituamus. Hoc etiam abunde satis demonstrat,
hac nostra in curis reficiendis, non minus utilis quam perfecto medico digna opera-
tio, cuius rationem, & methodum tandem in lucem proferre, & publicae utilitatis gratia
medicinae candidatis communicare, & impartire uoluimus. Etenim & uni parti, quod
abundat, aut si minus abundauerit, quo sine noxa carere potest, adimit, & in altero quod
deest, adiciendo reficit. Eius dignitatem tantam esse censemus, ut nemo medicum se ab-
solutum praedicare posse existimemus, cui rationes illius, & momenta non mo no perpe-
ta, sed in usum et translata no fuerint. Quomodo enim eum, ad medicine culmen ascen-
dise fatebimur, qui omnes omnium morborum (hac enim artis prima, & genuina sunt
principia) aut ut plurimum, qui frequentiores sunt, & recte operantibus uicti cedunt, cau-
sas, naturam, effectus non cognorit, neque effectus, opem suam implorantibus, obre-
rum inscitiam conuulerit? Membra enim quaedam detruicari, quorum restitutio non so-
lum non impossibilis est, sed ne quidem difficilis, quis quotidie non uidet? Itaque dignam
esse constat artem hanc, quae ab omnibus, qui nomina sua medicinae dedere, in magno
precio habeatur, nec quod multi haecenus uiri haud contemnendi fecere, contemnatur.
Nam si ipsam medicinam, artem caeterarum omnium praestantissimam uocare, &
iure quidem merito, non dedignamur, tam ob subiecti nobilitatem, quam ob finis, quae
in operando spectat, praestantiam (taceo uarietatem rerum) atque ideo dignissimam,
ut ad in illius signa uniuersumque conueniat, idem & huic arti nostrae, non iniqui iudices
possumus concedere, quae tantae matris filia, ex ipsis medicinae uisceribus progenita, ra-
tione

2 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

tionem enervata, experientia confirmata, operi eius aemula tandem in solem proficit, & ho-
minum oculis sese conspicendam subijcit. Non minus etiam utilis illis eam fore cen-
seo, qui non furib; quadam locustacitate, & inani iactantia, in operis suas ostentant, sed
sane operando suam in arte peritiam hominibus demonstrant. Sed priusquam ad artis
huiusce principia, & effectus accedamus, quorum ratio in natura morbi, & inque causis,
intime percepta, nec non suis effectibus, & rite dispositis consistit, opera pre-
cium nos iacturos existimamus, si partium, & locorum affectionum substantiam, ea qua
poterit, diligenter, in primis persequemur. Constat enim, artem innotuere hac omnium
medicorum sacro est, & in primis ipsius Galeni, quae ex partium natura, & tempe-
rie, earum conformatione, & sapulatae indicationes curativas esse deprecandas cen-
set, Ideoque ea primo investiganda, antequam ad curationem nosmet conferamus.
Neque id aliò pacto fieri posse credendum est. Videmus enim, si morbum, atque ideam
nobis proponamus, illius essentiam in functionum noxa consistere, quam recte perno-
scere haud quam possumus, si nobis scito, quae ex natura, praescripto fit, fuerit in-

a Gale. 2. ar-
ti. curat. ad
Galen. 7. me-
di. mod. ult. 3.
arti. med. 3.
9. lib. de offi-
bus ad inuicem.

cognita: ut neque hanc eandem pernolescimus, nisi de instrumenti natura prius nobis
convenit. Ita que morbi ipsius inquisitionem, exacta locorum affectionum notitia me-
ritò praecedat. Ut enim rectum simul sit iudex, & obliqua, & in communi uita, ad vir-
tutem, tamquam ad rhombum cunctae actiones accommodantur, ut quomodo, & quan-
tum à recto declinaueris uideas, & quid respiciendo ad uirtutis tramitem redire possis,
intelligas: Sic in re medica ex partium essentia, utel norma quaedam, atque regula fun-
ctiones examinande sunt, unde quid rectum sit, quid secus, & qua ratione id in
grum restitui possit, liquidò patebit. Haec itaque cum nobis perspecta sint, priusquam
ad artis nostrae limina pedem admoueamus, opportunum fore duximus, ut in aditu o-
peris, qui locus est, & sedes nostrae orationis, de structura narium, aurium, & labiorum,
atque eorum dignitate egeremus. Ceterum cum ex his ipsa facies constructa sit, à ratio-
ne minus alienum esse putamus, si facies appellationes prius, eiusque naturam, &
excellentiam indicemus. Quamuis enim in singulis humani corporis partibus egregiè
diuina sapientia, speciem, tamquam in speculo eluceat, atque inter illas quaedam
notas longè praestantiores, & excellores obtineant, una tamen facies, cum ob artificij
rationem, cum ceteris pulchritudine constantiam, tum ob admirandum, ac inexplicabi-
lem, cum animo nostro consensum, relique membra dignitate, & praestantia plurimè
superat. Huius circumscriptione oculis manifesto patet. Quicquid enim sub calua capitis
parte, capillis consistit, conspicitur id uno omnium ore facies nuncupatur. In huius ca-
pacitate lenius singuli, ad officia naturae imperio sibi destinata, sedes certas, certaque do-
micilia, nares narium, os, aures, & oculos fixerunt. Itaque quomodo, siue horum om-
nium conseruationi, & tutela, siue pulchritudini, & decori conciliando, natura benigna
dedicauit. Appellationem autem hanc praecipue homines, hominibus tantum conuenire
arbitrati sunt. Ideo Aristoteles faciem eam in homine partem dumtaxat nominat, quae
inter caluam & collum posita est. Nam pisces, aut bouis faciem dicere non solemus. Faciè
hominum tantum, ceteris os, aut rostra natura dedit. eadem idem Aristoteles uerbo-
rum appellari scribit, nomine à re ipsa accepto. Vnus enim omnium animalium homo
erectus incedit, solus ante propiciat, uocemque antrorsum emittit. Quod recte Na-
iò poeta innuit

b Ar. 3. de par-
tibus ani-
mal. pri.
c Plin. 1. lib. 11.
nat. 34
d Ar. 3. de
par. ani. 1.
e Ouid. 1. me-
tamor.

*Præcipue non spectant animalia caetera terram,
Os hominis solum dedit, caluamq; iuari.*

f Ruf. 1. de
par. ani. 4.

Porrò pro diuersitate particularum, uarijs ad huc nominibus caput ipsum distingui-
tur. Quod negotium licet abunde fatis, & perspicue Rufus Ephesus pertractar, nostra
men ea hic repetere non grauibimur, ut uniuersa faciei historia longè clarior fiat. Prin-
cipia caput uocatur id, quod capillis contegitur separatim, atque simul faciem comprehē-
dit, Capillati seu caluae aduersa pars sinciput, auersa occiput nominatur. Inter haec quod
interiacet capitis fastigium, discretum, & capillorum aequamentum, uerticem caluae di-
cunt, qua parte nimirum capilli in gyrum circumaguntur. Ab latere sincipitis, inter o-
culos, & aures graecis κροταί, & κροταί, latinis tempora appellata collocantur. No-
men hoc ex fortassis de causa sortium, quod ex iisdem, gratis progressus, & uita tempus,
in diejs quibusdam apparet. Hinc Poeta:

Virg. 5. Ae-
neid.

T' corporibus geminis cauebat spatia, fenestrae.

LIBER PRIMVS.

3

Proximam à fincipite partem frontem dicimus, in qua & oculos contineri Varro censēbat, & propter oculorum foramina, quod perforata sit, sic appellari. In frontis confinio inferiori, utrinque ad oculos supercilia sunt, quę Rufius extremates frontis hirsutas & inferiores uocabat. Partium harũ motione cum annuamus, & negemus, cum que pro diuersis animi affectionibus eas uel a tollamus, uel submittimus, ideo per superciliũ factum aliquando & superbiam poete intellexerunt. Quare Salyricus.

Malo 9 pensum, quam te Cornelia matrem

Gracchorum, si cum magna uirtutibus affers

Grande supercilium, & numeras in dote triumphos.

In quam sententiam, & Plinius hec habet: in ascensu frontis supercilia homini, & pariter & alterne mobilia, & in his pars animi: negamus, annuimus: hæc maximè indicant factum, superbiam: alibi conceptaculum, sed hic sedem habet: in corde nascitur, huc subit, hic pendet: nihil aliud simul, abruptiusque inuenit in corpore, ubi solitaria esset. Spacium illud angustum, depile, supercilij interiectum, gręcè μεσσηριον, latine glabella, quod glabra sit, dicitur, alias intercilia appellari possit. Id in aliquibus minime est conspicuum, quod ad nasi exorũ supercilia congregiantur. Partem sub supercilij carnosam τρωσινος quidam appellant, licet & infimas frontis rugas, quod nostri super tentorium uocant, hoc nomine intellexisse uideantur. His subiacent oculi partes nostri corporis pretiosissimę, quorum actio cerre est suauissima, & capacissima. Nonnulla in parte conspicua magis animalibus, & homini præcipue natura animi posuit indicia, moderations nimirum, clementię, misericordię, irę, odij, amoris, tristitię, latitię, atq; in oculis ipsi. Hinc orator in ipso uultu plurimum oculos ualere dixit, per quos maxime animus emanet. De ijs Cornelius Nepos, dum inter Parin & Helenam amoris incunabula describit sic satis apposite refert:

— Sentit Paris, ardet, & uidet,

Promissaque ingen, facili profusa preda,

Ducit amor, dum signa iuuat, dum uultus oberrat

Interpres, cordisq; uerri precludia uox.

Leno oculus taciti garrri precludia uox.

Iidem ex uario, & multiformi conuitu uarie, etiam nuncupantur, nempè truces, torui, flagrantes, graues, transuersi, limi, submissi, blandi. Plinius aiebat: in oculis animus inhabitat, ardent, intenduntur, conuiuent: Hinc illę misericordię, lacrymę. Hos cum osculamur, animum ipsum uidemur attingere. Animo uidemus, animo cernimus: oculi ceu uasa quędam uisibilem eius partem accipiunt, atque transmittunt. Morientibus illos operire, rursusque in rogo patefacere Quintum magno ritu sacrum fuit, ita more condito, ut neque ab homine supremum eius spectari fas sit, & celo non offendi nefas. Vni animalium homini deprauantur. Vnde cognomina Strabonum, & pezorũ ab iisdem, qui altero lumine orbi nascuntur, coelites uocabantur, qui paruis utriusque, Ocellę. Quę partes cum supra, nun infra oculos obuolant, palpebrę appellantur, quas & genas uocari, & ex motu ita dicitur scribit Lactantius. Ab earum oris qui pili prodeunt, gręcè τριχοει sunt, & Βλαφειδę; latine cilia, de quibus idem Lactantius in hunc modum scripsit. Vt oculi munitiores essent ab iniuria, eos ciliorum tegminibus Deus occulit: unde oculos diticos esse Varroni placet. Nam & ipsę palpebrę, quibus mobilitas inest, palpatio uocabulum tribuere, & pilis in ordine factibus uallate, oculis decentissimum sepiũ præbent. Earum motus affidus incomprehensibili celeritate concurrens, & uidentem tenorem non impedit, & obitum reficit. Quo loco annotasse diuersum palpebrę, & cilij usum apud Plinium opere præcipuum censemus. Is pilos per palpebras intellexit e genis prodeuntes, quę nos cilia diximus. Cilium uerò dixit ambitum superioris genę extremum. Eius uerba hæc sunt: palpebrę in genis homini utrinque, mulieribus uerò et infectę quotidiano. Tanta est decoris affectatio, ut tingantur oculi quoque. Alia de causa hæc natura dederat, ceu uallum quoddam uisus, & prominens munimentum contra occurrantia animalia; aut alia fortuito incidentia. De fluere eas haud immeritò uenere abundantibus tradunt. Ex ceteris nulli sunt, nisi quibus, & in reliquo corpore pili, sed quadrupedibus in superioribus tantum gena: uolueribus in inferiori. Et paulo post dicitur camelus animalium sola ut homo utrinque, palpebras habet. De cilio autem loquens hæc uerba pronulit: extremum ambitum genę superioris antiqui cilium uocauerunt, unde

a Ruf. 1. de par. hom 4

b Lucret. Sa 17. 6.

Plin. 11. lib. 9. cap. 34.

Cicero 3. de orat.

Cornel. Nepos

Plin. 11. lib. 9. cap. 37.

c Lact. 4. opif. Det. 50.

d Lact. 4. opif. Det. 50.

Plin. 11. de lib. nat. 34.

DE CVR TORVM CHIRVERGIA

& supercilia. Sed iam reliquorum historiam persequamur. Genarum extrema, quae dor- mientibus nobis mutuo coeunt. Rufus γαλαξ; & unguis dici asseveravit. Horum su- perficie suturinae parumper introcedere uidentur. Superius cauum, inferius subcauum uocant. Hoc in aqua intercute, in praeco corporis habitu, in diuturno haemorrhoidum effluuio, & inueteratis mentibus, nonnunquam etiam in inchoante lippitudine intumescere consuevit. Quocirca, id genus affectus, quoniam cauae partis tumor est, Rufo auctore graecis κειλαδωδεις, dicitur. Pars palpebris communis, in quam oculis circumstantia, & dilapsae concurrunt, angulus, & oculorum κωβεις dicitur. Poeta nos- ter hircos eos appellauit.

Virg. Aeneid. 1. Parsus haec uirra tamen obijcienda memento, Noumas & qui te traueserunt uentibus hircus.

Bini sunt in oculorum utroque anguli, alter iuxta nares, alter ad tempora; illum dome- sticum, & quod amplior sit, magnum; hunc siluestrem, externum, & ob angustiam minorem dicimus. Ab superciliorum interstitio, quod glabellam appellant, deorsum natus exoriens, aequali ueluti porrectus iugo, utramque faciei aciem munit final, & di-

scernit. Is altior homini tantum, neque alij animalium eminet, quem noui mores subdole irrisioni dicere. Eius foramina subdole & nares, Antic quoque ueluti ap- pellari. Kripoti Rufus Epheusius, cum nomen pituitosum cerebri excrementum, quod per ipsas defillat, ueluti latinè mucorem; Hippocrates uocauerit, Carilagineum illud, quod foramina ueluti parietibus distinguit, ex munere nasi septum, seu narium ueluti septum; & quicquid osseum est, quod prominat nasi dorsum appellatur. Extrema hinc inde mobilia, alijs pinnae, Galeno quandoque nasi alae dicuntur, quod postea, & mo- tione autum alas representent. Haec in orthopnoicis, anhelantibus, & alioquin uolenti- bus nobis mouentur. Nasi extremitas, seu apex, cum in sphaericam figuram congloba- tus esse uideatur, globulum anatomici dicere. Carnem illud ante nasi septum & in labia productum columna dicitur. Olla infurgentia sub oculis, subocularia & ueluti sunt. Infra oculos male collocantur hominibus tantum, quas pinnae genas uocabant, xilia bularum interdico radi a foeminis eas uocant. Haec pudoris est sedes; ibi maxime ru- bor ostenditur. Has Lactantius genarum nomine descripsit in fatis colium leniter exur- gentium. Infra malas, seu genas eas dixeris, buccarum regio consistit, in facione con- spicua. In his cum hilaritatis, tum risus indicia, ex Plinio sepe patefaciunt; & qui par- tem hanc amplam habent, bucculenti homines dicuntur. Labra mox a naso habentur, carne praemobili, dentium integumentum, & uocis organum. Rubent eò, quod ha- beant cutim subtilissimam, & motus gratia carni commixtam. Os prima est labiorum intercisio, & reliqua omnis uique ad fauces, inanitas, quod oris antrum uocant. In su- periori labro, sub columna nasi, leuis quaedam canitudo in fatis uallibus inprimis, ueluti graecis dicta, quasi amatorum uel amabile. Hanc lacunam uocant Lactantius Vniuer- sum porro illud sub naso, labri superioris spatium, ueluti graecis est, latino uoca- bulo uocat. labiorum extrema, graecè περιλαλαξ, latinè prolabia dici possunt. Sed qua parte concurrunt, & committuntur περιλαλαξ nuncupatur. Cauum illud, quod sub in- feriori labio reconditur, nympham uocant. Pars maxillae inferioris, qua dextra cum sinistris, ad anteriora, ueluti unculo quodam, connectuntur, quod a gula promineat, mentum dicitur. Hoc praeter homini, quemadmodum nec male, nulli est. Inferius ita est conclusum, ut habet Lactantius, ut eius acumen extremum signare uideatur leuiter im-

pressa diuisio. Ibidem Rufus carnosam partem Λωκωσιν uocari dicit. Sed nonnulli parte haec carnea, mentum Λωκωσιν uerò cauum iugulo proximum inuenerunt. Men- tum hominis manibus petra tractare, fidei; & amoris argumentum est, cum apud nos tra- tes, tum apud antiquos. Hinc scriptum in sacris tenuit loab mentum Amafae, quasi deofulans eum. Brutorum si quis eam, quae mento respondet, partem uelit apprehen- dere, abdito quodam naturae ductu refugium, & auerfantur. Nam cum in dentibus ma- xillae inferioris, seu in basi dexisterobur ipsorum consistat, itaque uirium lapsum, & armorum quae natura dedit, detrimentum expaulescentes, regionem illam contrahere abnuunt. Barbæ ratio incredibile est, quantum conferat, uel ad agnoscendam corporum maturitatem, uel ad sexus discrimen, uel ad uirilatis decorem. Huius prima sub tem- poribus germinatio ueluti graecis, a nostris lanugo dicta est. Primus eius in superio- ri labro exortus graecè περιλαλαξ, latinè probarbium, si nomina fingere liceat, di-

ditur.

h. Plin. deoc. quo supra. i. Laet ut in. p. K. Ruf. 1. de par. hom. 7. l. 1. Reg. 10.

LIBER PRIMVS.

5

Quæ illi post hæc ad aucti *uisceris*, & qui sunt in summo mento, pappus appellatur. Auris pars capitis est, qua audimus, ut scripsit Aristoteles, & hac uoce non tantum partem extra prominentem intellixisse uisus est, sed quicquid & in cauitate ossis petrosi continetur. Vt Lucretius ait:

Ari. de hist. animal. c. 2.
b Lucr. lib. 6.

Plenaq; sonoris aures.
Aures nominari ea de causa scripsit Firmianus, quod uocibus hauriendis esse prepositæ. Vnde Virgilius.

c Lactan. ut supra.
d Virg. 8.

Vocemq; his auribus hauri.
Aut quia uocem ipsam Græci *αὐδὴ* ab audiu uocant, hinc facta literæ vnus permutatione, aures ueluti aures dictas esse. Nunc intrinsicis partibus neglectis, eorum nomina duntaxat referemus, quæ extra conspicua sunt. Partem uniuersam extremam auriculam uocant. Hæc Græcè *αὐρῆ* totum illud dicitur, quod auriculæ extremam ambit oram. Particulæ sparsæ, siue euolantes *ωτὸν γυρῶσα*, id est alæ nuncupantur. *ὠτὸν γυρῶσα* uerò suprema est latitudo, & inflexa. Quæ retrò incuruata sunt, & suis extremitatibus antroriam replicata, *κωνιδία*, id est cubi similes appellantur. Sub his fœmicirculus in gyrum reflexus, & in acutum deflexus *βύσσος*, siue *βύσσος* nominatur. Quod in medio ex concauo affurgit, & cauitatem extollit, *ἀπὸ λυκα*, sicut concauum, quod subiacet, conchiliam, aut concham dicunt. *ὀτρίδιον* eminentia est iuxta temporum fines, & ex oppositi *ἀντρίδιον*, extremitas scilicet helicis. Foramen autem rotundum, & in medio collocatum, auditiois est meatus. Hæc subiacet *ἀδύον*, seu *ἀδύον* particula cornæ, pinguis, quæ in uerecundia, ipsa facie magis rubet. Huius partis perforatio cedit in istum, & uerecundia uentribus superbiæ sedes euulsit, quando nec in alia parte corporis fœminis maus impendium, margaritis dependentibus, insumitur. Quænam modum & in oriente uiris aurum gestare, eo loci decorum existimatur. Et hæc ferè sunt, quæ de faciei partium appellationibus, quantum ex antiquis colligere licuit, ascriptis nobis uisum fuit. Nunc ad faciem propius accedamus.

f Plin. 11. h.
Boerha. 3.

CAPITVLVM SECVNDVM.

De dignitate faciei ex philosophia, poeseos aliarumq; disciplinarum fontibus.



T autem de faciei dignitate commodius agamus, ex re esse necessario diximus, ut principium ac scauriginem ex qua partium corporis nostris dignitas profuat, patefaciamus. Vnde cõsabit, cur ab antiquis, homini soli, particula hæc, non item alijs, ascripta sit, & quam ob causam ceteras omnes dignitate, & præstantia antecæ. Partium igitur dignitas, à fine, ad

quem nobis natura eas concessit, meo iudicio petenda est, qui est, ut partes illæ, animæ operanti, tanquam instrumenta seruiant. Nam & animæ organum secundum Galenū corpus est. Et propterea multum inter se differunt animalium particule, quoniam & ipsæ animæ differunt. Quædam enim sunt ferocia, quædam timida, alia agrestia, alia mansueta, alia ciuilia ueluti, & negociosa, alia solitaria. Omnibus uerò corpus, animæ moribus accommodatum est, & facultatibus. Nam fortibus unguis instructum, & regenti iuba ornatum equum esse decet, quod animal uelox, & superbum sit, & generosum. Leoni autem, utpotè animoso, & feroci dentes, & ungues ualidi conueniunt, ut & tauro, & apro, illi quidem cornua, huic uero exerti dentes. Cæterum cum actionum plura sint genera, quarum aliquæ nobiliores, alia minus nobiles, nonnullæ ad usum necessitatis sunt, alique commodiori uite conducant, ceteræ utriusque conseruationi studeant, eouidem principes partes, & ceteris digniores, & præstantiores, quod sine iis uita nostra non consistat, merito existimemus. His enim notis indicamus, quæ pars in animantis corpore princeps, quæ secus habenda est. Reliquarum uerò duarum, quæ à primigenis præstantia discedunt, eæ minus discedere sunt putandæ, quibus hæc principes faciliè, magis uerò, quibus minus facile consentiunt. Verum tamen si ipsam dignitatis partium radicem inquirere uelimus, non actiones solum expendendæ sunt, sed & utilitates, quæ hæc uelut subsecuntur, dignitate quibus

f Gal. 1. de uis. par. 2. & 3.

f Gal. 4. de uis. par. 2.

f Gal. 11. de uis. par. 13.

dem priores, a constructione atq; ortu posteriores. Cum igitur ab utilitate, tamquam a fonte præcipuo partium nobilissimas emanet, si quidem faciei præstantiam indagare uelimus, actio eundem, & quæ hæc consequitur, utilitas atque in ea, uel omnino ad uitam, uel ad commodiorem uitam, uel ad utriusque tutelam concessa sit, primum inquirenda est. Vt autem ordinata, & perspicua sit nostra hæc oratio, altius exordiendo dicamus: particularum humani corporis aliam principalem quandam, & uniuerso corpori perutilem actionem obire: alias præstare quidem actionem, sed illa minus præcipuam, & quæ uni tantum membro emolumento sit, quod præsertim in musculis, atque iocinore, partibus functione diuersis, apprimè spectatur. Illi enim unice actioni, partibus nimirum, in quam inferuntur attractioni præstant: hoc uerò in gratiam uniuersi corporis indita uel, oblatum chylum in sanguinem conuertit, Sunt & nonnullæ aliæ partes, quæ nec principalem actionem toti corpori, nec illam alteram ignobiliorem, unice parti conferentem, sed utrisque quodam, haud tamen leues præstare uidentur, uel ut cauicæ sunt, sine quibus actio prima, & præcipua fieri non potest, uel ut primam partem, à qua actio præcipua prouenit, conferuant, uel ut eandem, quo commodius possit agere, adiuuent. Quæ res pro exactiori notitia exemplo oculi rectè declarari potest. Eius enim actio, quæ uniuerso corpori magnopere ex usu est, ab humore crystallino perficitur, quæ ceterè inter omnes oculi particulas principatum obtinet. Huic a queus humor, utriusque, & una cum musculis, tunica *epithelialis*, uel, uera, cornea, modis iam supra dictis opitulatur. Cæterum facies ipsa, cum princeps quædam corporis pars, antiquorum etiam testimonio existat, ea ne actionis, an potius usus causa statuenda erit? Si faciem omnibus instrumentis, quibus coniungitur, seclusis, seorsum consideremus, omnibus eam actionis expertem esse uidebimus. Nam officij ratione cæterarum partium quasi receptaculum est, quas sinu suo saltem conclusas continet, in continendo autem non agit: & conuerso uerò partes, quibus quid agendi munus delegatum est, necessario operari debent. Hæc enim regula est, ac norma secundum Galenum, qua uisum ab actione dirimimus. Si igitur uisum solum modo, & non actionem faciei ascribamus, pars necessario ignobilis erit, ac corpori minus necessaria. Sed meo iudicio, consultus fuerit, ut eam partem uniuersam, quæ inter collum, & caluam posita est, atque ex antiquorum etiam descriptione, quam plura instrumenta, ea que diuersa comprehendit, faciem esse dicamus. Quare sic nobis statuentibus, non uisum simplicem, non unam actionem tantum, sed plures, easque principales, uel ad uitæ necessitatem, uel ad commoditatem eius spectantes, faciei tribuimus. Sunt enim quæ uniuersum corpus gubernant, tria membra præcipua, ut multis in locis, & copiosè à Galeno expositum fuit, quarum unumquodque per destinata ad id officij organa, uim suam cæteris particulis impertit. Etenim subsidio neruorum, & spinalis medullæ cerebrum, cor ope arteriarum, & uenarum ministerio iecur ipsum, uirtutem suam, quasi per uisus perennes, in quaque hominis partes demandant, atque effundunt. Sed ut nulla est, uel exigua particula, quæ uiscerum horum, uel primaria, uel secundaria opera, in preffiones non sentiat, ita nulla est, ubi magis usus eorum, & potestas uigent, & iustoties, ac in facie ipsa, utpotè conspicua, & sensibus nostris exposita. Cæteris enim partibus uiscerum opera absconditis, una facies honestè detegitur, & sine pudoris lae oculos hominum subit. Sed quomodo uisceribus istis consentiat, paucis declamare oportet, ut ex his præcipue faciei actiones elucefiant. Eam igitur nerui, arteriæ, atque uenæ subeunt, & uentriculus cum pulmonibus, per œsophagum, & asperam arteriam in consensum trahuntur, unde & uisus, & auditus, & odoratus organa, loquendi, ac masticandi instrumenta, respirandi, & alimenti assumendi loca, in unica facie spectanda nobis exhibentur. Quare per faciem uidemus, per faciem audimus, per faciem odoramur, per faciem gustamus, per ipsam effamur & mandimus, per eandem respiramus, & cibum assumimus, quia scilicet oculis cernimus, auribus audimus, naribus odoramus, & spiramus, ore loquimur, masticamus, ex quibus particulis omnibus faciei moles compingitur. Cum itaque tot, & tante faciei sint actiones, ut huic nullo pacto cæterarum aliqua comparari possit, iure omnibus reliquis conspectui nostro obuijs membris dignitate præstantiorem, atque nobiliorem esse affirmabimus. Quæ propter haud admirabimur, si faciei dotes ad eò eximias, alijque partibus corporis nostri denegatas, natura iusta largita sit. Ea enim situm sublimiorem obtinuit, & instar artis in ediori loco collocata est, atque

a Gal. 1. me-
thodi medi. 6.

b Gal. 17. de
uia par. 1.

c Gal. 8. de
uia par. 5.

LIBER PRIMVS.

atque id maxime propter oculos, quorum actio eminentiorem sedem, nequaquam ut aliorum depreffam postulat. Illi enim uelut ab alta specula, si quid mali imminet, a longe prospiciunt, & signo dato, cætera membra de periculo commonefaciunt. Quæ causa est quod caneris, balenis, scarabæis, et studinibus, & omnibus animalibus, quæ ceant capite, ceruicibus longis, natura solers, oculos impoluit. Sed redeamus, unde digressi sumus. In facie etiam est generis indicium, ex facie inuicem homines distinguuntur, in facie totius corporis mensura latet, facies præcipua physiognomiz fundamenta continet. Hæc ætatem, hæc pulchritudinem demonstrat, hæc sexum separat, hæc dignitatem hominis explicat, hæc tandem certissimum animi nostri est exemplum, & amplissimum eorum, quæ in abscondito latent, theatrum. Quocumque enim tam animi quam corporis affectus, una facies demonstrat, atque licet occulti sint, nobis tamen ob oculos collocat. Quæ omnia, quantum fieri poterit, expendamus, quod faciei nobilitas, & excellentia longè illustrior fiat, atque clarior. Quare ut ad primum accedamus, apparent in facie parentum firmissima indicia, quæ coniunctionem sinceram, & maxime concupitam attestantur: uidentur in filiis patres, & ueræ prolis uerissima deprehenduntur argumenta. Hinc Poeta,

Vite fortissime cæcra.

Accipio, agnoscoque labens, cui uerba parentis,

Et uocem Anchysæ magnæ, quæ uocem recordat,

Etruribus.

Gaudensq; tacentes

Dardanida, veterumq; agnoscauit ora parentum.

Est etiam innumera, ac penè infinita facierum uarietas, ut certis eam atque finitis particulis constructam esse, merito quis dubitauerit. Quod ideo factum à natura prudenti censendum est, ut singuli propriis quibusdam notis, & signis non fallacibus interstinguerentur, ne corporum similitudo quendam in oculis hominum errorem pareret. Quod quanto fuisse in commodo, in communitate facile unusquisque percipit. Tanta uero, & tam multiplex facierum est diuersitas, ut prodigii loco censetur, si qui duo in difcretis speciei, (quorum exempla Plinius describit, & Valerius Maximus) reperiantur, atque etiam in illis ipsis, quorum primordia ex parentibus sunt communia. Quapropter haud immerito facierum diuersitatem ueram, & euidentissimam discernendi inuicem homines notam esse dixerimus. Tradunt præterea sapientiores aliqui, exacta acie harmonia, & symmetria constare faciem nostram, ut ex ipsius magnitudine, cognitione percepta, uniuersi corporis mensuram, & proportionem conici posse credant, cum cæteras partes ad illius normam commensuratas esse appareat. Quo sane pacto faciem ipsam symbolum uniuersæ longitudinis, latitudinis, & profunditatis humani corporis extare uolunt. Opportunum uerò fuerit, ut hæc, quæ diximus, corroboremus, clarissimorum uirorum de faciei dimensionibus, in medium adducere testimonia. In primis tamen illud præfandum est, dimensiones huius generis symmetras, symmetro corpori conuenire, haud quaquam monstruoso. Primum autem faciei quantitatem sic dimetiuntur. Quicquid est à summo frontis, qua capilli enascuntur, ad mentum usque, id faciei longitudinem afferunt. Hæc ex mente eorum, tribus rursus consistat partibus: una est à summo frontis sub capillorum exortu ad usque intercilia: mox ab interciliis, ad imas nares secunda: tertia uerò & inferior à naribus in mentum concedit. Partium harum priorum sapientiaz, mediam pulchritudini, postremam honestati dicantur. Sed qua longitudinem humani corporis colligunt, talis est ratio. Tres illas faciei in longum dimensiones primum ponunt, eas in se distas, ut in quadratis numeris sit, totam hominis longitudinem nempe facierum nouem, conficere statuant. Quas portiones Pomponius Gauricus sic describit. Prima est facies ipsa. Secunda à summo iugulo seu clauibus summis ad xyphoidis apicem. Tertia hinc ad umbilicum. Quarta ab umbilico ad summum femur. Binas continent coxendices, ad poplitem usque; & totidem ab hoc ad malæ colum crurâ. Pars autem inferior ab maleolo ad usque summam plantam, & quod est à summo pectoris, ad summum guttur, quod guttur uocant, ut & ile femicirculi arcus, qui fit à summa fronte ad uerticem capitis, aliam conficiunt portionem, atque ultimam, cæteras æqualem. Nam iuncturæ partium, nodi, poplites tanquam interstina, & limites à natura positi, nullis sumus cedunt. Noues itaque facies in se ducta, perfectam hominis longitudinem complet. Quanquam alii octo, alii, quod

a Virgil. Æneid. 8.

b Virgil. Æneid. 5.

c Plin. 7. 22. lib. 1. 1. d. Val. Max. 2. 2. 17.

e P. Gaur. lib. de symmetria.

quod rarius, septem fermè, alii decem * fecerint partes. Nos medium, & quod frequen-
 tius usù tenit, secuti sumus, ac de adulto loquimur uero. Facies præterea, ad latitudi-
 nem, quæ est ab uno latere ad alterum, rationem subduplam obtinuit. Continetur enim
 a Pomp. de facies in latitudine bis, singulis mamillarum pro facie inclusis. Brachiorum ^b verò sin-
 gularia, inuicem diducta sciquilateram habent ad faciem proportionem, & tota manuum
 Symmet. longitudo septem faciebus continetur. Itaque distellæ manus rectam ipsius corporis
 longitudinem definiunt, siue rursus, ut aliqui, siue profum, ut alij, metiamur. Cum
 profunditate autem, siue altitudine, cuius mensura ab imo dorfi recta est, ad summum
 ventrem, eam rationem inæqualitatis maioris obtinuit, quæ super-particularis sciqui-
 nona uocatur. Nam faciem continet profunditas semel cum parte eius nona. Itaque
 & latitudinem ipsa longitudo continet quatuor uicibus cum dimidia, & altitudines pau-
 lo minus octo unam expleat longitudinem. At humani corporis latitudinem longitu-
 dini collatam habere proportionem sextuplam, & decem altitudines unam constituere
 Angul. de longitudinem, refert D. Aug. ^c dum Noe arcam reliquiarum humani generis prome-
 tuarium, ad hanc perfectissimam corporis normam esse constructam affirmat. Quæ
 d Vitruu. 1. ratio Vitruuians ^d potius dimensionum quadrat, quæ longitudinem faciebus decem, & la-
 titudinem cum longitudine comparatam, sex æqualibus latitudinis partibus circumscri-
 bit. Sunt præterea qui diuersas harum proportionum describant rationes, quod eo re-
 ferendum est, quoniam diuersa ab authoribus, inter se partium fit collatio. Nam ali-
 qui septem, alij octo faciebus hominem constare dixerunt. Unde & uariè posthæc, par-
 tium, quæ conferuntur, retulant symmetria, quæ aliquod inter auctores diffidium fa-
 cere uidentur. Nos tamen Gaucicam supputationem potius recipere uoluimus, tan-
 quam experientia communi magis conformem. Sed hæc ^e mittamus: propere-
 mus ad alia. Dignitatem faciei, & sanè haud exiguam constituerunt inter phylogno-
 mos metoposcopi, cum naturales, tum astrologici (ea enim est metoposcopia cum
 principe sua physiognomia diuisio) qui animi nostri cum corpore mutua conspira-
 tionem, & in passionibus alterutrum summittendis, archifimum fœdus esse aduer-
 tentes, illud ausi sunt profiteri, quod ex capitis, frontis, oculorum, narium, labrorum,
 & breuiter omnium faciei partium, qualitate designata, de animi impetu, & propensio-
 ne, rebus penitus abditis, callidi homines iudicare uellent. exemplo est ille metoposco-
 pus, de quo scripsit Appion Grammaticus, teste Plinio, ^e qui non modo ex uia homi-
 num facie, sed ex picturis, scilicet ad deo, & a sabbatè ad uinum ab Apelle delineatis, aut fu-
 turæ mortis annos, aut præteritos pronuntiauit. Naturalem hanc Metoposcopiae par-
 tem clarissimi admodum uiri maximè excoluerunt, scilicet Pythagoras, Socrates, Gale-
 nus, Polemon Atheniensis philosophus, Arthemidorus Ephesus, Melampus, Adamao-
 nus Iophylla, Auicenna, Razes, & alij sanè quàm plurimi. Verum tamen omnes longo
 admodum interuallo superauit Aristoteles, qui hanc diuinationis physicæ portionem
 doctissimè persequutus est, proprio huic rei libro dicato. Ut autem illius esse nobis
 ostenderet, dualibus præsertim rationibus usum eum fuisse nouimus, quas enarratione
 dignas censemus, quod metoposcopia, aut physiognomia assertio, dignitatem faciei
 plurimum illustret. Rationes ergo tales sunt: Si animæ quidam cum corpore nostro
 consensus est, ut à motibus corporeis afficiatur: & è contra impellentibus animæ affe-
 ctionibus, quomodocumque corporis statum inmutari licet, haudquaquam absurdum
 erit, aut impossibile de internis hominum moribus certi aliquid errari. Sed animas se-
 cundum se non impanibiles, sed passionibus esse obnoxias, atque à corporis affecti-
 bus impelli, satis abunde demonstrant, quibus cerebrum largiori uino macerit, aut
 qui diuurno, & reuolenti cum morbo aliquando confixerunt. Sic plurimum cor-
 pus ipsum inmutant animæ impulsus, & affectiones, nempe amor, tristitia, timor, do-
 lor, uoluptas, cæteraque passionum genera, ut minimè dubitemus, quin ex notis inco-
 gnita, ex conspicuis abditæ, ex corporeis lineamentis de animæ constitutione quadam
 prædici possint. Amplius etiam in his, quæ à natura sunt, hoc magis apparet, quod in
 sese corpus, & anima habeant quid congenitæ, & nativæ, ut mutuo conueniant, & quàm
 plurimarum inuicem passionum sibiipsis causæ sint. Quis unquam animal factum, uel
 productum esse meminerit, quod unius formam sortiretur animalis, animam uero ob-
 tineret alterius, & non semper idem corpus eadem anima præditum fuerit? Quare
 consuequi tale corpus talem formam necessarium est, atque eorum tam arctam esse
 necessitu-

necessitudinem, ut ex unius natura cognita alterius conditio facile elucescat. Sed quid? Nonne sunt quam plurimi rerum periti, ut ueterinarij, agafones, uenatores, qui ex corporis conformatione, generosa animalia ab imbellibus, robusta ab imbecillis, fructuosa ab inutilibus, certis quibusdam notis, & signis efficacibus discernunt. Quæ certe si vera sunt, ut semper uera sunt, scientiam quandam necessariorum dari, quæ sagaci coniectura, ex corporis figura, de animalium moribus diuinet, atque eam explorandis hominum mentibus esse peraccommodam, hæc inquam ab Aristotele tradita, siquid ostendunt. Quam Aristotelis sententiam, & Galenus deouisse uidentur, dum à corporis temperie animi mores proficisci diceret. Mores autem non intelligamus eos, qui ad rationem virtutis, & uitij referuntur, sed animi passiones Græcis *πάθη* dicta, ut etiam doctiores sentiant interpretes, qualia sunt, odium, ira, amor, spes, gaudium, & huius generis alia. Nihil tamen firmi hæc de re, atque certi, ut mihi uidentur, asserendum est. Anima enim hominis, utpotè diuina, à corpore hoc mutatione obnoxio-longè seclusa est, & potestas illa arbitrij nostri soluta, atque libera, ut nullis unquam corporis uinculis mancipari possit. Animus per sæpe simulatione obregitur, & naturalis, si qua ad fuerit, in clementia, studio, legibus, & disciplina edomatur. Non est igitur, ut corporis notis per suasi, & præcipue in hominibus, de moribus internis aliquid affirmemus, cum à corpore tanto hiatus animus seingatur, rannimèq; sitanimè in corpore impediatur, ut non modo id, quò impetu ferunt, retrahere, sed conatus eius omnino in oppositum possit iniecerere. Nisi id uerum esse dicamus in illis, qui natura praua femina in lequentes, sentiant, & cupiditatem, uilia mancipia exsere. Sed hæc circa phytognomiam principia consilio digressi sumus, cum ex hac facultate faciei dignitatem euidentissimis argumentis eramus: Facies enim totius phytognomiae pars est præstantissima, quòd, quæ ab eius partibus signa deprimantur, ceteris potiora sint, atque firmiora. Totus enim homo in capite, uultuque consistit, ut sentit Apuleius. *Ibi ratio iuget, & sensum instrumenta locata sunt.* Sic Aristoteles⁹ in electione signorum, alia alijs magis propofitum declarare ait, at quæ ex principalibus locis petantur, ea omnium esse manifestissima. Locus autem maxime principalis est, ubi oculos, frontem, labia, & totum caput conspicimus. Huic succedit, qui est circa pectus, & humeros, & post hæc circa cetera, & pedes. Ventris autem regio ceterarum infima est, & abiectissima. Conueniret uero pro amplificanda faciei dignitate, ut singularum partium iudicia, qua ratione ex phytognomiaz fontibus penitentur, in medium afferremus, sed quia ad altiora nobis properantibus, id operosum est, & benigno lectori tediosum, de uultu saltem & facie communia quedam, atque præcipua capita ab metoposcopia mutata, & quantum huic nostro negotio ex usu fuerit, paucis attingemus. Uultus igitur, ut ab eo exordiamur, nil aliud est, quam peculiaris quadam faciei figura & conformatio, ex animi passionibus momento prodicens. Uultum doctiores dictum esse uolunt, quod uoluntatem detegat, & quod appetitus portendat. Habitus enim siue status faciei est qui ob diuersos animi affectus, diuersas etiam mutationes inducit. Hinc facundissimus oratorum Cicero: non enim nos color iste lenis, aut non pilosæ genæ, non dentes puridi, deceperunt: oculi, supercilium, frons, uultus denique totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fradem homines impellit, hic eos, quibus erat ignos, decipit. Et rursum: imago animi uultus est, indices oculi: hic apud oratores uultus præcipuus ad evertendos iudicum animos, & hominem uoluntates coercendas. Quintilianus¹⁰ etiam de uultu hæc scite pronuntiat: dominatur autem maxime uultus, hoc supplices, hoc minaces, hoc blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc summissi sumus, hoc pendentes homines, inuentur, hunc spectant etiam antequam dicamus, hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plura intelligimus, hic est sæpe pro omnibus uerbis. Multiplex igitur, & varia apud homines peritios (nempe ex multis & uarijs animi motibus) uultus est descriptio. Dicitur enim subtritis, uarijs, meticalofus, bonus, humilis, remissus, grauis, temerarius, iracundus, elegans, illiberalis, uenerabilis, & auferus. Ex hoc quasi speculo auersum Labani animum Jacob conspexit, cum ad uxores suas conuersus diceret, cognoui¹¹ ex facie patris uestri, quod non est amplius erga me ut heri, & nudius tertius. Sed his non temere ascensendum est, fallaces quandoque, ac dolosos per sæpe esse hominum uultus, notant uiri peripicaces, & in rebus politicis uersati. Quare Platonius ille orator mens¹² humana, g

⁹ Apuleius

¹⁰ apol. i.

¹¹ Arist. de

¹² phytogn. ca.

¹³ li.

¹⁴ Cicero in

¹⁵ Pisona.

¹⁶ Cicero 31

¹⁷ de orat.

¹⁸ Quintilia-

¹⁹ nus.

²⁰ Cicero 31.

²¹ Cicero de

²² orat.

²³ Cicero de

²⁴ orat.

²⁵ Cicero de

²⁶ orat.

²⁷ Cicero de

²⁸ orat.

²⁹ Cicero de

³⁰ orat.

³¹ Cicero de

³² orat.

³³ Cicero de

³⁴ orat.

³⁵ Cicero de

³⁶ orat.

³⁷ Cicero de

³⁸ orat.

³⁹ Cicero de

⁴⁰ orat.

⁴¹ Cicero de

⁴² orat.

⁴³ Cicero de

⁴⁴ orat.

⁴⁵ Cicero de

⁴⁶ orat.

⁴⁷ Cicero de

⁴⁸ orat.

⁴⁹ Cicero de

⁵⁰ orat.

que naturæ frons, oculi, uultus per sepe mentiuntur, oratio uerò sæpissimè. Sed hæc de uultu. Nunc de facie, ut diuersos nobis animi mores atque abstrusas oculis inclinationes patefaciat, agamus. Dicitur autem facie, quemadmodum à phisognomonibus traduntur, in primis recensenda sunt. Penuntur uerò ex magnitudine, uel iusta uel excedente, uel ex paruitate cum moderata, tum nimia. Differt non minus facies, si sit carulenta, carnositas, aut macilenta: si breuis, si longa, si ossæ, si plana, si rotunda, aut rugosa, atque horum omnium instar Polycleti regula, si mediocri. Facies magna, quod ea sit aliorum, & hominum, ignauiam refert: excedens magnitudine stoliditatem: Peruisilla similitudo & scilicet similis, animi abiectiōnem indicat: parua calliditatem atque astutiationem, ex Polemonis & Adamantii sententia. Verumtamen si colore croceo suffusa sit, hominem pessimum, uitiōsum, deceptorem, uinosum arguit. Facies carnosæ, qualis bouum, inertiam & pigritiam prædicit: carulenta, ut sentiunt Polemon & ipse Adamantus, incediam ac uegentium ingenium ostendit. Si fuerit gracilis & macra, cautum atque circumspectum rerum soarum, ac curiosum hominem indicat. Si ossæ non tamen præter modum, quod a finis & ceruis sit peculiaris, timiditatem: si nimis, simiamque representet, laboriosos, timidos, ac insulos demonstrat. Oblonga facies, quod ad canes uiliores possit referri, iniurios, ac inuerecundos animos portendit. Plana facies malorum est feminarium; Nam hominem litigiosum, iracundum, morosum, inuidum, significat. Rotunda iracunda est ex Polemonis mente, & sana opinione Rasis. Rugosa facies, quod in largitibus contrahatur, merenti ab Aristotele attribuitur. Facies autem mediocri, ueracem, amantem, sapientem, prudentem, ingeniosum, & ut breuibus dicam, in omnibus medicam, & congruam ostendit. Non igitur minimum lucis & splendoris ad facie commendationem afferunt, quæ phisognomones, & natura & experientia edocui hac de parte tradiderunt. Facies enim uua animi imago est, & plurimarum cogitationum alias abditarum non incertus index. Sed hæc dicta sufficiant.

CAPITVLVM TERTIVM.

In quo alia adhuc facie dotes in gratiam sue præstantia explicantur.



Vper sunt quamplures adhuc facie dignitates, de quibus & nunc breuibus agemus. Itaque haud contemnenda est ea facie dignitas, quod argumentis certissimis ætates hominum ex illa colligere possumus. Quæ sanè dignitas, tanto maiores facie præconiū parit cumulus, quanto minus admiratione affectui possumus, quomodo in ea ætatum flexus, & annorum decursus, quasi quibusdam suffragijs deprehenduntur, & velut in ea descripti sint, agnoscant. Nam pueritia, adulescentia, iuuentus, careratumque ætatum quàm minuta etiam interualla ex facie agnoscimus. Hinc Poeta ait.

Facies tua computat annos.

2. Inanast. Sat. 6.

Sed non postremo loco ponenda est illa facie dignitas, quod fulgur ille eximius pulchritudinis, & per accepta omnibus formæ species in ea enitecat, quam actioniatque partium utilitati dignitate esse proximam, semper existimauerunt philosophi. Naturæ enim postquam ea, quæ magis necessaria sunt, rectè administrauerit, ad ornamentum operis, pulchritudinem etiam, atque ut Galenus ait *τὴν εὐπρεπείαν* adiungit, & quasi elegans auctarium uenustatem in membra imprimat. Tanta enim eius est benignitas, ut nullam partem neque impolitam, neque illaboratam, aut sine rhythmo, & lepore instructam relinquat. Quod præter operis infirmitatem non raro boni etiam faciunt artifices, qui artis ostentandæ gratia, in clathris seu obicibus, in clypeis, in ensium capulis, nonnumquam in phialis opus quoddam statuarium aut hæderam, aut vires flexuosas, aut cyparissum, aut id generis emblemata, præter tamen artis regulas, pro ornamento insculpunt. Verumtamen duplex adhuc esse pulchritudinis genus rectè obseruandum est. Vnum verum & natium, non diuerium ab optima corporis constitutione

& temperie, quod actionibus metiri, secundum Hippocratem, vere possumus. Hæc pulchritudo non albedine, non mollitie, non corporis leuore, non alijs quam plurimis lenocinijs ostentatur. Altera est neque natia, neque vera, sed fucata, adulterina, & arte accerita, ad faciendum quantum manibus, & mulierculis de forma plus nimo sollicitis familiaris. Quo fit, ut alia quidem corpora Toranius, alia Hippocrates laudaturus sit. Neque vero apud Xenophontem iocari Socratem fortasse exiti mandam est, ambigentem de pulchritudine cum illis, qui arate sua formosissimi videbantur. Is si simpliciter loqueretur, neque referret ad actionum constantiam speciei decorem, forsitan vtrique solum iocaretur. Sed quoniam toto illo sermone particulari pulchritudinem, an actionis bonitate & virtute collocat ipsam non tam ioco quam serio loquutum esse credamus. Hæc namque Socratis musa fuit, & industria, vt seria iocis semper immisceret. Tripliciter ex hisce, quæ à nobis dicta sunt, pulchritudinis speciem colligimus. Vnam quidem & veram Hippocrati ascriptam, quæ optimus est partium itatus, & symmetria, & quæ ex actionibus tantum bonis innotescit. Alia est quæ ex natura benignitate, atque in fabricando solertia accedit, & priorem illam in quidam passu consequitur, quæ in quibusdam partibus per se manifesta est, in quibusdam ab utilitatis splendore obscuratur. Tertia tandem est, quæ Græcis *υπερβολη*, Latine *υπερβολη*, Latine lenocinii, compus, elegantia, fucata, & adulterina pulchritudo vocatur, nature sumia, viticus, & hamus miserorum amantium. Formæ igitur decus maxime cum partium utilitatibus est coniunctum, atque id in facie, tanquam in præcipuo domicilio reperiendæ. Quod vicinum esse sanitati atque maxime ab hominibus expecti Athenæus docet, dum Platonium illud, * de pulchritudinis censu in publico hominum congressu decantari solitum, hunc in modum recenset.

^a Gal. 11. de
^b Hipp. de
^c Scholia.

Vtiam qualis sit vobis, qui que videte, discissipule.
Peccare, & animo vos specto, vos potius sum claudere.
Animum, si vera tenentur hominum, asfirmare.
Bene valere optatum est moribus.
Deinde pulchrum nasci, post sine fraude dicitari.
Quæritur vero cum amicis pubescere.

^b Athen. De
^c Hippoc. 15.

Hoc diuino pulchritudinis dono ornati, diuinis olim ministerijs ascribentur, quod acceptiores fore vicimas, si à speciosis manibus proficerentur, existimarent. Huius examen in Elide fiebat, Athenæi testimonio. Sic Archidamum regem, quod cum hinc formosam mulierem spectasset, illic deformem, sed diuitem, & ad hanc animum applicasset ab Ephoris multatam, oburgatumque, seuerè legimus, quia potius Spartia nisi regulos quam Reges pro creare mallet. Formæ si quidem liberali augustum quid, & regum in eis homines volebant, sic vt pulcherrimis viris plurimæ gentes regni detulerint. Sic Euripides egregiam pulchritudinem, & quæ alias dotes vincit, regno dignam esse ait. Si præterea ea, quæ Homerus de Helena, Polyxenes, aliarumque illustrium, æminarum forma tradit, recensere velimus, profectò pulchritudinem rem diuinam ad antiquas esse habitam, & cæteris humani generis dotibus longè illustriorem & digniorem, faciliè demonstraremus. Sed nimis extra propoliti cancellos digredieretur, quare hæc de pulchritudinis dignitate satis dicta sunt. Eius, vt antea dictum, præcipua fides, quamuis per vniuersi corporis molem blande & suaviter sese effundat, omnium sane testimonio facies existit. Nam & hæc in parte anima nostra, saltem secundum medicos, si non philosophos, tanquam in domicilio suo, collocata est: hic vim suam, potestatem, atque imperium ostendit: hic sensum sunt receptacula, qui velut apparatus, & satellites, iussa Domini excipiunt, ferunt, referunt, & molestias & iniurias, si qua ingruant a rege suo propellunt. Accedit quod hoc loci forma, quam cæteris, multò diuilius acquiratur, vbi tota, tam diuersæ membrorum dimensiones, & harmoniæ in vnam eamque aptissimam figuram concurrunt: ideoque naturam diuitias suas, hic potius quam alibi, ostentare voluisse, certò credendum est. Formositas enim & supercilia suam habent uenustatem, suam decentiam oculi, suum nitorem nares & mala, suam iidem splendorem labra atque mentum obtinent. Quarum partium elegans delimitatio, & symmetria constructio, ad hanc vnam admirandæ pulchritudinis speciem extruendam solummodo conspirant. Propterea faciei honorem præcipuum in suo philosophico poemate Lucretius tribuit.

^a Athen. De
^b Hippoc. 15.

12 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

Condere caperunt urbes, arcemque locare
Præsidium reges ipsi, sese, persequamque
Et pecudes, & agros divites, atque dedere
Pro facie cuiusque, & viribus, ingenioque.
Nam facies multum valuit.

Accedit * & barbararum foeminarum consuetudo, quæ faciem succis illinire, formæ
concordiæ gratia, affueverant, more ad nos etiam propagato. Accedit & auctoritas
Poppeæ Domitij Heronis coniugis, quæ alimino lacte in facie dealbanda & exornan-
da usâ fuit. Sed quoriam hæc nonne id lenitas ipse, ueritatis magister docet? Unica fa-
cies est, si primo spectatur, prima uisû percellit, prima placet, prima displicet, hæc hoïum
oculos commouet, hæc allicit, hæc aïum subit, hæc prima & præcipua amoris femina con-
iicit. Sit enim quantumcumque corpus bene compositum, & affabre factum, ut neque
ad perfectionem etiam quàm sagacissimus naturæ æstimator aliquid desideret, tamen
si paulo illiberalior, & indecentior facies accedat, haudquaquam pulchritudinis nomi-
ne, sed turpitudinis potius id designamus. E contra dummodo facies adit elegantior,
& iucundior, quamuis plurimum corporis dispositio abiussitua sua, & rhythmo defle-
ctat, eam tamen prædicabimus & ob formæ decentiam laudibus extollemus. Quare sum-
ma cum ratione pulchritudinis & uenustatis regionem, faciem ipsam describemus, cum
uel non modo uulgi, quod affectibus rapitur, sed etiam sapientiores quam plurimi, qui
bus ratio imperat, idem senserint. Facies præterea sexus inter se distinguit, cum in mu-
lieribus depilis sit, atque mollis, in uiris hispida, & aspera. Dignitatem uerò uirilem
peculiari ratione maximè commendat, quod præter cæteras notas in ætatis progres-
sibus pulcherrimo pilorum ordine undiquaque circumscriptæ inuestiantur. Hoc
enim * ornatum ipsa foemina multo est uenerabilior, & aspectu grauior. Tanta fuit
naturæ in efformanda facie decoris affectatio, ut ob hanc unam pulchritudinis causam
& malæ & naus pilorum expertia producta fuerint. Etenim si integra facies hominis
pilis conlita, quasi sensibus quibusdam obhorruisset, haud certè manulicium animal &
politicum. sed agreste potius & ferum hoc pacto euasisset. Cæterum apud antiquos
tantus honor, tanta dignitas, tanta reuerentia faciei habita fuit, ut eius decorem maxi-
me inemeratum conseruare niterentur, labefactum quàm ingenti precio follicito re-
dimerent. Vt de Claudio Tiberio narratur, qui ad delendum faciei lichenem quinqua-
ginta millia coronatorum medicis impendit. Faciem * gestare uelant uirgines an-
tiquitas, dum ad uora accederent, consueuerunt, uel propter honestatem, uel propter
uerecundiam. Ingeni præterea homines ac ferui ex facie dignoscuntur, secundum
Plautum, & Terentium. Quin & uitæ institutum ex eadem facie deprehendi posse le-
gimus. Huc etiam referuntur, quæ a iurisperitis memoria mandata sunt, in l. si quis
in metallo c. de pen. Si quis in metallum pro criminum deprehensorum qualitate
damnatus fuerit, minime in eius facie scribatur, cum & in manibus, & in iuris possit pe-
na damnationis una incriptione comprehendi, quo facies, quæ ad similitudinem pul-
chritudinis est figurata, minime maculetur. Addunt etiam aliud in pluribus locis cor-
pus aliquod sepultum fuerit, principalis censetur ille, ubi aderit caput, potè in quo
sit imago, per quam mortuum hominem dignoscere ualeamus.

CAPITVLVM QVARTVM.

De faciei dignitate secundum medicos.



Onstat ergo faciem inter alias corporis nostri partes, plurimum excel-
lere, & dignitate præstare. His tamen & rationibus, & grauissimorum
hominum testimonijs adiungenda sunt, quæ ex medicinæ ambitu, hu-
ius rei gratia, in medium afferri possunt. Non enim nobis silentio præ-
tereunda sunt, tum quod ad professionis nostræ limites spectent, tum
quod institutum nostrum, non aliunde accersitis, sed natiuis coloribus
exornent. Atque ut anatomicorum fontes primo gustemus, certe in partibus animalis
estor-

efformandis, naturam triplicem finem sibi ob oculos posuisse constat, nempe ut aliqua
 illarum vitam tueantur, ut per aliquas commodius vitam traducamus; per quaedam uero, ut
 genus humanum ab interitu per propagationem uindicemus. Nequit, n. substantia ex
 corporibus adeo dissidentibus extracta, quo ad nature leges, perennē durationē fortiri.
 Ex primo sensu cerebrū sunt, cor atque hepar, secundū ordinis, nares, aures, oculi; tertij
 uero generis, testes, matricēs & pudenda. Vnum quodque atq; harum particularum loco,
 & sedē conueniētī, natura doctā & prouida collocauit. Quanta igitur dignitas facies ac-
 cepit, quis honor, quæ eximatio, si ordinem & positum cæterorum membrorū, & præ-
 cipuē, quæ generis coalescenti famulantur, cum illa conferamus? Taceo de reliquis,
 quoniam id demonstrare esset infiniti operis, agam saltem id, ut perfectio sit membro-
 rum genitalium, quanta ratio habita fuerit excellentiæ faciei atque nobilitatis, quod-
 que membra hæc iustissimo architecti consilio, non exiguo interstitio inter se dirempta
 sint, exactē cognoscimus. Nam cum cerebrū sit propago quædam facies, ad quam sen-
 suum omnium organa desecant, & quo in loco anima uirtus, diuinas suas uires exe-
 rat, quid inconuenientius iustit, & protoplasta indignius, quam membra illa pecuina
 & abiecta, cum partibus adeo nobilibus & diuinis confluat? Hoc enim dominum
 esset cum mancipio eodem loco ponere. Namque munia sensuum turbaret talis con-
 stitutio, mentis aciem obunderet, & rationis imperium euerteret. Innata enim homini-
 bus cupiditas, leui etiam de causa instigata, ac indomita bestia multoties in rectorem
 suum insilieret, & habentis excusis, de sede sua eum deiceret. Non dicam quantum obfu-
 turum sit decori & uenustati, quantaque loci fuerit iniquitas, & laboris dispendium, si
 omnino membra illa eò locari debuissent. Quare ea procul hinc abrepta, natura sapiens
 disereuit, & faciem alta in sede, & conspicua collocari, membra uero genitalia, in ista
 uile pecus, in stabula, locum uilem, & depressum detruendi iussit. Vi enim rationi cum
 cupiditate, haud quaquam conuenit, sic necque membris, quibus facultates hæc imperat,
 nulla est affinitas, nulla coniunctio, nulla penitus cognatio. Sane ^a autem in maribus
 equæ, ac foeminae partes genitales, ea ratione dispositæ, ubi locus cum ad spermata reij-
 ciendum, recipiendumque, tum ad foetus incrementum, atque enixum omnium est a prin-
 cipio, qua necque sensuum operationes, necque mentis officia interpellari, neque splen-
 dor ille pulchritudinis obtenebrari potest. Quæ omnia in facie præstantiam eiusque di-
 gnitatem manifestò cedunt. ^b Eam tamen non imminuit, quod ^c cerebrum & quæ ad
 faciem spectant, non prius efformantur, quam brachia iam, & crura ad suam perfe-
 ctionem deuenierint. Id enim ea ratione fieri existimamus, quod natura, quæ magis
 necessaria sunt, in primis peragat, quæ minus, posthac efficiat. Nam quo pacto uiris il-
 lustribus aliquo accessuris, prius quæ uili futura sunt, adornantur, sic natura prudens
 ante omnia apparatus earum rerum instruit, quæ accedenti parti principi ad obueni-
 das actiones commodo futura sint. Neque fortis opus est cerebro, quando uel uidere,
 uel audire, uel olfacere, uel gustare, nequaquam eum oportet. Sic teste ^d Aristotele
 præstantiora, & perfectiora generatione ignobilioribus, atque imperfectis longè po-
 steriora sunt. Maxima igitur faciei dignitas est, tam quod in loco adeo eminenti, & sin-
 gulari posita sit, quam quod constitutus iam cæteris partibus ministris, ipsa postrema
 omnium tamquam domina perficiatur. Illud etiam inter initia protinus certissimum
 excellentiæ faciei argumentum est, quod in ea, ac in tabula, temperiei signa, cum totius
 corporis, tum ipsius cerebri nobis exponantur, per quæ uelut manu ducti in uniuersi cor-
 poris cognitionem peruenimus. Cutis enim cum laxa sit & tenuis, necque plurima car-
 ne suffusa, naturam humorum affluentium, atque essentiam, nulla cum difficultate pro-
 dit. Protinus enim color succorum subiacentium, nisi compulsi retrocefferint, per cu-
 tem efflorescit. Sic roseus color in calidis & humidis, citrinus in calidis & siccis, niger,
 fulcus, atque liuidus, in melancholicis, albus, & pallidus in corporibus humidis & fri-
 gidis, & faciem, & cæteras partes undiquam perfundit. Ita que quocumque hu-
 more corpus proluatur, eiusdem semper indicia, ea que certissima facies ipsa afferet.
 Coniunct etiam facies maximè ad cerebri intemperiem indagandam, si illius magnitu-
 dinem ^e & paruitatem, figuram, sensus ibi collocatos, oculos, aures, nares, atque alia
 consideremus. Erenim hæc mutuo se indicant, & principij, quæ à principijs oriuntur,
 & quorum à principijs ortus est, principium, uirtutem, & inobscillitatem attestantur.
 Suggest etiam facies indicia ad nonnullos morbos maximè efficaciam. Vt enim à cere-
 bri

^a Gal. de
 anat. par. 1. cap. 3.

^b Gal. de
 anat. par. 1. cap. 3.

^c Arist. de
 anim. 1. cap. 1.

^d Gal. de 2. de
 medica 1. 1.

hinc affectibus exordiamur, videmus uterque cerebro occidere, labijs deducis hiare,
 a Aet. lib. 6. p. 27. detinere sed diu sic torquet, & palpebris conuulsi. Hinc Acius^a qui car-
 che, aut catalepsiprehenduntur, ait, inter cetera indicia facie quoque manifeste sese
 24. produunt. Adeo si mentem occupati sunt, ut fixos ueluti oculos, & palpebras habeant
 penitus immobiles aliquando & eadem a peras, aut nitent, aut intense uideant, sic
 ut neque oculos claudant, si quis manum ipsi obtendat. In pneumonia peculiarem signi
 c Gal. 1. loc. 247. efficacis rationem habet maiarum rubor, quod ad pulmonum anathymia in tuffendo
 expressam uolunt attingere. Certum est ob uenarum angustiam quae sanguinis perfu-
 sionem ab maioribus uasis excipiunt, halitus illos & uapores illic subsistere neque ex-
 24. pirare. His additur, quod ex calore^b Faciei laborantes morbo regio, nullo cum ne-
 gocio deprehendantur, praesertim uero ex oculis, in quibus, quod album est, luteum fit,
 & uiridum. In quam sententiam & Galenus^c oculorum alba & faciei partes tempori-
 bus propinquas, itemque malas pallore quodam suffundi refert. Accedit reliquis
 faciei dignitatibus eximium illud, atque penes omnium consensu caput, quod ex ea in
 pluribus affectibus euidentissima, & efficacissima de euentu morbi argumenta eru-
 mus. His maxime suffragatur omnis antiquitas, hoc quotidiana experientia, testis locu-
 ples, confirmat. Nam omnium bonorum auctor, & parens Hippocrates vnam faciem
 ante omnia paulo exquisitius in morbis acutis explorandam esse docet, atque illud
 praesertim in ea circumspiciendum, num aegrorum facies cum sanis conueniat, & an fi-
 bimet ipsi, suaeque naturae consentiat. Sed licet ipsius uerba nobis scribere.
 Considerare^d potero hoc modo conuenit in morbis acutis primum quidem faciem e-
 groti, an similis sit his, qui in sanis sunt, maxime uero an ipsa sibi ipsi optime
 fuerit. Si uero maxime contraria simili fuerit, horrendissima est. Itaque ut videmus
 ex facie morborum signa depromuntur, quae non solum prima sunt eorum, quae medi-
 co occurrunt, sed ceteris ferè posteriora, quae acutius examinata, insignem in morbo-
 rum prognosi certitudinem pariunt. Cum uero haec sententia sit Hippocratis tanti ui-
 ri, ea nobis sicco pede nequaquam transeunda, sed diligentius ruminanda est, ut quid
 velit, & qua ratione velit optime Hippocrates, rectè intelligamus. Tria igitur perlu-
 stranda iam nobis proponemus. Primum, quod Hippocrates dixerit, in morbis acutis pri-
 mum quidem faciem aegri attendendam esse, numquid similis sit his, quae in sanis sunt.
 videamus ergo, quanam sit illa, quae in sanis conspiciuntur. Deinde cur considerari
 velit, an ipsa sibi ipsi similis sit. Negligere enim praecipio hoc sanorum faciem vide-
 tur. Postremo cur efficaciam adeo argumenta, & ad praedicendos euentus in morbis ac-
 cutis utilia, facies nobis exhibeat. Considerare igitur oportet, quae ad partium faciei
 spectant, colorem, molem, situm, substantiae rationem, splendorem, & quae ex his om-
 nibus resultat, quasi ad vnum scopum collimantibus, pulchritudinem. Haec autem col-
 24. ligimus ex horrendissima illa faciei hypotypoi, cum in quatuordecim^e acutis, oculi caui,
 collapia tempora, aures frigidae & contractae, & eorum extremitates auresque circa
 frontem dura, circumtertia, & tria, & color faciei pallidus aut niger, aut lividus, aut
 plumbeus. In primis igitur aegri facies cum sanis conferenda est, & videndum, num-
 quid partes illius a colore bene ualentium, figura, mole, forma, & alijs eius generis, &
 quantum deficiant. Sed cum sanitas in vnoquoque sit, quod sibi se cum natu-
 ram inest, & quantum quique ab natu suo tenore, & typo diferept, tanto vehe-
 mentiore & acriore morbi vim existere necessum sit: ideo faciem ad semetip-
 sam collatam, exactius perpendendam esse cenlebat Hippocrates, ut singulis quid na-
 turam sit & familiare, quid morbosum & alienum pernoctamus. Quae praecipio certe
 firmiter memoriae mandanda est, ne turpiter quandoque decipiamur. Contingit e-
 nim quamplures affecti a sanis diferre, & habitu moruos potius quam viuos expri-
 mere, praecipue uero senes & melancholicos, atque illos, qui in diuturnis vinculis, pes-
 dore, & squallore confecti, aut ad transra damnati fuerunt. Qua in re Cardani hi-
 storiam lubet referre. Is famulum quendam suum, ait, qui per decem & octo an-
 nos apud Afros, ad remigia deuictus fuerat, cum oculos clauderet, neque viliam sui
 corporis partem moueret, in nullo mortuis abfimilem potuisse dici, adeo pallor, ma-
 ties, extensa cutis, arctae nares, color plumbeus, ac ferrugineus, cum tumore quodam, o-
 culi uix oclui mortis speciem referebant. Scilicetandum itaque primo, dum agro oc-
 currimus, haecine sibi facies connata sit, an secus, ne in dijudicandis morbis, eorum-
 que

quæ successu in errorem impingamus. Cæterum illud profectò dignum est inquisitione, cur ex facie certa adeò indicia salutis, vel pernicii, vite vel mortis eruantur. Potiora enim sunt eorum, & prima medici oculos feriant. Cardanus subtilis tres causas proponit, cur facies potius, ac cæteræ particule vtrum lapsum & morbi magnitudinem offendant. Prima est partium minutissimarum copia, & præcipuè forma diffinilium, oris, menti, maxillarum, nasi, oculorum, frontis, palpebrarum, temporum, aurium, quæ facilius noxam lubeunt, & euidentius, & citius a natio statu recedunt. Est & cutis tenuitas, vt facies quamprimum tendatur, palleat, contrahatur. Multis in locis cartilago lubeit, vt in naribus in auribus: suntque frontis muscoli tenues admodum & exangues. Cerebrum præterea faciei proxime adiacet, cuius affectionibus si percellatur, vt in merore, in letitia, quam plurimum & subito eam mutari contingit. Etenim morbis concusso corpore, acutum incallescit, contrahitur, humoribus grauat, flatu, & vapore distenditur, abicessibus opprimitur, sanguine & spiritu destituitur, & alijs quampluribus malis corrumpitur. Itaque non admirabimur cur ex facie ægri in speâ, aut salutem, aut interitum pronuntiarî possimus. Sunt & aliæ causæ, non tamen vique principales, nempe sanguinis copia, in quibusdam locis & regionis leuor, quorum gratia multò facilius, & expressius, impressiones factas à partibus internis facies demonstrat. At ego Cardani acerrimo certè viri ingenio diligentiam in his maxime desidero, cum ieiune admodum, & uix summis, quòd aiunt, vestigijs rem adeò præclaram, & icia dignam atigeris, & pertractarî. Tentabimus itaque nos, vt pro maiori negotij intellectione, quædam in medium afferamus, & efficacius huius causam, pro virili discutiamus. In primis hinc euenire censemus, vt facies cæteris partibus euidentiora, mortis, atque vitæ argumenta præbeat, quod nulla sit corporis nostri pars, quæ ex tot, ac tantis differentibus specie particulis, conglutinata, confensum adeò euidentem, atque efficacem habeat cum visceribus, atque artubus, aequè ac ipsa facies. Atque hoc duplici modo. Non ignoramus conuictam esse inferiori ventri faciem, vt supra dictum fuit, per œsophagum, qui communi vinculo vniuersis infimi ventris partibus annexus, & recto tramite ad superiora elapsus, in fauces, & in os ipsum desinit. Scimus præterea, & ventri medio coherere faciem, quod a pera arteria innumere ferè propugnibus per pulmones dispersis, atque in amplum caudicem aliquando collectis non leuis, atque œsophagus, eodem ductu ad fauces emergat, & inde cum ore participet. Videmus tandem & cerebrum in dissolubili foedere cum facie coniungat, quæ id per portiones illas, quas vocant, mammillares, quæ ex intimis cerebri penetralibus, in faciei centrum, nares ipsas, recto passu producantur. Maxima igitur faciei cum membris præcipuis, vt videtis, necessitudo intercedit. Si etiam nulla corporis pars, quantumvis exigua, ab ulcero confortio diiuncta est, sed communi prouidentie vinculo connexa, certo certius fateamur necesse est, cum prima viscera cum facie ipsa conspirent, singulas etiam vel abiectionissimas corporis vniuersi particulas, ob commercij legem, cum eadem conuenire, & colligari. Eructat præterea venter in finibus, ac viscera eodem ambu contenta, per œsophagum, quicquid amplitudine continet, seu vaporis, seu halitus, seu reliquorū morborum fomitis, Spectatur hoc in iliatis, in nephriticis, in ictericis, in hepaticis affectibus, nec non in vteri morbis. Quam expurgandi rationem & thorax venter medijs insequitur. Sepe enim pulmonibus destillatione turbulentibus, seu alterius mali alluio cõstitatis, non sine vehementi cruciatu, per aperiæ arterie tubum, hic sua in os recrementa effundit. Non fecus & cerebrum, quantumque afficitur, in vniuersas faciei particulas colluuiem exonerat, & feces suas deponit. Hinc tantus ad aures, ad oculos, ad nares, ad os, ad cutis superficiem, superfluorum effluxus. Tantus igitur est confensus, tanta connectio, tanta faciei conspiratio, vt iam dictam est, & vniuersis corporis nostri partibus. His succedit & alia ratio societatis mutue membrorum, superiori illa multò prior, atque illustrior, in cuius cognitione in memoriam reuocanda sunt, quæ à Galeno multis in locis fæcere declarata: Quod nimirum tria sint viscera, penes que corporis nostri sit arbitrium, & quod illa per peculiaris organa, quasi per canales, & aqueductus uim suam in singulas partes demendant, atque effundant. Quapropter vti nulla est nostri corporis pars, quantumlacunque etiam, quæ affectiones à principijs transmissas, non sulcipiat, ita penitus nulla est, vbi citius fiat, & facilius, atque in facie, ob arctam adeò cum membris principalibus confue-

tudinem. Sed videamus qualis hæc consuetudo sit, atque cordis confensum prius explicemus. Pater manifestò truncum arteriæ magnæ, cumque altiorem, per cauum thio facis affurgere, & vrad primam iuguli regionem accesserit, in ramos binos, eosque crasfiotes findi. Eorum alter in partes penitiores sese inuoluat, & in cerebri culmina confendit, alter verò cutis regionem eximiam perreptans, vniuersam capitis peripheriam circumquaque discurrit, & irregulares, quas vocant anatomici, exteriores constituit. Harum igitur arteriarum flagella exigua, in ambitum faciei definiunt, quibus interauncijs, si quid in corde, si quid in proximis vasibus nouitas contingit, id statim faciei enuntiatur. Pater hoc in affectibus animi, in ira, in gaudio, seu teniori sanguine proprius in alium euolante, seu lege nature id expectante, ut reconditi hominum momentantia, quæ a cordis confortio haudquaquam discrepant. Vena namque regia, quamprimum ex hepatis conuexo egressa est, in binos ramos, eosque quàm maximos distinditur, quorum alter statim reflexus, in depressas partes dispergitur; alter uerò, per phrenam, incumbendo thoracis vertebris, in alium attollitur. Hicce ramus, postquam ad vique thymum, vnicò stipite progressus fuerit, in duas & amplas se se icindit propages, quarum intima cerebri sedem subit, at extima per capitis regionem disseminata partes externas alit. Ad hinc iureculi quidam non contenti ad faciem concedunt, & præcipue per mucus, & per muculosas eius particulas disperguntur, ea de causa, quod frequentius agitate, ampliori sanguine pro alimento indigent. Tertius tandem conuexus faciei est, cum cerebri, longè omnium clarissimus, ac efficacissimus. Nam & cerebri germina, & sensuum domicilia in ambitu huius consistunt, & parum abest quin partes hæc ob viciniam concurrant, ni interiectus cranii paries obstitat, adeò tamen peritus, ut undiquaque exitus, & aditus, utro citroque concedatur. Quare fieri non potest, quin uel minimarum turbarum, si que animæ arcem concutiant, manifesta in facie indicia appareant. Hinc ira excandescit, metu pallescit, uerecundia erubescit, mærore contabescit: hæc tristitia obfcurat, hæc spe extollitur, inuidia contrahitur, hæc gaudio explicatur. Itaque cum è multis adeò atque diuersis partibus facies constituta sit, quæque cum præcipuis corporis uisceribus, manifestò ita, & multifariam connectatur, quid mirum sit tot & tantas suggerat prædictionis, & reconditarum affectionum notas. Facillimè enim faciei partes, ob societatem cum reliquis noxam incurrunt, quæ cum in alijs largius, in alijs parcius sese prodant, ob multitudinem tamen & diuersitatem substantiæ membrorum, hic minimè omnium latere potest, sed quam promptissimè percipi. Quod fieri contingit, cum per qualitates primas frigoris, & caloris, secundasque aspectabiles, tum per molem, per figuram, per situm, & per substantiæ modum, quæ omnia faciei typum expriment, & in agrorum examine considerantur. Harum occasione quamplurima oracula, ex quibus varios morborum euenus licet prædicere, diuinus ille senex prodidit. Talia sunt: ^a magnis malis, facies si bona fuerit, ^b Hipp de bonum signum est, in paruis autem contraria, malum, Item alibi ^c oculorum partes in principio morborum denigrari solent, si inualuerit morbus: hæc igitur si puræ fuerint, perfectam sanitatem indicant, leuiter quidem tardius, uehementer autem citius. Item: ^d Si quid alba partis oculorum subapparuerit palpebris non commissis, si id non ex alui profusio, aut medicamenti potione fuerit, aut ægros non ita dormire consueuit, malum signum & ualde lethale est: si uerò retorta, aut contracta fuerit palpebra, aut fluida, aut pallida, aut labum, aut nalis, cum aliquo ex signis alijs, morti esse proximum sciendum est. Lethale est etiam habere labia resoluta, & pendencia, & frigida, & albicantia. Talia etiam sunt: si ^e lacrymantur oculi inuoluntariè, aut difforti queantur, aut alter altero minor fiat, aut alias partes rubentes habeant, aut fordes circa oculos appareant, aut mutabiles, aut iminentes, aut caui uehementer facti, aut squalescentes, & obfcuri fuerint, aut color totius faciei obfcuratus, hæc omnia mala & perniciosa putandum est. Rursum uerò sic refert facies, quæ ex tumida humiliatur & uox leuior, & debilitor eua, dens, & spiritus rarior, & leuior, remissionem in sequentem diem significant. Item: ^f si partes circa faciem gracilescant, & uenæ in manibus & oculorum angulis aut supercilij quietem habeant, cum prius non quiescissent, huic si uox fuerit debitor & leuior, ^g spiritus rarior, & tenuior, sequenti die remissio morbi conungit. Item: Si febre ^h tenente partes circa faciem graciles fuerint, in die impari, sequenti die soluetur. Et rur-

si;

^a Sen. de morb. sect. 1.
^b Hipp. de diab. iudic. sec. 3.
^c Hipp. de pren. sec. 2.
^d Hipp. de not. sec. 1.
^e Hipp. de pren. sec. 2.
^f Hipp. de iud. sec. 2.
^g Hipp. de morb. iud. sec. 2.

fus; qui faciem decolorem habent, & ubi comederint paulo post erugiant cruda, & acor in nates serpis, his corpora pura non sunt, & plus est qui de carne colliguntur præ labore, quam quod depurgantur præ circum. Item: faciei tonis color alteratus malum. Item: faciei bonus color & toruitus malum. Item: circa faciem color bonus, & fadores non febricitibus, sterora uetusta subesse significat, aut uicium rationem inordinatam. Facies flores habens, cum alio liquidiori, supurationes pulmonum indicat. Itaque ut aliquando nosmet ad pen sum reuocemus, atque sententiam nostram aperiamus, cenemus faciem in ægris idè curiosissima inquisitione dignam, quod vnus sit, & peringens principum, & cæterarum partium cum ea consensus, & quod oculorum obtutu exposita, quam plurima indicia, de robore, & languore præcipuorum membrorum in se se contineat. Quas cum plura numero, tum cognita facilia sunt, quod non paucas particulas, ea seque diffidentem ea in ambitu suo facies recipit, quibus singillatim nota quædam & character impressus est, quem leuiter equidem affecta facie, quamprimum immutari, & in contrarium statum traduci contingit. His Cardanus cutem raram atque glabram, sanguinis multitudinem, & nos eius tenuitatem addidimus. Quibus notis non modo singulae faciei partes, sed etiam ipsa tota definitur, & constituitur, quæ conditionibus istis, si que alia ab alijs tradi possunt, annumerari debent. Hic autem faciei status, cum suis vniciueque similis sit, & congeneris, quare Hippocrates non solum eam in sanis, verum etiam in ægris aduertendum esse admonet, ut quod vniciueque consuetum & familiare sit, quod in suum, atque inimicum primum omnium pernoctamus. Nam licet facies à sanis diuersa sit, tamen secum conueniat, & pristinum statum obtineat, intra sanitatis limites hominem illum consistere significabit: (unusquisque enim ab eo, quod sibi proprium est, & amicum minus laeditur) si uero a se ipsa discrepet, uel leuiter, uel nimium, tum aut grauem morbum subesse, aut leuem, liquidò ostendet. Hæc igitur sunt, quæ secundum philosophos, & medicos, quantum in genere fieri potuit, in expendenda dignitate faciei declarate nobis uisum fuit.

CAPVT QVINTVM.

De narium dignitate.



BSOLUTA sunt ea omnia, quæ aliunde accersita, ad declarationem curtarum partium uidebatur aliquid facere. Nunc agite propius accedamus, & primo, quicquid de narium præstantia, & utilitate consideratio de dignum fuerit in medium adducamus. Illa uero nobis præmissisè uisum fuit, quod ex istis rationibus, quasi perpetuis fontibus, & argumenta nobis essent deriuanda, & quia longè dilucidior tractatio hæc atque perfectior futura sit. Nares igitur, ut earum dignitatem consideremus, quantum pulchritudini splendoris afferant, id satis explicari non potest. Quamuis enim cuiusque faciei partium suus honor, sua gratia adfit, quæ suauitudo disposita, in augustissimam formæ speciem conspiciunt, peculiaris tamen naris ratio est, ut cœcinnus si fuerit, summo opere faciem cõmendet; distortus uero, aut prauus, aut simus, aut uulnere notatus, totam formæ honestatem euertit. Hinc oblongus naris inter deformitatis conuitia refertur, ut Horatius:

Drypis, nasuta, breui latere & pede est.

Et rursus:

Aspyllum circa ludam faber imus, & uogues*

Exprimet, & mallei imitabitur are capillo.

In felice operis summa, quia ponere titum.

Nescit: hunc ego me, siquid componere curem,

Non magis esse uelim, quam prauo uiuere naso.

Speiandum ueris oculis, nigroque capillo.

Sic Terentius ex naso formæ decorem metitur, dum ait: illamne rufam uirginem, cæciam, sparso ore, adunco naso. Testantur id exempla, & in primis optimè congnouit.

gnouit, quantum pulchritudini, ex naribus accederet, decederetque purpuratus ille, qui abreptus ab Roberto filio Petri Antiochiorum, nates sponse præcidit, ut qua causa ille cuius fuerat Robertus ad sponse rapum, eadem spoliatus graues aculeos doloris perentiferet. Sic sancta Ebba regii sanguinis Angli^a Colimbauensis monasterij prætes; ut funestam irruentium Danorum libidinem, à corpore suo auerteret, una cum cæteris religiose illius uitæ comitibus nates sibi obruncauit, quo uulnere, non tam in decore quam honesto castitatem Deo promissam, casta femina redemit. Etenim narium apicè abscisso, panduntur sinus & partium internarum recessus, uassi patent hiatus, & cauernas, inlitar antri Typhonij, obicuratæ horrendum certè & abominandū aspicientibus spectaculum. Inest præterea naso nectio quid angulum, & regium; an quia forma corporis, & animæ decoris index sit, an quia peculiaris quedam imperandi dexteritas, & prudentia in eo eniteat. Sicin⁶ rege suo Perse nasum æquilibrium admirantur; sic in ueteri lege, qui uel paruo, uel grandi, uel torto naso erant, sacerdotio, & sacrificiis arcebantur. Tantum tribuitur honoris ipsi naribus, ut ipsi, qui careant, ad gubernacula penitus non admittantur. Id⁷ Hircano⁸ Iudeorum regi obigit, qui multatus à fratre naribus, & auribus imperio, cedere coactus fuit. Sic Martina Constantini Heraclij imperatoris nouerca, dum Heraclione filio regnum astrueret, interfecto uenenis priuigno una cum filio à fenatu expellitur, alteri quidem, ut ineptus esset ad gubernacula, resecto naso: alteri uerò lingua amputata, quod iustus in filium cædis penas lueret. Sic Imperatores duo Iulianus, & Leontius eadem ob causas hoc supplicium subierunt. Ille enim prauit uir ingenij, & ab orthodoxa fide alieni, factus inuitor suis, tam ob crudelitatem quam quod Synodum sextam reuocare, & Sergium Papam repugnantem, è sede Pontificia demoliri ausus esset, conspirantibus Leontio patricio, & Gallinico Patriarcha, naribus spoliatur, atque in exilium pellitur. Leontius autem, cum imperij habenas arripisset per Abimarianum, quem præfectura exercitus ornarat, folio deiectus, & in uincula detrusus, suæ erga dominum perfidia pari supplicio, penas dedit. Nasus ergo tantæ est exultationis, ut ex eius decore, ornataque, summa sacerdotia, amplissima imperia, & regna latissima pendere uideantur. His accedit, quod peculiarem præbeat cognitionis notam, mutusque discretionis characterem sibi impressum habeat. Quare apud inferos Aeneas hæsitat, cum deformem, & mutilam Deiphobi faciem ex improposito intuetur. Sic enim ait Poeta.

*Atque hic Priamidem lamiatum corpore toto
Deiphobum uisus, lacrum erudescit ora,
Ora manusque ambas, populataque tempora, & aptis
Auribus, & truncas in honore uulnere nates.*
Atque tunc subiungit.
*Vix adeo agnouit priuigentem,
Supplicia, & nonis compellat uocibus uirum.*
Idem refert Casandra apud Senecam.
*Te liquor nimium cito
Cognegit, Achilli Troile, incertus geris
Deiphobe uultus, conuictus munus noua.*

Dubia certè redditur facies, & omnino incerta, atque à priori statu dissimilis, si que uis, aut iniuria nasum è medio abstulerit. Quare & supra omnes noxas hoc unum maxime tetrum est & abominandum, si aliqua partium harum accesserit defædatio. Atque uix maiori ignominia afficere aliquem homines existimant, quam si particulam hanc decoris & honestatis imaginem confunderent. Quare Plautus inquit: Namque si adæpol si adites propius, os demaxabit tibi merdicus, Et in facris litteris aurium, & narium, amputationem interminatur Deus Hierosolymæ, & Samarizæ, sub typo Ohollæ, & Oholiuz, quod neglecto pio cultu, & repudiata uita religione, ad gentium Deorum purcitatem deflexerint. Vult autem mysterijs hinc Deus innuere quod interfecto rege, & datis interneccioni sacerdotibus, urbes illas, miserè sit euerlus, summo dedecore affecturus, & gentium omnium ludibrio expositurus. Naribus igitur abscissis nil quicquam est indecentius, nil inhonestius. Narium etiam præstantiam commendat, quod Pythagorei nonnulli, in partibus hujus efformatione, mona-

dem, atque dyadem, à natura expressam contendant, cum binas narium cavitates, unius dorii unculo colligatas uideant, atque hinc ad encomia horum numerorum materiam arripiant. Sed hæc umbra potius, & symbolica rerum sunt. Non minor est æstimatio, quæ ex principis phytognomicis, atque ex mythica Aegyptiorum disciplina ipsis nariibus accedit. Hi narij hieroglyphico sagaces homines notabantur & Festus sagaces, nafutos appellat. Quæ ratione, & obetæ naris, & emunctæ quosdam dicimus dum altero cupiditatem, ingenij perspicaciam altero significamus. Sic natus aduucus homines irrisores, & qui alios præ se contemnunt indicat. Vt Horatius habet.

Nec quod auis tibi materius fuit, atque paternus
Olim qui moesta sequimur imperatari,
Pluribusq; solent, naris suspendis adunca
Legunt, ut me libertino patre natum.
Et de sumptu simili ab rhinocero animalij nato.
Et pueri, ut narium rhinoceros habent.

Phytognomonica uerò hæc sunt. Nari summum gracile si fuerit, facilem iracundiam; si crassum, & depressum, conceleratos mores; si plenum, solidum, & obtusum, qualis Leonibus, & molossis, fortem, & iactabundum indicat. Sic natus oblongus, gracilis, rostratus eius generis mores dabit. Natus adclinans, uitæ morumque honestatis signum est. Natus rectus linguæ intemperantiam, acutus iracundiam, obtusus molliciem, aduucus qui, & æquilius, regalem animum, & magnificentiam, simus immoderantiam, & fortitorem, qualis fuit in Socrate, minor frangem, & pacitatem, & adperus, animi uim, & corporis robur, angustior, & rotundior, obstinatusque, soliditatem, focordiam, uersaniam, obliquus, & intortus mentis, & animorum obliquitatem pendent.

CAPVT SEXTVM.

De narium dignitate secundum philosophos & medicos.

IXTMVS iam quæ sit narium præstantia, depromptis argumentis tam ex facris, quam ex profanis rhetorum, poetarum, & aliarum disciplinarum fontibus, sed agite uideamus & ea, quæ ex philosophiæ & medicinæ campis deprompta, atque potius nostri muneris sunt, nostrum de nariibus negocium explanare possunt. Nares igitur unus omnium Auerrhoes^a olfactus, organa esse uoluit, & decreuit, dignitatem certè amplissimam, quam sententiam inter iuniores clarissimus Valeus^b sopitam refuscitauit. Hæc tamen cum omnium consensu sit explosa opinio, & penitus repudiata, in re futili confutanda citra fastidium, non immeritabimur, sed quid præcorum hæc in parte stabiliter auctoritas, & quid ratio persuadent, de membri huius natura, & præstantia indicabimus. Plures itaque narium sunt utilitates applausu medicorum confirmate. Ea enim est natura^c solertia atque amplitudo, ut in instrumentis condendis consulam multiudinem fugiat, cum plures actiones ab uno membro ritè administrari queant. Quare præ cæteris longè nobilior narium usus est, ut in aeris attractione, efflationeque spiritum hinc inde tam ad cerebrum, quam ad pulmones deferunt. Nam^d respirationi subferuentium natus ex ordine primus est. Et ridiculum plane est, quod^e Archilæus, uel Alkmeon, teste^f Aristotele, caprarum genus, non per nares, sed per aures respirare dixerit. Fit autem respiratio hæc, quod ad palatum nares pertuse sint, sapientia natura decreto, ne recta, ad arteriam asperam impurus aer deferatur, sed transiens per ambages sinus, & angustos tubulos, defecatus in pulmones illabatur. Haud enim diuulter ex circumfuso nobis aere, uel intemperato, uel impuro, uel aliena qualitate infecto, cor, atque pulmonem lædi contingit. Sic illa per incuriam, et fortuito rerum exiguarum corpuscula, qualia sunt cineris, atque pulueris, spiritui transitum præpedirent, & intercluderent, quæ in ipso meatuum flexu, in partium humore, & excrementorum uligine subsistant, uel prætergressis his obstaculis ad gar-

^a Pierii hic.

^b Val. i. lib. 1. cap. 11.

^c Mar. lib. 1.

^d Auer. col. lectan. i. cap. 11.

^e Val. i. lib. 1. cap. 11.

^f Arist. i. lib. 1. cap. 11.

^g Gal. 11. de usu part. 11.

^h Varro de re rust. 3. p. 11.

ⁱ Ar. i. lib. 1. cap. 11.

^k animal. 55.

^l Gal. 8. de usu part. 6.

^m Gal. 11. de usu part. 11.

ⁿ Varro de re rust. 3. p. 11.

^o Ar. i. lib. 1. cap. 11.

^p animal. 55.

^q Gal. 8. de usu part. 6.

^r Gal. 11. de usu part. 11.

^s Varro de re rust. 3. p. 11.

^t Ar. i. lib. 1. cap. 11.

^u animal. 55.

^v Gal. 8. de usu part. 6.

^w Gal. 11. de usu part. 11.

^x Varro de re rust. 3. p. 11.

^y Ar. i. lib. 1. cap. 11.

^z animal. 55.

a Gal. 13. de
 vna part. de
 gacionem adherent. Quod ijs, qui in multo puluere luctantur, atque magnum iter
 astitare squallida ementi fuerint, usu venire solet. Hi enim emungunt paulo post, atque
 per seorsum puluerem reddunt. At nio narium pori recta prius caput petent, &
 inde ad palatum recta oblique reuerterentur, atque nisi columellam ad iunctum in-
 gressum pro tutela positam haberent, nil obitaret, quin haec omnia in respirando in-
 commoda contingerent. Hoc uniusquique, si ore respiraverit, facillime experietur.
 Quamobrem lactantes in arena athletae, si ore respiraverit, facillime experietur.
 b. Gal. 13. de
 dem. Quod attraxit per nullam inspirationem, ex circumvolitante puluere, im-
 nutissimis atomis, de suffocatione periclitari fuerint. Tunc enim animalia per os tan-
 tum spirant, si quidem recte se habuerint, atque cum vel phlegmone, vel scyrro, vel po-
 lypo nares obturatae sunt, aut si febris asthma, pleuritis, & cetera utralium partium vi-
 ua oborta fuerint. Magnus etiam Aristoteles respirationis gratia, a foletri natura, na-
 e Arist. 1. de
 huf. animal. res constructas esse hoc modo habet: natus pars faciei, quae meatum praebet spiritui.
 Acrem enim ea parte reddimus, & accipimus. Sternutamentam quoque eadem par-
 te agitur, quod status uniuersi eruptio est. Signum augurale, & unum ex spirituum ge-
 neribus sanctum & sacrum. Et rursus tum etiam spiritum ab his in pedus, & inde recedi
 necesse est, quod heri non potest, nisi narium sistemus, cum respiratio spiritus de
 pedore per gargulionem, non de capitis parte aliqua aduenit. Neque contrarium
 d. Arist. 1. de
 par. anim. opinatur Aristoteles, dum oris naturam ad certa quaedam officia, & in animalibus,
 quae spirant, & ab extra refrigerantur, respirationis gratia adiunctam esse scribit. Hoc
 enim oris praecipuum officium non est, ut respirandi seruiat, sed quali accessorum
 quidam prudenti natura concessum, quod solummodo praestatur, cum ordo naturae in-
 terruptus fuerit, & ob exercitationem calore in uisceribus effrue factio, subitanea, &
 contraria inspirationis pro refrigerando coeode, necessitas ingruat. Itaque enarratis
 puris partibus, hoc postremum tamquam auditorium, & quo extremis rebus, na-
 tura abunit, ipsi ori datur negotium. Sed euidensissima testimonia sunt, quod ad aper-
 to ore, quae fit respiratio, praerogaturae institutum fiat, quae scilicet narium deminca-
 tis, atque per os inspirantibus symptomata superueniunt. Siccitas enim oris, sapor
 prauus, faetorque ingratus, nec non aer iusto frigidior, & pulmonum cerebroque infe-
 stior, haudquaquam ore respirandum esse docent. Itaque respirandi munus ipsis nari-
 bus, dummodo naturae ordo postulet, & non alijs, primo adhibendum est, referen-
 dumque id ad earum dignitatem, & praestantiam non infimam, quam multo amplio-
 rem reddit, quod eorum opera odores etiam percipiamus. Etenim cum aeren attra-
 himus, per narium canales, in caput odores euolant. Nares ergo odores ad princi-
 pia sua deserunt, non tamen percipiunt, si Galeno credimus dum eorum opinionem
 expugnat, qui interiori narium tunica hanc olfaciendi praesentiam delegabant. Nam
 siue partium constitutionem, siue ea, quae in odorando solent contingere, respicia-
 mus, abducimus omnino, ne principes odoratus, sed minifros in odorum delatione,
 nares ipsas statuamus. Quandoquidem ossa narium odorandi munere fungi ne-
 queunt, cum sensu communiore & ignobiliore, nempe tactu careant, tantoque minus
 fingularem eum atque praestantiorum obtineant. Neque referendum est id officij ad
 tunicam narium, cum illius essentia, ad odorum naturam non accedat, & tantum nerui
 habeat, ut non modo qualitates tactiles, non bene percipiat, ne dicam alias, quarum
 ratio excellentior est, & remotior. Etenim natura obseruauit, ut sensus organum, et
 quod sensum mouere debet, sit substantia quam simillimum. Sic oculus splendidus &
 lucidus est, quia lucida splendidaque agnoscit, & lingua humida atque spongiosa, quo-
 niam sapores, quorum ratio est in humido bene digesto, percipit. At narium tunica
 sicca est & dura, minimeque consentiens odoribus, qui huiusmodi sunt aerei, &
 aereum, & halituosum organum exposcunt. Neruum uero tunica sortita est per exi-
 guum, & talem, qui iniurias, si quae offendant, saltem percipiet, non amplum, nec ue-
 cius conditionis, cui sensum adeo nobilem & peculiarem dicari conueniebat. Ete-
 nim natura & uisum, & auditum, & gustum, & neruis amplissimis & ab aliorum natura
 diuersis insigniuit, quorum illi quidem olfactum praecedunt, hic uero dignitate subie-
 quitur. Quapropter merito erroris damnari potest, quae sine obliua prudentiae, digno-
 res partes non pro dignitate confruxerit, & ualoris rei quam praestantioris maiorem
 rationem habuerit. Quare partium constructio haudquaquam nos cogit ut narium
 odoran-

odorandi officium ascribamus. Si præterea rem a propriis actionis effectibus inda-
genus, nullum odoris sensum, nisi spiritus naribus attracto, ceteri iudicamus, quam-
quam ipsæ nares quandoque, uapore etiam uehementius redolente, repletae sin-
t. Si quis enim in cubiculo admodum angusto, bitumen, casiamuë, aut myrrham, thi-
siam, aut styracem in fustium colliquauerit, ut undique circumfusum aerem odore
uehementi repleuerit, mox eundem sic naribus exceperit, ut attrahere per longa
interualla conetur, hic rei ueritatem intellexerit, siquidem tantummodo, dum spi-
ritum adducet, odorem sentiet; interiecto tempore cum spiritum continebit, odo-
rem nullum percipiet, licet copiose fatis olemem uaporem nares hauserint. Hoc
idem eueniet, si aliquid uehementis odoramenti in ipsas inilles quoniam ita quo-
que solo attracti spiritus tempore odorem senties. Quod igitur nares odorem salte-
tem deserant, non ipse percipiant ex his manifestum est. Cui sententia nec ipse
Aristoteles refragatur, dum oluaciendi sensum, in his, que nares obtinent, per
spirationem effici, & odores per nares luministrari contendit. Annumeran-
tibus enim iam primum a nobis relatis, & alia uarium utilitas illustri sanè & præcla-
ra, quod earum subsidio uox hominis clarior, atque sermo explanatior fit. Nari-
bus enim aut humoris copia obduratis, aut tumorum crepidine angustatis, aut fa-
tali iniuria compressis, aperte minus, & perspicue, sed colliso quali ad concanuum
locum aere obfcurè quosdam loqui conperimus. Hoc Perisus innuit:

Sonus hic de uoce canina.

Et:

Hic alijda, qui treuun humeros, iacynthina lena est.

Rancidulum quidam balba de nare loquutus.

Sed ut rationem huiusce rei intelligamus, sciendum est uocem fieri ex alliffone
ad laryngem fulgine expirationis, per asperam arteriam, & infulis laryngis,
ut necesse sit dilatari, uel contractis. His auxilio gargareon & oris ce-
lum accedunt, quorum ille uocis plecurum est, hoc uero aerem, ut recta per os effe-
ratur, retrahit. Harum uero partium omnium, & debita temperies, & recta con-
formatio, iusta que compositio, necessario requiritur, si quidem integra & perfecta,
uocis actio obiri debet. Sic trachea arteria, si uel dura nimis, uel sicca fuerit, uox
aspera fit, & clangorosa, si mollis & humidior, uis atque exigua. Uero loquutio fiat,
iam uocem in gutture eformatam tanquam materiam, lingua excipit, exceptam
colligit, collectam ad dentes impellit, impulsam in syllabas & dictiones effingit, ex
quibus constat oratio. Non tamen mediocre momentum afferunt ipsa labia, uel
compressa, uel dilatata, uel collisa. Nares autem, de quibus iam nobis sermo est, non
minimam subsidiij conferunt, ut actiones illar, quarum paulo supra mentionem fe-
cimus, recte adimplerentur. Prima enim sunt inspirationis, & expirationis postre-
ma organa, sine quibus uox nequit consistere, quam in gutture confictam, uelut e
carteribus in externum aerem emittunt, illudque, ut patet, præstare possunt uo-
cem si minus auferant totam, imperfectam tamen & inexplanatam maxime red-
dant, patet hoc in ijs, quibus meatus hi obdurati, uel ex catarrho inaequaliores fa-
cti, uel nares ipsæ penitus ablatis fuerint. Quare ut clara uox atque expedita fiat, mo-
derata quantitate figura, temperie, mollitie, duricie, asperitate, lauore, & alijs,
quibus partium sanitas terminatur, nares præditæ sint oportet. Quod & sentien-
dum est de loquutionis organis, si sermone planum & perspicuum, non impedi-
tum & imperfectum edere uelimus. Hoc tamen addendum est, quod sine uocis in-
strumentis, actio hæc salua & constans esse nequeat. Nam orationis uox locus & fe-
des est, atque ex uoce, uelut ex auro statua, loquela conficitur; itaque si quis error in
ea eformanda contigerit, uocis organorum precipue, noxam, eundem sermoni etiam
non imperiri certe impossibile est. Secus autem fit, si loquela, uel deprauata, uel abla-
ta fuerit, quoniam ablatis postremis, prima non aufertur possibile est, de perdi-
tis prius posteriora perire necesse est. Cum igitur nares ipsi uocis famulentur, ut iam
uidimus, illarumque moderantia, si alia non impediunt, uocis concinnitatem ad-
iuuet, intemperantia uero destruat, quare loquutionem claram fieri, & concinnam,
si se recte habuerint, obfcurius uero & incocinnius, si narium æqualitas uel impe-
dita, uel sublata fuerit, etiam dictis perspicuum est. Sed cur tandem est, quod nari-
bus non ualentibus, uox, & sermo corruptantur? Quoniam in omni actione debi-

ta mensura & debitus agendi modus requiritur, Dum enim uel fermonem, uel uocem edimus, efferri alteram aeris partem per nares, alteram uero per oris cavitatem impelli contingit, quorum illi, si non pateat trantius, uel adeo exiguis, ut tantum spiritus, quantum ratio naturæ dicitur, non possit egredi, quare ad obicem aliius, & obitaculi ui retroactus, in oris antrum aer illic illabitur, & una cum uoce confunditur, quam contra eadem & in se conuersam, ex hinc impeditis atque tantum ad loca concaua impulsa reddi necesse est. Impedit enim hac reciprocatio, quominus recta, & equali motu ipsa uox oris partes præterlabi possit. Idem uidemus usu uenire in tibis, in quibus, ore inferno, uel obturato, uel coarctato, omnem concentus suauitatem, & elegantiam perire experiemur. Quare ad uocis uenustatem & fermonis perspicuitatem conducere nares nemo certe inficiabitur, quam uilitatem ex symmetria meatuum constructione accedere illis credendum est, quod & Cicero cognouit, dum modum, & rationem, qua in nobis fermo fit, huius explicauit. Etenim, utriusque uerbis uita, incredibile est, quanta opera natura machinata sit. Primum enim usque ad os internum à pulmonibus arteria pertinet, per quam uox primum à mente ducitur & funditur. Deinde in ore lingua sita est, & finita dentibus, & quo uocem immoderatè profundam fingit, & terminat. Hec fonos uocis distinctos, & pressos efficit, cum & ad dentes & ad alias partes pellit, itaque linguam plectri, chordarum dentes, nares cornibus ijs, qui ad uocis resonant in cantibus perfimiles dici solent. Nares igitur edendæ uoci, & fermoni exprimensdo non leue emolumentum præstant, cui inter cætera accessoria commoda, quoddam accedit, ni fallor, præcipuum, cum e facillima morborum iabe, atque ex uocis fatibus illius ope non nunquam eripiantur. Si enim uel ob languorem uirutis concoquantis, uel ob irruptionem aliunde uaporum colluuiem, pituita adeo succrescat, ut commodè per palati fecus eijci, atque absumi nequeat, ideo natura hoc ex abundantia machinata est, ut in expurgando cerebro, choana cæterisque expurgationi destinatis membris, operam amicam nares afferant. Quod profectò si non constitutum esset, dum aurad neruos humor decumberet, aut in cerebri penetralia regurgitaret, nos certè paralytis, epilepsia, carus, apoplexia, lethargus, & alia symptomata perniciosissima conficerent. Quare in re natura benigna singulari in animalibus procreandis prouidentia uis fuit. Hæc enim natura ex maximis, & præcipuis curis ea est, ut nutrimenti residua ex omnibus corporis partibus purgetur, & potissimum, si quomodo cerebrum, principes fuerint. Nam iucci, qui partibus affluunt, qui re uera alimentum est, quædam uero ad membrum quidem peruenit, sed illo quod benignius est, appositum, quam primam segregatur, quam ut deponat, meatus natura opportunus requirit. Hi autem si non obtigerint, humor ille coaceruatus, inftar oneris primum quidem grauatur, mox uias occupat, tandemque prohibet quo minus succi affluant, & membrum, ut prius factum, nutriant. His tamen ut potè leuioribus maiora multo incommoda accedunt, dirissima morborum instrumenta, in quæ incidere tandem corpora impura necesse est. Vt enim animalia fameliculum, glarem, aliudque huius generis arripunt, siquidem melioris non suppetat copia, sic partes accommodato alimento destinata, ob ingenitos appetentia stimulos, uel ex ipsius prauis succis aliquid artrahere coguntur. Corruptuntur præterea, & compurefcunt excrementa illa in cerebro collecta, atque hoc pacto acriora, & calidiora, herpetas, inflammationes, erysipelata, febres, carbunculos, innumeramque morborum turbam exulcitant. Ne quid igitur eiusmodi accideret, & maximè in primis partibus, insigni cura, & exquisita diligentia natura prouida uis fuit, atque in id sedulo incubuit, ut superflua excernerentur. Quæ cum genere sint duplicia, alia quidem uaporosa, ac fumosa, alia uelut aquosa, & limosa, atque illa quidem suo impetu in lublime ferantur, hæc uero deorsum fauente nutu, ac pondere delabantur, quare duplices etiam excretioni meatus fecerit, & eos, qui leniuacuatari erant excrementa, in alium duxit, qui uerò grauiora & deorsum repentia, & declines, & amplos admodum fecit. Hi enim multorum certè & crassorum humorum riuui & canales sumari erant, cum è contra foramina quædam ea que angusta ex ratione tamen eius quod excerni debet, efformata, id quod tenue est educant. Coeterum meatus

^a Cicero de
art. De uocis

^b Gal. 9. de
uic. par. cap. 1.

LIBER PRIMVS.

illi cerebri procliaiores, cum per palatum in os, tum per narium corpus efferuntur, & in ignibus atque conspicuis orificijs, crassa, ac sensibilia excrementa erudiant. Quare inter alia hoc nates praestant, ut non fecus, atque ipse palatus redundantem pituitam euomant, & educant. Quod etiam alibi Galenus testatur, dum uentriculorum cerebri anteriorum, & magnitudinem, & positum, & figuram, diligentissimus auctor perpendit. Hi enim primo animalium spiritum conuertunt, & inpirationem expirantemque cerebro mouentur. Inferius autem partibus, quae ad nates spectant, olfactioni, & simul quibusdam quosdam, & tubos ad superiorum effluxum accommodatos efficiunt.

CAPVT SEPTIMUM.

In quo, pro Galeno pugnatur, de expurgatione cerebri per nates & palatum, & reliqua narium dignitates recensentur.



Ed ab re non erit alienum, si per quos meatus, atque uias, excrementa pituitosa cerebri eluantur breuiter ostendamus, cum quod nostro de narium curis negotio, id fore utile censeamus, tum etiam quoniam inter Galenum & Vesalium de positi horum ductuum, non leuis controuersia intercedat. Ego tamen tenuitatis meae, & literarum angustiae mihi conuictus, arbitri partes subire nolim inter uiros huiusce, omnium fama clarissimos, & praestantissimos, sed uniusquisque sibi persuaseat, me ueritatis indagandae gratia, non contradicendi furore, ut a multis haece tenenda facitatur, compulsum hanc operam suscipere. Nam & praeter haec singulis liberam de his, iudicium esto. Sed iam rem aggrediamur, & primo Galeni sententiam proponamus. Cerebrum igitur, ut Galenus habet, re- purgatur a pituitoso excremento canalibus quibusdam ad opus cuiusmodi a natura destinatis, quorum alij in palatum desinunt, alij uero in nates secedunt. Dum enim cerebri uentriculis pituita propellitur, ea recto ducta per tubulos duos in infundibulum demanatur, quam rursus glandula quaedam, quae incertae cuiusdam ossis sphenoidis, quam scilicet uocant, insidet, sillantem excipit, & sensim per eam de- lapsum & transcolatam ad meatus, in osse iam dicto iniculis prostransmittit, per quos pituita transfusa in palatum tandem decumbit. Cum uero id genus colluuii, adeo exandauerit, ut palati foramina huic excretionis muneri nequaquam suffi- ciant, quare natura singulari ingenio molita est, ut ephyphes quaedam, & proceffus cerebri, quos in simillares carunculas appellant, subiduum afferant, & peccan- tem materiam, e cerebro simul educant. Haec in os capitis octauum desinunt, quod raram est et laxam, atque ob foraminum copiam, spongiam, aut rectius cribro per- simile, per quod fex illa pituitae sensim filtrando pellitur, et tandem propulsa ad nates emungitur. Acque haece est sententia Galeni, quam ueniensque ex locis supra notatis colligere, et nobiscum conferre potest. Verumtamen repudiata aliqua ex parte doctrina hac diuersum sentit Vesalius, quod quam recte, quam iuste id fiat post haec uidebimus. Primum autem opinionem eius, & dogma in medium afferamus, quod uerbo tenus ab auctore excerptum huc ascribemus, ut unusquisque per se mentem illius introspicere, et perscrutari possit. Vesalius igitur, postquam de infundibulo, et glandula, quae cerebro expurgando praeposita sunt, sermonem ha- buisset, hunc in modum de ceteris ductibus, quibus eadem cura legata est scriptum reliquit. Glandula autem quadam substantiae familiaritate defluxus impetum lu- stinens, et quantum conijcere possum, os forsan ab iniuria uindicans, pituitam hanc admittit, sensimque circa sillicidium a lateribus suis eam undique que deflue- re sinit, per omnia foramina, hic in caluariae basi, tum uenis, tum arterijs, tum uenis ipsius exculpta. Non enim hic cum Galeno in nono de usu partium libro, in quo de cerebri excrementorum purgatione potissimum et serio agit, fateri queo, capitis basin

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

Gal. 8. de uis. par. 10.

basin cauernofam, & punicis in modum extructam, nulla que continua squammâ obductam esse, hacque ratione à frontis, uentricis, occipitijs, & temporum compositione multum differre, ut per illam ueluti per spongiam pituita longiori mora, & deficio quo tandem raro at peculiari naturæ artificio, transcolatur, neque per partem, alioquin hic necessaria foramina, non amplius conseruanda, recta diffueret, ut in primò libro, cum osis cunei referentis fabricam persequeretur, diffuse propter quosdam scripti, qui me cauernofam illam, & multis foraminibus spongiæ in modum oblitam ossis struem etiam nolle contuari fingunt, & propter alios quosdam, qui uoce cribri, aut coli in cunei uocem unico in loco transposita, aut immutata, Galenum non secus, atque ego sentio, de pituitæ per ossa ductu, totaque adeò ossium compositione iudicasse colligunt. Decumbit itaque pituita, & in palatum per ea, quæ palatum spectant foramina, & non minima profecto portione, per foramen secundum partem ueruum ad os uel osis radicem, hincque per amplum foramen, cum alijs quamplurimis foraminibus, cæteris ignotum anatomicis in naribus amplitudinem fertur. Verum non ambigo aliquem & hic admiraturum, quam optime nullos hæc genus meatus pituitam ad olfactus organorum finis deducentes cum Galeno in octauo potissimum, & nono de uis partium enarrauerim, quod sanè non ob aliud accidit, quam quòd nullam prorsus pituitam, per hos finis, octauum uè os capitis expurgari autemem: mirorque Galenum, per tenues illos, ac neruis non abimiles cerebri proceffus, quos olfactus organo tribuimus, ab anterioribus cerebri uentriculis pituitam qualitercumque tandem exidentem ad nares deduci scripsisse, cum nullus in ipsis omnino meatus sit, necque etiam in hominibus ea contenta crassitie, ut uel meatum, quo pituita decurritur, continere possint. Adde nullum prorsus pituitæ ductum ad olfactus organorum finis imaginari posse, nisi fortassis anteriorem corporis calli regionem, quæ pituitam sibi influentem in illam sinuum olfactus organorum amplitudinem demittere queat, uti fortassis accidit, si quando cerebrum nimia omnino pituita ueatur, unde & prorsus non naturalis per nares pituitæ fluxus tunc perficitur, & pruritus, calor, dolor, & odorandi uirtutis noxa, eiusque generis symptomata laboriuntur quàm plurima, quemadmodum in dies in defillationibus, quæ ad narium summa pertinent, ac grauescunt nuncupamus, accidere experimur, adeò sanè ut si admodum singula perpendimus, necessario per olfactus organorum finis, foraminula, aut cribri aut spongiæ modo forata, cum lege naturæ homo disperatur, nil pituitæ defluere fatendum erit: & si quid forte casu defuat, longe magis præter naturam fluxum ipsum esse donabimus, quam cuncta foramina, quæ ad glandis cerebri pituitam excipientis sculpuntur latera, totam pituitam non planè deducunt, hacque deorsum uersus foramen dorsali medullæ transmittendæ paratum decumbit, ac cum dorsali perlabens in dorsum, & dein secundum neruorum ductum, modo in brachia, modo in crura, modo in lumborum musculis, modo alio quouis permanat, ut nunc taceam, quam grauius natura uentis inculanda, quæ tam patentes, amplosque expurgandæ pituitæ in cerebro, & eiusdem membranæ, diu scilicet adhuc tenuis aqua que est, ductus fecisset, adeò aurretortos angustosque, & inflexos, in octauo capitis osse, aut etiam in cuneiformi osse perduxisset. Sed quoniam Vesalius in primo libro ac de re propter quosdam se diffusè scripsisse refert, ideoque & eius uerba inde translata, haudquaquam supprimenda esse diximus. Sunt autem hæc: de rotius caluarie foraminibus, sinibusque duodecimo agam capite, hic autem ossis cuneiformis historie (gratia leuis hæc quorundam) necessario incidit mentio, ut constaret, id os mihi in sua ad cerebrum superficie non uideri cauernulis oblitum, aut citra squamæ tenuisque ossis obductionem, punicis, aut spongiæ talem referre speciem, qualem proponit enxada appendis, aut uentricis os inter suas squamas; cum interim nonnulli auctorum potius placitis quam ueritati addidit, me eiusmodi foraminula non uelle conspiciere negentur, existimantes pituitam debere per cauernulas, & foraminula spongiæ fabricæ respondentia, ut Galenus docuit, transcolari, cumque in superaliqui, dum meam de repurganda pituita sententiam expendant, Galenum ita non sensisse arbitrantur, qui libro de usu partium nono, uocem *cribrum* quod est cribri uel coli, pro *quasi* quod est cunco, à librarijs, aut scriptoribus

ribus illic positam sibi persuadeant, vbi Galenus pituita ad palatum egressum docens, inquit glandem, cui cerebri pituita infunditur, ab offe cribrum referente excipi. perinde ac si Galenus per tortuosa, & non recto ductu peruia foramina, cauernulasque pituitam in cuneiformi offe transcolari, ne per foramina quidem (ut ipsi aiunt) cogitasset, si Galenus legeretur ab offe cuneum referente glandem eam excipi. Verum hic in cuneiformis offis descriptione, uti neque unquam alias vnus, aut alterius dictionis, que forè deprauata esset, occasione, a Galeno non dissentio. Vt cumque enim nuper dicta vox immutetur, non tamen totius libri series, ita ut Galeni sententiam non aliquo adhuc modo assequamur, poterit vitari. Galenus namque cum in octauo de v. s. partium, olfactus organa, processus nerui similes, ab anterioribus sedibus priorum cerebri ventriculorum enasci, & meauum duorum instar, pituitam, cum paulò amplius iusto excedit, ad foramina odoribus transmittendis exculpta diffundere (at non verè interim) docuisset, ac illam per ea transcolari dicens, sedulo transcolandi moram à transitu tempore distinxisset, quo per cribrum recta pertusum aliquid transfunditur, in nono inquam de v. s. partium libro sermonem vniuersum de excrementorum cerebri purgatione absoluturus, primam causam perquiri, cur verticis, frontis, occipiti, & temporum offa ad fuliginosum, adeoque tenuium excrementorum purgationem debuissent esse cauernosa, & foraminulenta, dein cum eiusmodi, vt postè à speram constructionem inibi fieri non potuisse deducit, futuras ad eam auxiliari expurgationem reperit, & sensim rationes texit, quamobrem in capitis basi ad pituita expurgationem offa oportuerit esse cauernosa, & foraminibus plena, non verò continua squama interius & exterius incrustata, atque ita cum eius compositionis necessitatem, ut ipse quidem existimat admodum callidè inuenit, mox vt pituitam ad illam usque compositionem deducat, subiungit se in octauo libro meatus duos (ipsos nimirum olfactus organa) quibus ad nates pituita deducitur, tractasse, hucque alios duos insuper enarrantes, qui in cerebri substantia exculpti & suis finibus maturo cocentes, pituitam in cyathum, & in fundibulum à tenui membrana cerebri pronam defecerunt, per quod illa deinceps in glandem quandam defuit. Galenus itaque hæc commemorans pituitam usque ad offeam illam deducit fabricam, quam pituita occasione cauernosam & foraminulentam esse debere suis argumentis collegit. Deinde rursus de transcolandi modo ita agit, vt sermonem octauo libri cum nono commune faciat, neque aliam descensus pituita ad palatum, quam per foraminula odorum nomine uelata, rationem describat. Cum igitur cauernularum quam toto hoc contextu Galenus proponit, substantia pumicis, & spongie imagine respondeat, cum tam studiosè colandi per spongiosum corpus modum, quem in veterum vocatis cisternis fieri videmus, ab eo, qui per cribrum fit disternit, veteresque quasi illius vsum ignorassent arguit, cuique constare debebat, que Galeni sententia, & qui per magna, & recta, seu utrinque peruia foramina, que nobis in cuneiformi offe occurrunt, pituitam circa ridiculam, & prorsus inartificiofam moram deduci non existimauerit, quous tandem pacto illa dictio, cuius prius meminij, legeretur. Quod autem Galenus in libro de v. s. partium vndecimo, vbi os cuneiforme, quod alias in illis libris palati os, & si palatum vix contingat, vndique vocauit, quodque ex ipsius sententia vulgus medicorum os coiatorij nuncupat, cuneo assimilans, durum, ac tenfum esse tradidit, & nihilominus foraminulorum suorum pituitam expurgantium inibi non esse obliuiscens, eiusmodi certetur, ac per multa que in Galeno occurrunt. Quod enim tacitam, quam pulchre sibi consentiat offis cuneiformis vacua inanisque sedes, & antra, totiusque ad eò offis hic fabrica, attestantur quam sua veritatis sint consona, qui propter robur sibi confectum, & in cerebri substantia, & in fundibulo, tenuique membrana, & glande pituitam excipientem, & alijs partibus innumeris, potius quam in offe statuendum, hic quadam rara, & peculiariter imaginatur, non expendens occipitis os, qua cuneiformi coalescit, nullibi quam illic rarius, & minus densum durumque euasisse, & appendicum quodammodo substantia iccirco extrui, quod inibi crassum, non tamen ideo quoque durum, & densum esse debuit. Hæc igitur Vesalij est opinio, quibus ductibus, & meatibus, & qua ratione pituita à cerebro excernatur. Videtur autem in quamplurimis à

mis à Galeno discedere, nec non noua quaedam emigere. Nam pituitam per nares expurgari omnino negat, sed si quid per palatum non excidat, illud a oculorum radicem, quo loci foramen est secundum neruorum paris, detradi, & per aliud foramen, in ipse illud quidem, & minime cognatum anatomicis in nares deferri confirmat. Negat præterea Galenum aliter expurgandi rationes docuisse, quam quæ fit per processum cerebri & ossa cribrosa, transumpta materia, à quibus pituitam tandem in palatum abire existimauerit, non secus etiam illud foggillar, quod os cuneiforme, densum & durum, simulque cauernosum esse dixerit, quod experientia non conloat, & rationi repugnet. Nam quod cauernosum est haudquaquam densum durumque esse poterit, neque densum atque durum cauernosum. Nam cerum est densa eius, quorum partes admodum inuicem coniunctæ sunt, & compactæ, at cauerna rara sunt, & plurimum inter se distant. Si ergo os cuneiforme cauernosum est, & quod tale est, rarum est, quare os cuneiforme rarum potius quam densum atque durum vocabitur. Sed non uideo, cur tam Galeno Velalium negare possit, quominus pituita per processum cerebri, atque ossa cribrosa, deducta in nares materia, expurgari queat. Quamuis enim processus illi sint perquam exigui, & neruis haudquaquam abfimiles, tamen si excrementi tenuitatem, si caloris actionem, si spiritus remeantis, è cerebro impulsum, si etiam cerebri molliem & raritatem aspicias, quid impedit, quin excrementa hac rectè, & commode possint eici. Nam pituita ex coctione reddita est benignior, & adeò attenuata, ut quocumque extendi, dilcindi, & dissipari possit, quam digestam, uis caloris, præcipuum Junctionum organum, excipit, & in har oneris à membris abigit. Accedit, quod cerebri corpus non renitens, sed cum rarum sit, & laxum, facile transiunt materia concedat; Hanc harentem protrudit ab uentriculis cerebri aer egrediens, & ob lentorem non penitus mobilem, uel etiam, propellit. Et cur natura, quæ nihil unquam frustra facit, menyngem utramque ad nares perforauit, nisi odoribus, & excrementis aere multo densioribus, hac adimam atque egressum dari uoluisset? Si præterea situm respiciamus processuum, quomodo non dicamus, huc potius quam in alio pituitam posse decumbere, si quidem ea nutu suo & momento deorsum feratur? Sed neque id Velalium negare potest, quamuis diffimulet. Etenim in suo olfactus organo sinus esse ait, & uitam dari, quæ à calloso corpore in sinuum illorum amplitudinem pituitam deferat, quia id reuera fieri, ut hac pituita excidat, si quidem plus iusto, in capite eluxu riuauerit. Nec enim causa est, cur non unquam, sed quam plures alias machinaria sit natura uias, quæ pituitam è cerebro deriuent. Præuidit enim sapientissima, haud integra ualeudine animalia semper frui posse, sed multoties ob peccata uictus, atque aeris morbos subitura fore, quare sedulo curauit, ut omni ingenio excrementa, potissima in ualeudinis organa, & præcipuè à membris nobilioribus separentur. Qua ratione Hippocrates, septem uias cerebro expurgando, legatas tradidit; à processibus mamillaribus per ossa cribrosa in nares pituitam transmitti Galenus scribit, non equidem, quod hac præcipua, quam natura instituerit, pituitæ defecanda uia sit, sed illi, quæ per palatum sternitur, auxiliariis, atque tunc in uiam ueniat, cum cerebrum affecitum sit, neque cibum per belle concoquat. Quare hæc expurgandi ratio non damnanda est, neque quod omnino præter naturæ leges fiat, iustificanda, quasi eodem loco, imò abiectioni ponenda sit, ac si ad neruos pituita decumberet, & epilepticos, apoplecticos, lethargicos efficeret. Quis enim est, quin non milles patimur coryzam, ac semel attonitum, & consultum decidere? Quis unquam obiit, quem calor, dolor, & odorandi noxa, ob lætis grauedine naribus affecerit? Eadem opera & excretionem per palatum reiciemus, cum copiosissimam multoties pituitam alioq; humores deferat, quæ gargareo nem relaxent, inflammationem, fauces exulcerent, coctionem uentriculi euerit, in pedus decumbant, phidylis, affluctata succulentis, innumeramque turbam fecum morborum trahant. Atque licet meatus narium ossis, tortuosi, inflexi, & in æquales sunt, non ob id negandum est, eos rectè pituitam deferre posse. Ut enim natura noluit, quo recta ex pelui in palatum pituita decideret, sed ad eam interposuit, quæ humorem excidentem cauitate sua exciperet, exceptum sensim percolaret, percolatum tandem diffunderet, sicut ossibus spongiosis molita est, ne recre-

menta primo impetu erumpent, sed lentè quasi ex spongijs, spirituum ui, ex-
 pressa, sine molestia exciderent, quo continuo neque excreate, neque emun gero
 quod abhorrendum est. ogeremur. Potior* tamen ratio est, quam mihi Vesalius vi
 detur ignorasse, cur a deo obliquos, & errantes natura fibri inuicem meatus impo-
 fuerit, quod ea de causa factum est, ne alias aer paulò frigidior in regressibus, in
 uentriculos cerebri sese infunderet, & principium illud, animæ sedem, illapsus graui-
 ter affligat. Etenim decebat ossa hæc rara, & pertusa esse, ut spiritum celeriter, &
 vapores odoros admitterent, atque ut excrementa repente ac semel euacuarent.
 Hanc compositionem sequebatur cerebri offensio, quod aer impurus atque im-
 moderatio attraheretur, quare natura cautè excogitauit, ut per loca sinuosa, &
 anfractuosa, prius suam malitiam aer ingrediens exeret, atque limpidissimus
 simul, & mitissimus illaberetur. Non ergo dubitemus, quin rectè functionem ex-
 cernendi pituitam è cerebro, dimisso Vesalio, naturam ostendit, cum Galeno
 ascribamus, cum hæc ratio admodum commoda sit, & excretioni per palatum sub-
 fidiatia, atque cum modus ille, quem Vesalius tradidit, haud quaquam naturæ rei
 contineat. Primum enim id mihi ostendit velim, qua via pituita illa tam copiosa, ad
 foramen secundi neruorum paris perueniat, quomodo per meæ, quomodo nul-
 lam noxam inferat. Etenim nullum esse existimo, qui non autemet, maximo pere-
 musculorum operam in oculis remorari, & in motu segriores effici, cum pituitæ
 crassities & lentor partes illas oblineat, & incrustet. Adde quod id sine uisionis de-
 trimento fieri nequeat, sed ex pallore, & humoris tenacitate, splendor omnis ocu-
 lorum atque nitor pereat. Egregium ergo naturæ artificium, quæ non, quàm in-
 commodo, animalium saluti prouidit, o præclaram prudentiam, & insignem po-
 tentiam, quæ uilioribus partibus de damno casuit, ut nobiliores, & excellentiores
 iniuria & incommodis afficeret. Sed quomodo pituita tanta tranfer, corpore ad eò
 duro, & foramine angusto, quod uix exiguum, neruum recipit? Si Vesalius in cere-
 bro molli & laxo, impellente calore & spirita, excipientibus offibus raris & perfo-
 ratis, pituitam excerni posse non concessit, neque ego iam concessero, quod hæc
 quam dixit, excrementis iter pateat, Tanta ad eum uiarum angustia, tantus est cor-
 porum, quæ transitum concedunt renixus, neque ulla uis præsta est, quæ superflua
 illa, à tergo impulsa ex cerebro eiiciat. Quid? quod neque ex se ipsis, suo librata
 pondere, excrementa effluant, neque ullibi aditus pateat, quæ ad oculorum radi-
 cem peruenire possint. Nihil id, quæ secundum par neruorum iua vestigia dicunt,
 concesserimus, quod ut impossibile ita plane absurdum est & à naturæ solertia alie-
 num. Sed quàm egregiè excrementa in nares ferri scribit Vesalius? scilicet per am-
 plum quoddam, & alia multa foramina, quæ hæcenus neque vnus quidam anatomi-
 corum cognouit. Etenim id rectè dixit Vesalius, quod meatus illi, de quibus som-
 niat anatomicos lateant, nam neque ibi sunt, neque unquam etiam post multa an-
 norum millia inueniri poterunt. Quoniam si ossium, quæ oculos circumfluunt com-
 positionem, eorumque connexionem, formam, atque exquiritam uideamus, abfir-
 dissimam mihi hæc uideatur opinio, & rationi, experientiaque dissentanea, minime-
 que digna, cui quis respondeat, ut & hoc pacto malim Vesalium non amplecti
 quàm Galenum non defendere. Sic enim huius dicta cum ueritate uideatur esse
 consona, illius uerò absona, ut neminem diuersum dicturum esse existimem, Hoc
 loco ponendum est, quod Galenum acculat Vesalius, quati eam saltem, quæ ex ce-
 rebro per nares fit, expurgandi rationem, non aliam, cognouerit, eamque in pala-
 tum deferret, & in choanam deflueret, sed alios diuersos in osse cuneiformi exculptos.
 Etenim utrumque meminit Galenus, & eorum, qui effundunt in peluim pitui-
 tam, & qui eam è pelui in adenem delapsam atque hinc transfusam in palatum
 cruant. Quod & ipse Vesalius affirmare uidetur, si eius uerba rectè perpendamus.

a Gal. 8. de
uipar. 6.b Gal. 9. de
uipar. 1. & 3.c Gal. 9. de
uipar. 3.d Gal. 8. de
uipar. 6.

Etenim quasi à capite suæ opinionis, piuitiam ex processibus cerebri ad nares, ex Galeno deduci ait, & eo locitandem qualitercumque excidere. Quod si verum est, alij sunt hinc meatus à palato, habebitque palatus sua foramina ab his diuersa. Sed quod in errorem Vesalium impulerit, vocula quædam est, vel scriptorum, vel librorum incuria inmutata. Verè enim, vt annotat quidam *scriptor* pro *uicibus* reponendum est, quamuis clamitet Vesalius. Hoc enim ipse docet orationis contextus. Nulli enim osium, præterquam ossibus narium, hanc spongiam, & cribri similitudinem Galenus tribuit, quin id non rectè cribrosium, sed secundum Hippocratem spongiosum appellari mauiit, ob rationem, quam in expurgando obseruat, & nos supra diximus, eamque argutissimam, nec anatomicis pricis perceptam. Cum autem admonitus Vesalius à sententia sua obstinatè nollet discedere, amentem Galeni non bene percepisset, ut sceleretur, mirum in modum Galeni serba inflexit, & à veritate ad ingenium suum contorsit, vt Galenum suo ipsius gladio conficeret. Sed quam malè. Quæcumque enim de ossium spongiosorum forma, & de percolandi modo Galenus tradidit, ea omnia suo cuneiformi ossi Vesalius applicat, & quasi spongiam, aut cribri figura, huic conueniat, quodque per id sensim piuitia deflisset, ratione quadam pricis anatomicis incogita, quæ ossibus narium conueniunt, prædicat. Nullibi tamen Galenus, quod memini, os cuneiforme spongiosum vel cribrosium vocat, neque quod cum mora pituita illac transeat, quin ne istam ob metuum breuitatem, per illud os præcipitur, ad eum illum interpositum esse affirmat, qui pituitam fini suo excipiat, sensimque ex corpore suo transfluere permittat. Duos enim percolandi modos tradit Galenus, atque in duobus organis nempe in glandula, & in narium ossibus, quorum vtilitas antiquos anatomicos fugerat, quæ omnia Vesalius in unum contrahit, & negotio suo accommodat. Sic in cuneiformi adesse scribit foramina, non fruem ossium spongiosam, & cauernosam, quemadmodum vult Vesalius, & cuius ratio malè admodum ex Galeno colligitur. Non enim quia caluæ pars superior cauernosa est, atque rara, itaque basin eius cauernosam esse, atque foraminulis plenam Galenus autumat, sed proposito prius osse cuneiformi, cui natura quidem ossa capitis superna, cauernosa effecerit, non tamen ut palati os pertuderit, sed quemis duabus obduxerit ipse auctor interrogat. Veruntamen ratio non ea est huiusce structuræ, quam Vesalius ascribit. Etenim non ad excrementorum tenuium euaporationem, sed ad ponderis leuitatem, si Galeno credimus capitis compagem cauernosam natura confluxit. Quare neque perforari cranium necesse fuit, cum per foramina, quas uocant, fuligines peripirent, neque aliud subsidium, uel cauernarum uel foraminum requirant, quæ laminis natura intexit, iisque quam læuigatissimis, ne membranas circumiacentes, asperitate sua offenderent. Immeritò igitur oculatissimo omnium, & perspicacissimo Galeno imponit Vesalius, qui, & palati foramina, & narium meatus rectè cognouit, eorum officia natura & loco distantia, perspicue scilicet, modum denique expurgandi cerebri non omnibus perispechum, admodum tamen calidum, planè & distinctè conscripsit. Quare neque Galenum mihi attrigile uideatur Vesalius, aut aliud agens obiter saltem, & uix summis labris degustasse, quemadmodum etiam in ossis cuneiformis celsura, malè mea sententia, de tanto uiro iudicat. Quamuis enim æquè, omni ex parte os illud haud densum sit atque durum, tamen neque id necessarium est, siquidem elaplum piuitæ concedere debebat, sed sufficit robustum esse ijs in locis, quibus cum cæteris ossibus, & præcipuè cum osse occipitis per symphyin coalescit. Hac enim parte satis firmum, atque densum est. Et quamuis necessariò id Galeno exprimere uelit Vesalius, quod adducta structura ossium capitis, quæ cauernosa sunt, eandem etiam compositionem in osse illo obferuare uoluerit, id ut supra dixi non rectè conclusum fuit, neque hæc unquam fuit Galeni sententia, idèoque malè à Vesalio explicata. Quare una cum Galeno, os cuneiforme, diuersas tamen ob partes, densum, durumque affirmabimus, eo, quod cerebro uelut cuneus iniectus, eiusque basis sic atque fulcrum, atque ne facile contretret. Vt neque ab eo discedemus, dum multa, & diuersa expurgando cerebro loca confluunt, atque eam, quæ per ossa cribrosa fit, piuitæ excretionem, ex defectu nature insitutam esse, suæque sapientie plurimum conuenire nobis commen-

a Gal. 9. de
ul. par. 3.

b Gal. 9. de
ul. par. 10. & 11.
de ul. par. 10.

c Gal. 9. de
ul. par. 4.

d Gal. 9. de
ul. par. 1.

e Gal. 11. de
ul. par. 10.

dauit. Interim etiam taceo Vesalij inconstantiam, & eisdem suorum repugnantiam, quodque in indagandis vtilitatibus parum, non infrequenter hallucinetur. Quomodo enim Glandula pituita, quae cuneiformi insidet, id ipsum os ab iniuria defendet? Quasi verò imbecillus robustum feruet, & Herculem Hylas puer custodiat. Sed hæc iam satis dicta sunt, pro tutela Galeni, viri in medicina consumatissimi, in quibusdam præcipue spectauit, vt ad inuestigandam rei veritatem, ingenia acutissima incitarem, & ineptos illos secluderem, qui necio quam leuiter, satis olcitantur non in hominibus, sed in brutis illa spectari referunt. Animum etiam, & calcant ad dædere voluit, ut dicant, qui uerè medicinam colunt Hippocraticam, ne leui de causa, infirmæ uerum nonis huius, à ueterum sententia discedat, sed quantum poterint, eos amplectantur, admirentur, & à calumnijs defendant. Etenim suspicienda est antiquorum fidelitas & perspicacia, in indagandis, & estimandis naturæ operibus, à quorum diligentia, & acutissime plurimum, uel ob imbecillitatem ingenij, uel ob uitæ angustiam, hæc ætas nostra discedit, & si quid ex se se proficitur illorum carpendo uestigia, exiguas quasdam spicas easque euanidas saltem colligit. Quare eos potius ueneremur, imitemur, & uicemur. Verè enim antiquissimum quodque uerissimum esse, uulgata iam, & uera paroemia dici solet. Iam uerò rursus in equamur propositi nostri orbitam, & quæ super sunt de narium dignitate expediamus. Adijcitur ergo cæteris partium harum utilitas, quod contra impetus noxarum occurrentium, ois molis protuberantiam, uelur obice quodam interiecto, ois factus organa tuta, atque fecura reddantur. Natura enim sensuum instrumenta operit, alia quidem nec cerebrum, quod eis est propinquum, hæc autem nonnulla uerò, ut ipsa met à periculis, & iniurijs uocata sint. Eius generis os est ois factum propositum, quod ad sensus nuacupant, atque etiam natus rotus huius sensus propugnaculum esse dicitur. Cæterum non minimus omnium usus est, quod excrementa pituitosa, quæ ad internum oculi angulum accurrunt, & illic imposita glandula reprimuntur, foramine quodam peccaliari in narium tubos excipiuntur & deducuntur. Etenim duplici de causa narium ois, natura traiecit, ut & neruos transmitterent, & oculorum excrementa susciperent. Nam non raro accidit, ut medicamina iniecta oculis, alij quam primum conuenerint, alij experiant. Quoniam ad eundem ulum, quo natus in os, ita meatus hic ab angulo in nasum perforatus est, quandoquidem emungentibus nobis per nasum, excrementibus uerò, quod conuulsus, per buccam excidit. Attamen ne per angulos excrementum effluat, neque affluo lacrymentum, arrodantur, aut adiciantur oculi, natura caroosa corpora imposit, quæ prohiberent quidem, ne oculorum excrementa per angulos elabatur, ad proprios autem meatus propellantur. Hæc igitur nares cauo suo excipiunt, & una cum reliquis cerebri fecibus deducunt, quæ tandem uelur cucurbita quidam, aut tubo allicimus, & digitis iniectis emulgemus. Eligitur & hæc narium, postrema numero utilitas, ex earum prolixitate desumpta; ut etiam quod caue fini, atque honestum delabenti humori habitulum præbeant. Hoc autem quantum pulchritudini, & hominis ciuilitati conueniat, ostendunt ij, quorum facies turpi hoc humore, ingrato quodam pallore conspicuo, & abominanda tenacitate pendulo conparatur. Vltim hunc fecit pronitit auctor libri de uinorum anatomie, cuius hæc uerba sunt: tertium nam emolumentum est, ut sit emundiorum superfluitatum cerebri, unde longam & eminentem formam habet, scilicet, ut mucilagines à cerebro exeuntes calet, & contegat. Arque hæc omnes suæ narium utilitates, ex quibus earum dignitas & præstantia mirè elucefcit. Id autem pro coronide huius capitis dicendum uidetur, quenam tandem harum utilitatum prior sit, & natura illustrior. Sed ut in cæteris egregius maximè omnium naturæ interpres Galenus fuit, ita neque hic diligentiam eius desideramus, qui quid nobis sentiendum sit, non minus accuratè, quam perspicuè ostendit. Cum enim ea sit naturæ solertia, quam ferè obseruare solet, ut nunquam instrumenti cuiuspiam ullam actionem prætermittat aut utilitatem, cum multæ ab uno probe administrari queant, proinde hic quoque obseruauit, ut multæ actiones simul concurrant, seseque excipiant, quarum omnium unicuique organum, auctor est, atque opifex. Cum enim uentriculi cerebri loco depresso sit finis, atque ex partibus propinquis necessariò excrementa affluant, quare uiam effluxu

Gal. 11. de uispar. 12.

Gal. 10. de uispar. 12.

Gal. 8. de uispar. 12.

corum accommodam in naribus natura texuit, quæ ne melior excogitari quidem poterat, cum ampla simul & decliuis sit. Foras igitur ab intra, per narium meatus, excrementa feruntur; foris autem intro uis facultatis olfaciendi penetrat, duabusque his utilitatibus, unicum inferuit organum, altera quidem ad uitæ tutelam, ad uitæ commoditatem altera necessaria. Sed odorum cognitionem in uitæ necessitatem, Galenus, præ excrementorum expulsiōe retulit; Nam gustantis facultatis uicem olfactus subit, dum exhalante nidore, gratos cibos alleciti proficimur, ingratos uerò abacti, exhorremus; & quod sine inspiratione olfactus nequit perfici. Sic excrementorum educatio, quæ per nares admittitur, multo aliam, scilicet cui palatus præest, antiquiorem habet. Quare prima narium utilitas, propter quam potissimum factæ sunt, non superfluum est excretio, sed ea quidem ex abundantia cerebro malè affecto auxiliatur. Antecedit enim hanc odorum perceptio, & hac adhuc antiquior est, & ad uitæ incolumitatem necessaria, aereis in cerebro inspiratione. Quæ cum ita sese habeant, si reliquas narium utilitates his adiecimus, profecto illas omnes incommoda quædam uitæ peculiariter ferri, non tamen adeo præcipua, facile peripicimus, qualia sunt, sermo explanatus, & peripicuis, odoratus securitas, recrementorum oculi expurgatio, mucorum in regmentum, & emunctorium; atque unicam inspirationem, utilitæ maximum prædium, locum obtinere principem, omnibusque præferri, rectè dicemus.

CAPVT OCTAVVM.

De narium conformaione, figura, situ, & cæteris, quæ in membri organici disquisitionem ueniunt.



^a Galenus de uis. par. 2.

NARRATA narium dignitate, & utilitate, iam ad structuræ expositionem accedimus, partem ipsi manu operantibus & utilem, & necessariam. Insequemur autem Galen^a uestigia, qui ad substantiam, ad temperamentum, ad figuram, ad magnitudinem, ad narium, ad situm & connexionem, tanquam ad capita præcipua omnem quaestionem explicandæ membri cuiusdam essentia reuocat. Quare primo narium substantiam, post hæc cætera consideremus. Hæc minime simplex est, sed uaria, atque è diuersis partibus longe simplicioribus extructa. Habet enim ossa, cartilagineam, carnem, membranam, atque cutim, ut illam officam esse, & cartilagineam, & carnem, & membranam, & cutem, haud immerito dicere possimus. Omnia tamen singulatim consideranda sunt, & in primis quot ossibus, & quibus narium compages constituitur. Parte igitur ea, quæ ex fronte enascitur, & oculos instar sepi media dirimit, ossa singula, atque ex utroque latere naribus addita sunt. Etenim & illæ ad totius corporis normam in dexteram & laeuam partem difsecantur. Hæc simplici harmonia mutuo sibi occurrunt, & supra cum ossis frontis per ~~proce~~ iunguntur; Et cum primo & quarto superne maxillæ ossis, à lateribus compinguntur. His proceffus ossium spongiosorum subiacent, qui nares ea parte dirimunt, & ab officio septi appellationem sortiuntur. Duriciem proceffus bi, & densitatem, haud insignem, crassitiemue obtinent, sed cum moderata mollitiæ tenues sunt, & graciles, cum^b quod minimam ipsa fecis animalia noxam subeant, tum quod loci conditio, lauitatem potius, quam robur atque pondus desiderare uidebatur. Iniquum enim fuisset, atque à naturæ prudentia profus alienum in summa corporis parte farcinam prægrauem animali gestandam imposuisse. Accedit etiam, quod ossa ea, ab circumiacentibus oculorum orbitæ ossibus perbellè iunguntur. Quare neque opus fuit peculiare ipsi robur, & constantiam addidisse, quod alibi diligens natura digenter obferuauit. Ossium horum usus est ut illis tanquam basi, & fulcramento, nalis innitatur; ut commodius materiam cartilaginibus sumministrant, atque ut labiorum nasique muscularis sua principia suppedient, qui apparatus quendam fibrarum ligamentalium expectabant. Narium cartilagineas.

^b Gal. 11. de uis. par. 19.

quinque sunt, quarum duae priores ab inferna fede nasi ossium enascuntur, & deorsum ad anteriora exporrectione inuicem coeunt. Hæ sensim emollescunt, atque vbi in extremo naso, in communis ligamenti naturam abierint, totam anteriorem nasi regionem constituent. Tertia cartilago ab osseo septo exoritur, mollis atque plicabilis. Hæ ab anteriori septi sede ad interiora cedit, & in interna regione cum duabus primis cartilaginibus concurrit, quibus per ipsarum longitudinem conglutinantur. Eius usus est, vt quemadmodum processus ossium cribrosorum supra, ita cartilago hæc ab inferiori parte nasi foramina, pariete quodam interfecerit. Tribus autem hæc cartilaginibus binæ aliæ accedunt, vtrinque singulæ, quæ in ligamentorum substantiam potius transeunt, & in orbem naribus circumfusæ, alarum iuga constituent. Præterea autem è cartilagine extrema narium efformata esse, quod ob molliorem, facilemque impulsam, vim rerum ingruentium, atque impetum eludant, quodque illa substantia motui non minimam non inepta sit. Etenim odorum & respirationis gratia, oportebat cum inflexione, & mollior quadam nares esse mobiles, non duritiae, atque immobilitate rigentes, neque nimia ex tenuitate complicabiles, atque flaccidas, quales fuissent, si uel ex ossibus, uel ex carne tantum confluxerent. Quamobrem nasum natura, neque totum ossium, neque totum carnis extruxit, sed molliorem cum duritie, rigorem cum flacciditate ita temperauit, vt tam custodiat, quam necessitati partium consulum effect. Illa enim substantia, quæ ex cartilagine componitur, ad iniurias extrinsecus euitandas aptissima est, & ad capescendum actionis munus maximè opportuna. Sunt etiam nares carneæ propter musculos, quorum duo, ut odores retros, & uirosos, pro voluntatis imperio abigamus, nares confringunt, alij verò duo, ad excipiendos odores suauitate gratos, & vt aeri attractio iter pateat, illas aperiendo dilatant. Origo, & finis singulorum hic est. Qui ampliandis naribus seruiunt, positi sunt extra, & à malis erumpunt, propriam pone labij superioris musculum, principio carneo, tenui, ac membranoso. At vbi modicè priora uelut declinauerint, in duas fecantur portiones, quarum altera radice nasi ale infigitur, altera verò in superioris labij partem implantatur, Musculorum horum exortus, & propagatoris modum sapientissima natura actionis etiam dignitate & necessitate examinauit. Qui verò astringendis naribus additi sunt, non extrinsecus, sed in interna narium amplitudine exoriantur proceduntque in exteriori latere cavitatis suæ, sub tunica succingente reconditi, tenues, atque membranosi, & tandem interiori alarum regioni inferuntur, quas dum retrahunt ad sua principia, exinde recludunt. Cavitatem etiam narium inueffit tunica, crassitie mediocri, subrubra, mollis, duræ menyngi annexa, palato, ac faucibus continua, & neruis ex tertio iugo dirata. Hi delati per foramina, oculifque nasique communia, atque in minutissimam disperfi bobolem, in totam narium tunicam excurrunt, & sensu exquisitissimo non sine ratione illam impertiant. Ex his itaque partibus iam enarratis, vniuersa narium moles consistit, quam commune corporis tegumentum inueffit ipsa cutis, quæ pro partium, quibus annascitur, ratione, & crassitie, & tenuitate differt. Supra enim mollior est, & tenuior, & quæ haud difficulter auellatur; è contra ad extremum nasum, qua cartilaginibus proxima est, tanta contumacia adhæret, vt eam à subiectis partibus uix addit copia fegregandi; crassiorque ibi est, & solidior, quod illam ob globulam, quem eo loci natura efformauit, tam altiore, quam firmiore esse præstabat. Depilis ferè vniuersa est, præferim penes frontem inter oculos, quanquam uti hic, & infra aliquando, præferim in corpore calidiori, pilis eam operiri contingat. Sed nasi temperies quænam sit, ex partium ut atque efficacia faciliè deprehendimus. Cum enim præter carneam musculorum substantiam, quæ calore, & humore perflua est, cætera quæque ad frigiditatem inclinent (frigida enim sunt ossa, cartilago, membrana, & cutis) cumque quod ad patientium qualitatum respectat, siccitas humiditati dominetur, quod ex partium natura constat, itaque nasi temperiem proculdubio frigidam & siccam esse constituemus. Huius figura oblonga est, parte inferiori latior, arcior superiori, sed non præter summam naturæ artificium. Etenim quod longæ sint nares, & proluxæ, haud dici potest, quantum conferant, vel ad occultanda, uel ad exprimenda cerebri excrementa. Sic in frontis confinio

coarctan-

coarctantur, quoniam ampliore explanationem in summa parte oculi longè nobiliores omnino prohibebant, ne aciem illorum & obtutum, si quando ad latera uisus inflectendus erat, obex interiectus euerteret. Etenim sic partes ignobiliores ex naturæ instituto, principibus solent loco cedere. Quamuis autem loco pulsæ, & in angustias nares coactæ videantur, id tamen ne minima quidem actionis, aut utilitatis noxa comparatum est, quod tantum internis proportionem partibus additur, quantum extremis iusta de causa demitur, tantaque sit, & tam efficax narium operatio, quanta illis supra protuberantibus uix esse poterat. Optimum uero fuit in partibus procliuibus eas amplias esse & capaces, ut & aptius apperhendi, & quæ spiritui subeunti uiam præcludunt inepta sua tenacitate, & mole excrementa, prolici, & emungi possint. Quo loco referendum est, quod etiam aeris circumflui magna copia illis exhaurienda erat, quam orificijs suis exceptam cerebro atque pulmouibus suppeditarent. Sitæ autem sunt nares in faciei medietate, circumpositis undique auditus, uisus, gustusque organis. Id factum est respirationis gratia, quam linea quadam fabrilis, atque norma, ad nares directam esse decuit; Etenim respirationi famulantur, cuius actio sedem inter alia mediam exposcebat, & præcipue, cum in superna narium parte priores cerebri ventriculi incumbant. Cum enim in illis spiritus animalis elaboretur, cui subsidio & alimento est aer inspiratus, itaque recta nares illis subdere conuenit, ne spiritus ob itineris flexum euaneferet, aut alio distractus parcius accederet, sed expeditus, & copiosus cerebrum subiret. Obseruauit natura alibi, ut minimo uia cum dispendio, recta partibus ijs, quibus famulentur, ductus suos immitteret, nisi propter ingentem utilitatem sinuosos, & inflexos, ut fit in uasis spermaticis, & quæ mammillis dicantur, circumduci eos, oportuit. Eandem posuimus, & odorum, & excrementorum natura requirebat, ut illos quamprimum ad sensoria sua nares deferret, hæc uero è loco, in quo prouenerant, absque mora educent. Narius igitur recto ductu prioribus ventriculis cerebri subijctur, ut tam acrem, & odores luminiflret, quam excrementa in cerebro collecta abducat. Huius constructio, si quis acrius inueatur, gemina esse uidebitur. Nam utrinque, qui aerem excipiunt, haud contemnendi canales sunt, uno integramento eoque continuo circumdati; Quare, quod ob uiciniam artius compacti sunt, simplex organum atque uniforme, non rectè consideranti uideri possit. Includuntur autem nares hisse angustijs, quoniam si aliter sitæ essent, & quemadmodum aures, distractæ, haudquaquam suo officio, fungerentur, neque sensuum obiecta ex infinito administrarent. Atque cum ventriculi priores cerebri gemini sint, & angustio a deo loco, sicuti nares, conclusi, itaque & hæc æmulari, quarum partium minutæ sunt, constructionem decebat. Adde quam decenter, & faciliè, labentem pituitam hoc pacto subtrahamus, atque una opera, quod narium inuicem diremptis fieri non licuisset. Summa igitur cum ratione natura nares aliqua ratione arcuatas, & arcto loco positas hominibus addidit, quarum magnitudo, considerata faciei amplitudine, pars eius tertia longitudine est. Id autem in corporibus haud monstris, sed natura symmetris credendum est, atque si quid, uel exceferit, uel defecerit id extra naturæ limites censendum. Connectuntur tandem nares, cum partibus undique circumiacentibus, oculis nimirum, ossibus cribrosis, maxillæ superiori, ossi frontis, palato, & linguae membranæ succingentis subsidio. Neruis uero tertij paris, quasi catenulis ex cerebro appenduntur, & postremum generis atque labijs cute ipsa, communi corporis amiculo coniunguntur. Atque de his hæc dicitur.



CAPVT NONVM.

De labiorum dignitate, & compositione.



ROXIME à naribus, labiorum hiftoria feſe nobis offert, cum quod hæc parubus illis vicina, & nonnumquam ſubſidio ſint, tum etiam, quod non infrequenter digladiantibus, altius adacto ferro læſionem incurrant. Maxima igitur, ut rem aggrediamur, & prima labiorum dignitas eſt, quod locutioni, præſantiſſimæ hominis actioni ſeruiant. Hæc enim nobis ſola propria eſt, & menti proxima, à qua uelut ſplendidiffimus à ſole radijs, aut limpidiffimus ex fonte riuus promanat & deriuatur. Hinc Pimander intelligentiam ^a ſermonis fororem eſſe ait, & urrorum ^b que muta officia. Nam neque ſermo abſque intellectione pronunciat, neque intellectio abſque ſermonem ad homines propagatur, ſolaque ſunt, ^c quæ Deus ſoli homini ex omnibus animantibus largitus eſt, cuiusdem cum immortalitate præmij, & quibus, ſi quis rectè utatur, nihil ab immortalibus diſcrepat. Certè hæc actio animæ noſtræ eſt præcipua, quoniam eorum, quæ mente concipimus interpretes eſt, atque nuntia, cui præſtande ſubſidio ſunt labia, quæ cæteris animalibus dentibus, & ſanguine præſiſtis licet conceſſa ſint, ad eum tamen, ut in homine, perfectionis apicem, quamvis ſingularis, pro animæ ſuæ ratione aptè conformata ſint, nequam deueniunt. Ergo propter hoc labiorum officium, in facris literis uerbi diuini nuntij ſub labijs comprehenduntur, quæ ſponſæ eccleſiæ ſingulari, & commo- ^e & ornamento ſunt. Sic in cantico ^d habetur: ſicut uita coccinea labia tua: & fauus deſtillans labia. Nam per eos ^f populo ſuo Deus loquitur, per hos æternæ uitæ uerba proponit, ſi ad fidem paruulos erudiat, ſi ad conſtantiam adultos confirmant, per hos errantes redacuntur, hæſitantes ſtabiliuntur, his ſcriptorum occulta, & myſteriorum arcana manifeſtantur. Eundem labiorum uſum præclarè philoſophus ^g inuit, dum in hæc uerba prorumpit: homini mollia, carnoſa, & que ſeparari poſſunt, labia adiuncta ſunt, cum dentium tuendorum gratia, tum et poſteriori cauſa, ut illi benè eſſet. Nam ad uſum ſermonis ea quoque faciunt. Sermo enim, qui uoce promittit, ex literis conſtat. Ergo ſi lingua talis & labra humida, atque gilia nõ eſſent, maxima harum pars exprimi non poſſet, qui pè cum literæ partim lingua pro- ^h ducantur, partim labris comprimantur. Verum quoniam literæ oēs certo quodam labiorum motu proferantur, illæ profectò euidentius operâ eorumdem requirunt, que aut compreſſionis, aut in orbè circunductione deſiderant. Huius generis ſunt Q. & V. alterius uerò B. F. M. P. quorũ illa labijs in orbè eſt figuratiſſime exprimuntur, hæc compreſſione eorum eliduntur. Talis igitur labiorum dignitas eſt, & utilitas, ut ſapientiffimo, & prudentiffimo animalium homini conueniant, quoniam & eorum actio ſipientiæ & prudentiæ index eſt, & interuentrix. Vnde rectè locutionis organiſ annu- ⁱ meratur, qualia ſunt, os ^j uas generale organorum ſermonis in homine, & uociferationis in brutis, dentes, labia, palatum, lingua, columella, & ronſilla. Verum in gratiam tantæ actionis, natura non fatis admiranda, quam plures muſculos, eoſque ſumma diligentia & iucunda uarietate, connexos implexoſque conſtituit, de quibus infra ſuſius agemus. Non autem poſtremo loco ponendus eſt ille labiorum uſus, quod ſcilicet dentes contegant, & quodam quaſi uallo muniant. His enim uis occurrantium corporum eliditur, & aeris paulo in temperatiõis impetus refringitur. Vnde dentibus non minima ſecuritas accedit, & præcipue quod illorum can- ^k dor, & uenulæ conferuent, quem aeris ſecunditate, & inmoderantia perire a- ^l lias neceſſum eſſet. Cum enim gingiue oõ mollitrem inuirijs propulſam diſ, non fatis firmæ ſint, itaque peſtis hæc altius ſeſe inſinuaret, & ſerpendo inſimius partium illarum ſanitatem deſtrueret, ni Deus, & natura hunc obicem interpoſuiſſet. Quare illa uehementer admiranda eſt, quod uni organo tot actiones adiunxit, & plures actiones quam organa extruxit, cum ab uno organo multæ actiones rectè ^m proueniant, & pluribus actionibus organum unum probè ſufficiat. Si enim tot ⁿ nobis, quot actionibus opus eſt, eſſent organa, nonnulla partium conuulſio ſeque- ^o retur.

^a Her. Trif. in Pim. ca. 9.
^b Her. Trif. in Pim. cap. 12.

^c Cant. can. 4.
^d D. Greg. Mag. ſupra cano. can. 4.

^e Anit. de par. anim. 16.

^f Andor. lib. de anat. ui- uor.

retur, unaque alteram in operando impediret, quod cum declinare natura uoluerit, quoniam id suae prudentiae non conueniebat, quare partes non actionum numero, sed eorum pondere, & ualore commensa sunt. Quapropter labiorum natura cum ad tunciam, & saluam dentium adiuncta est, nam in hominibus potiori de causa, ut illorum ope uerba fieri possimus. Vt etiam lingua haud similis atque alijs animantibus, homini data est, sed idonea, qua ad duplicem actionem uteretur, tam ad percipiendos sapores, quam ad formidum fermonem. Dentium etiam feciditatem atque immunditiam, sumouent labia, quo nihil aut inhonestius, aut turpius esse potest, si quidem oculos hominum subeat. Quid enim detestabilius est, quid odiosius, quam dentes scabros, exefos, putidos, ferrugineos, & rostratos in communi hominum societate detegere? Hoc uitium ingens certe est & abhorrendum, quod plurimum ad nostra consuetudine homines arceat, cui natura prouida, & quae semper quod melius est persequitur, hoc uelamine labiorum opposito, remedium attulit. Eiusdem ordinis utilitas est, quod dentes hos cooperiant, & ad ductis inuicem oris aeris ingressum prohibeant, dummodo ex natura decretis homo gubernetur. Etenim quam ingens noxa actionum utilium si per os respiratio fieret, impedimentum accedere, supra factis declaratum fuit, ut indecorum est & inuenustum esset, si per dentium interstitia salua hinc inde profusa diffunderet. Namque & haec labiorum utilitas est, ut saluare effluuium reprimant atque coequeant, quod quam ingratum sit, quam abominandum, infantes in cunis saluantes, & qui arida ora nequeunt contrahere fenes ostendunt. His additur alius usus, quod exeras labijs atque ad superiora ualde propullis, nares occidimus, atque quo minus cerebrum feriant, sine fetore odore ab ingressu prohibemus, sic cibum iam dentibus contritum, & huc illuc in palato circumuolutum, labijs probe continemus, & eorum opera in masticandis, & conterendis dapibus utimur. Non minus euidens atque necessaria est labiorum utilitas, quod ex matris mammillis, ubi solidioris cibi nondum capaces sunt, quasi per quosdam tubulos, infanti lac alluciant, ut ualde exurgant; Huic actioni haud ab simile est, quod ad uoluntatem dum potum sumimus, extrema poculi arcem & concinnam apprehendimus, & liquorem illum, alioquin lubricum, pro uoluntate nostra uel abigimus, uel emulgemus. Quo pacto non incommode de lapsum a cerebro humorem, eumque e pectore sublatum, harum partium ope erudamus, & longe a nobis rejicimus. Quae utilitas sane non alpernenda est, sed ut alia natura opera, magnitudo, quae ut neque caeteras partes, ita necque labia leporis sui, & uenustatis reliquit experia. His enim & decoratus in est, & pulchritudo, additamentum operis, & natura luxuriantis spectaculum, quae quidem nullibi neglecta iacent, sed tamen in membris quibusdam, ab actionis praesentia oblectantur. Non enim formae decus non manifeste apparet in auribus, in praepotio, in natiu carnibus, quarum turpitudinem, si excarnes sint facies demonstrant, quod tamen in oculis adeo ab actionis nobilitate & usu superatur, ut rationem eius natura minime uideatur habuisse. Sic multis in partibus ornatus negligitur, ut in naso, in labijs, & in alijs exentis. Non tamen adeo pulchritudo hoc loci abiecta, & profulgata est, quin se se fatmet, & rodat indicijs. Norunt labiorum decorem, praecipue amantes, quibus oculus nihil carius, nihil lauius, nihil optabilius, denotant id, quibus labia excelsa sunt, id demonstrant tumentes ora Aethiopes, patet id ex alijs labiorum vitijs, quibus aliqui broici, labernes, aliqui labeanes, & chiliones dicuntur. Veruntamen omnia haec unica oratione princeps Auicenas comprehendit, dum haec uera habuit, Duo labia, ait, creata sunt, ad os, & dentes cooperiendos, ad decorem, ad retinendam saluam, & ut hominibus ad eformandum fermonem auxilio sint. His etiam addit uisibile clarissimum, quod animorum affectus, & naturales inclinationes, eadem labia nobis praenuntiant, quorum ratio, ex phylognomonicis fontibus petita talis est. Quibus in ore maiori labra tenuia sunt, ut inferioribus adiciantur superiora his magnanimitatem, & leoniam fortitudinem significabant, in minori uero ignauitatem, inhumanitatem, molestiam, impietatem, & perfidiam. Quibus ex ista labra supra dentes caninos atroluntur, hi pessimorum morum sunt, acclamatores, iniurij, conuiciatores, & mordaces. Quibus totum os protenditur, labraque sunt pinguiora, rotunda, extrinsecus interfa, unde chilopum, labearum.

a Arid. 3. de ra. 4. cum ad tunciam, & saluam dentium adiuncta est, nam in hominibus potiori de causa, ut illorum ope uerba fieri possimus. Vt etiam lingua haud similis atque alijs animantibus, homini data est, sed idonea, qua ad duplicem actionem uteretur, tam ad percipiendos sapores, quam ad formidum fermonem. Dentium etiam feciditatem atque immunditiam, sumouent labia, quo nihil aut inhonestius, aut turpius esse potest, si quidem oculos hominum subeat. Quid enim detestabilius est, quid odiosius, quam dentes scabros, exefos, putidos, ferrugineos, & rostratos in communi hominum societate detegere? Hoc uitium ingens certe est & abhorrendum, quod plurimum ad nostra consuetudine homines arceat, cui natura prouida, & quae semper quod melius est persequitur, hoc uelamine labiorum opposito, remedium attulit. Eiusdem ordinis utilitas est, quod dentes hos cooperiant, & ad ductis inuicem oris aeris ingressum prohibeant, dummodo ex natura decretis homo gubernetur. Etenim quam ingens noxa actionum utilium si per os respiratio fieret, impedimentum accedere, supra factis declaratum fuit, ut indecorum est & inuenustum esset, si per dentium interstitia salua hinc inde profusa diffunderet. Namque & haec labiorum utilitas est, ut saluare effluuium reprimant atque coequeant, quod quam ingratum sit, quam abominandum, infantes in cunis saluantes, & qui arida ora nequeunt contrahere fenes ostendunt. His additur alius usus, quod exeras labijs atque ad superiora ualde propullis, nares occidimus, atque quo minus cerebrum feriant, sine fetore odore ab ingressu prohibemus, sic cibum iam dentibus contritum, & huc illuc in palato circumuolutum, labijs probe continemus, & eorum opera in masticandis, & conterendis dapibus utimur. Non minus euidens atque necessaria est labiorum utilitas, quod ex matris mammillis, ubi solidioris cibi nondum capaces sunt, quasi per quosdam tubulos, infanti lac alluciant, ut ualde exurgant; Huic actioni haud ab simile est, quod ad uoluntatem dum potum sumimus, extrema poculi arcem & concinnam apprehendimus, & liquorem illum, alioquin lubricum, pro uoluntate nostra uel abigimus, uel emulgemus. Quo pacto non incommode de lapsum a cerebro humorem, eumque e pectore sublatum, harum partium ope erudamus, & longe a nobis rejicimus. Quae utilitas sane non alpernenda est, sed ut alia natura opera, magnitudo, quae ut neque caeteras partes, ita necque labia leporis sui, & uenustatis reliquit experia. His enim & decoratus in est, & pulchritudo, additamentum operis, & natura luxuriantis spectaculum, quae quidem nullibi neglecta iacent, sed tamen in membris quibusdam, ab actionis praesentia oblectantur. Non enim formae decus non manifeste apparet in auribus, in praepotio, in natiu carnibus, quarum turpitudinem, si excarnes sint facies demonstrant, quod tamen in oculis adeo ab actionis nobilitate & usu superatur, ut rationem eius natura minime uideatur habuisse. Sic multis in partibus ornatus negligitur, ut in naso, in labijs, & in alijs exentis. Non tamen adeo pulchritudo hoc loci abiecta, & profulgata est, quin se se fatmet, & rodat indicijs. Norunt labiorum decorem, praecipue amantes, quibus oculus nihil carius, nihil lauius, nihil optabilius, denotant id, quibus labia excelsa sunt, id demonstrant tumentes ora Aethiopes, patet id ex alijs labiorum vitijs, quibus aliqui broici, labernes, aliqui labeanes, & chiliones dicuntur. Veruntamen omnia haec unica oratione princeps Auicenas comprehendit, dum haec uera habuit, Duo labia, ait, creata sunt, ad os, & dentes cooperiendos, ad decorem, ad retinendam saluam, & ut hominibus ad eformandum fermonem auxilio sint. His etiam addit uisibile clarissimum, quod animorum affectus, & naturales inclinationes, eadem labia nobis praenuntiant, quorum ratio, ex phylognomonicis fontibus petita talis est. Quibus in ore maiori labra tenuia sunt, ut inferioribus adiciantur superiora his magnanimitatem, & leoniam fortitudinem significabant, in minori uero ignauitatem, inhumanitatem, molestiam, impietatem, & perfidiam. Quibus ex ista labra supra dentes caninos atroluntur, hi pessimorum morum sunt, acclamatores, iniurij, conuiciatores, & mordaces. Quibus totum os protenditur, labraque sunt pinguiora, rotunda, extrinsecus interfa, unde chilopum, labearum.

beorumque cognomina, Si moribus & operibus sui sunt. At inferiori labro si superius fuerit adicitur, hi prudentiores sunt, vt & non protius mali, quibus labro labrum prominere, sed vni, & stolidiores. Labiorum igitur venustas gratissima est, vniuersa excellentissima, dignitas amplissima; His autem addere conuenit, quo pacto natura sagax eorum actioni, ex partium compositione, callide profpexerit, in quarum numero, primo labiorum substantia est, extracta ea ratione & compacta, vt illam aut musculum pro cute, aut cutem musculofam iuste vocaueris. Nam & moueri ipsam motu uoluntario, & multo duriores esse alijs musculis oportebat, unde ex cute, atque musculo, totis inter sese mixtis, & confusis, labia animalium conficiuntur. Quam naturam a deo singularem, & eximiam hac de causa obtinuerunt, vt ea contrahi, dilendi, constringi, laxari, deflecti, a fini suo auerti, ac tandem eo coaucti, quocumque vel edentium, vel bibentium, vel loquentium, vel aliam quandam functionem obsecunt vltus vocauerit. Hinc autem actioni natura varios praefixit musculos, cutaneae labiorum substantiae usque adeo implexos, & in fine confusos, vt oculatissimi cuiusque & peritissimi diligentiam effugiant; Quam compositionis rationem obseruatam esse credimus, ut abque mora, & celerrime in suo officio labia sint, & vt motus eorum haud cunctanter, alter alterum excipiat. Videntur tamen musculi illi, si quis sedulo operetur, a principijs suis distincti & regione separati esse, quorum numerus iuxta Galenum, & Vesalium, quaternarius est, at secundum Fallopium nouenarius, cui auctori meo iudicio, maior fides adhibenda est. Primum ergo musculorum par, ortum habet a membrana carnosa, quae in regione ceruicis, spinae, scapularum, clauicularum, ossis pectoris, carnem naturam sensim induit, & fibras recta sursum dexas emittit. Musculi hi lati sunt, tenues, ex utroque latere singuli ad faciem medium exsertiti, in mentum labiaque inferri nonnunquam tamen in ossa malarum, & in radicem nasi, quandoque etiam ad aurem usque implantati, qui quemadmodum illas, ita partes has, ubi ubi hinc datus musculorum adigit, mouere possunt, eo scilicet motu, quo labrum procliu, existente interim inferiori maxilla penitus immobili, deorsum attrahimus. Hic ille musculus est, quem peculiari nomine *μυῖς τῆς κατωτέρου* Galenus vocauit, cuius particula quaedam, ea que, ceteris paulo crassior, in maxilla inferiori, ad mentum inferiur, vt ceteros musculos, qui huic parti imperant in agendo promoueat. Secundum musculorum par, quae ac primum membranosum est, darioque fibrarum carnearum implem intertextum, quod totam, quam insulam, buccarum regionem complectitur, oriturque a maxilla superioris longitudine, porrigiturque, ad radicem gingiuarum, secundum maxilla inferioris longitudinem. Hos musculos obliqui, quae oris amplitudinem inaefficit tunica, tam valide partibus connexa, q̄ quod nunquam illa, cera auelli possit. Mouentur illis male nunc sursum, nunc deorsum, nunc antrosum, nunc retrorsum. Tertium verò par musculorum, ab offe maxilla superioris oriur, carneo principio, qui oblique descendit, & in labij superioris latera inferiur, quas partes etiam sursum oblique contrahit. Quartum par ab inferiori maxilla prorumpit, deduciturque post haec in eam labijs partem, quod frenum appellant, quam deorsum trahendo mouet. Quintum par, quod labij superioris partem, una cum ala nasi sursum reuelit, ab offe ambino oculi, nec non ex cauitate circa nasi dorsum educitur, & recta progressum partim in alam descendit, partim in labium superius, ubi genae sunt, implantatur. Sed ab extremo narium offe sexti in ordine musculi exordium sumunt, qui membrana interna suffulciuntur, & in ultimam alam desinunt, quam ad sua principia sursum retrahunt. Hi musculi alijs nequaquam cogniti fuerunt. Diuersum est ab illis, qui tertiae, & quintae musculorum regioni interiecti sunt, septimum par musculorum, quorum principium est, a cauitate illa, quae malis subijcitur, unde ad labium superius deferuntur, & qua parte frenum est, tandem inferuntur. Octauum par carneum est, explantatum circa radicem pinnarum nasi. Has, dum ascendit, amplectitur, & sublatum ad angulum narium immittitur. His musculis cum sexto pari alas nasi expandimus. Nonum tandem musculorum par, atque ultimum, constat ex indigesta illa, & carnea mole, ex qua utrumque labium conformatur circa cuius examen, vt & de reliquis, diuersa est, & multiplex auctorum opinio, cum quod labiorum motus ob uarietatem non aequè pateant, tum etiam quoniam tantus in-

Gal. 11. de
uf. part. 1. et
5. cap. 15.

Gal. 4. de
anatom. 3.

Gal. de ma
sui diff. 1.
d. Defal. 1. de
hum. fab. 3.
Fallop. an-
stic. anat. cap.
de mus. fac.

Gal. de diff
musculi.

tus in vicem fibrarum complexus est, tantaque cum ipsa cute musculorum affusio, & coactio, ut & oculorum aciem, & manuum promptitudinem effugiant. Voluimus tamen musculorum horum enarrationem ex Fallopio petere, quod ea magis ad veritatem accedat. Labiorum verò temperies calida & humida est, cum quod musculis calidis, & humidis, tum quod ex cute, partium omnium temperatissima, extructa content. Sunt autem cuti quadamtenus molliora, & musculari reliquis duriora, quorum extrema summe rubent, vel propter sanguinis copiam, uel quoniam illa intestinis moueri contingit. Nam dum edimus, dum potamus, dum loquimur, dum excreamus, quam primum partes excalescunt, quibus excalescunt & spiritus, & sanguis, rubedinis sedes allicitur atque attrahitur. Accedit præterea, quod tunica, quæ labia extrema inuestit, tenuissima simul & pellicula sit, ut musculorum splendor, uelut per vitrum, aut lapidem specularem transpareat. Sunt autem gemina labia, cum propter oris incisionem, tum quod duplici dentium ordini velamina & propugnacula sint. Sic etiam magnitudine uariantur quæ quandoque tenuis, & exigua est, quandoque tumens & crassa, ut & eorum figura, quam ob multiplices & diuersos motus, diuersam etiam, & multiplicem esse contingit. At in quædam dentium confusio, & figuram, quorum cultodes sunt, rectè amulantur. Coniunguntur tandem labia, ad milia, ad nares, ad mentum, membranæ, & ligamenti, vinculis certè tenacissimis & robustissimis. Atque hæc est narium historia, quantum potuit breuibus explicata.

CAPVT DECIMVM.

De dignitate aurium, & earum constructione.



ESTINAT iam sermo noster, ad traslationis illius perorationem, quæ est, de partium præstantia & structura, quas restaurandas nobis proposuimus, si tamen, quæ de auribus exponenda restant, prius abolerimus. Sed quoniam nobis de extrema parte huius instrumenti contemplatio instituta est, & quam philoſophus^a auriculæ nomine insigniuit, quod operis nostri pars aliquota sit, attamen vtili iam trita via incedamus, & ledionem hanc solita multarum rerum varietate condiamus, paucis quædam de aurium dignitate, atque in genere dicere decreuimus. Aurium ergo dignitas est, eximia certè, & illustri, quod scientiarum dogmata fideliter per eas infilluntur, paruoque negotio virtutum præceptiones probè inculcentur. Quare auditum Aristoteles^b & Plato,^c disciplinarum sensum, & ad philosophiæ cognitionem concessum esse, ingeniosissimi homines referunt. Certum equidem est uisum sensuum omnium esse actione acerrimum, cognitione per spicacissimum, experientia ueracissimum, at non omnibus occultarum rerum inuentio data est, neque ad varia adeò, & implicita cognitionem etiam hominis sufficit. Ideo ad sapientiam, scientiamque capessendam, ipsa uisione auditus multò accommodatior est. Et enim per auditum prima semina doctrinarum, in tenella ingenia inijciuntur, per auditum ex opinionum communicantia incrementa accedunt: per auditum quasi feruenti cultura, ob ingeniorum collisionem, & disputationis concertationem, ueritas excutitur, qua cognitio qua uis adoleſcit, atque perficitur. Huic ergo sensui tam præstanti, aures ipsæ speculatores, & ministri sunt, quod etiam Poeta ille innuit, cum ad sapientiæ frugem officio aurium indoctos vocari differit.

^a Hor. Epist.
^b Arist. de
hul. animal.
31.
^c Arist. de
sensu & sensu
Phil.
^d Plato in
Tim.

^d Hor. Epist. Nemo adeò ferus est, qui non misere possit.
^e Apollon. Si modo cultura patientem accommodat aurem.

Ad hæc etiam refertur, quod suauissimam illam harmoniam, diſſique hominibus gratissimam, sonorum concentus, & uocum modulor, auribus percipiunt. Quo quid iucundus, quid delectabilis, quid homini conuenientius esse possit? His ferus^f homines ad mansuetudinem Orpheus reuocauit, his^g regem Saul miser. Ead. ab immanis spiritibus Dauid uindicauit, his^h medicorum opinione morbi abiguntur.

guntur, his animalia bruta, quod Arion Mitylenæus offēdit, alliciuatur, & vt femel
dicam, hæc summa falus, hoc optimum remedium, quo^a cor nostrum edentes, cu-
rastrifitias, follicitūdines, instar Pithagorei ex animo nostro explodimus, & ad trā-
quillitatem, & lætitiā mentem reuocamus. Tanta igitur aurium dignitas est, tan-
ta utilitas, quantum nemo satis possit perfringere, quarum præstantiæ, & illud ex
Aegyptiorum mysterijs accedit, quod eas^b obedientiæ simulacrum homines illi
exare voluerint. Quod etiam ex sacra^c pagina constat, dum secundum antiquæ
legis solennes ceremonias, in sacerdotibus lacris initiandis, extremum auriculæ
dextrae Aroni, & filij eius, immolati arietis sanguine ex iussu Dei Moyles contin-
gebat, quo factio velut signo quodam, & monumento intelligerent sacerdotes, se
diuino dicto audientes fore, & munus hoc perpetuum coram Domino obturos ef-
fe. Vt enim ex inobedientia parentum nostrorum, & paradiso expulsi, & omnium
rerum egeni facti sumus, sic ex obferuantia mandatorum Dei, tum boni amissi
pendet recuperatio, tum ad patriam, qua exulabamur, aditus pater. Auribus etiam
apud Hebræos illa indigna feruitus nota imprimebatur, ut ea maxime conspicua,
& oculis hominum subiecta esset. Si^d dixerit feruus diligo Dominum meum, & uxo
rem, ac liberos, non egrediar liber, offeret eum Dominus dijs, & applicabit ad
ostium, & postes, perforabitque aures eius subula, & erit ei feruus in seculum. Vo-
luit enim Deus, vt eò loci, quo potissimum nobilitatis, & decoris argumenta, ap-
penis magni pretij gemmis, ingenui homines ostenderent, illi in empe, qui gratiam
adeò libertatis vocem audiri noluerint, hæc turpia, & illiberalia perpetua feruitu-
tis stigmata circumferrent. Aures etiam memorie consecrate sunt, quod applicato
ad aurem digito antiqui significabant. Hinc Maronianum illud.

Cynthus aurem. e Virg. ecl.
Vellit, & admonuit. 3
Sed inde huius hieroglyphici ratio profuxit, quod testes in ius rapturi, testium
auriculam memor esto, dicentes contrectabant Huc alludit Ouidius.
Si quid eris de me tacita quod mente loquaris, f Ouid.
Prodat extrema molli ab aure manus.

Verum ex physionomicis, quæ partem sane commendant, iudicia hæc sunt.
Aures tenues minores, & ueluti circuncisæ, fatuum, callidum, malitiosum deno-
tant, crassæ, magnæque surdasitatis. Extantes præsentaneam docilitatem, mansue-
tudinem, benignitatem, vt præfæ inficiam, & ruditatem significabunt. Quadratæ
verò ac mediocriter magnæ in audiendo argutissimum. Sed aliquando acceda-
mus ad eam partem, quæ nostri operis est, auriculam scilicet, cuius dignitatem e-
tiam singillatim perferuari licet. Huius utilitas est, vt ab externis iniurijs audicionis
organum ueatur, & vt fonos aliquo pacto excipiat, & exceptos ad meatum audi-
torium deferat. Nam^e quemadmodum superciliorum pilos, supra oculos natura
constituit, qui priores, si quid in ipsos deflueret, exciperent, ad eundem modum, &
auribus apponere uoluit propugnaculum, quod tamen illius obicis magnitudinem
excederet. Etenim in oculis, quos sublimi loco positos esse oportebat, non ma-
gnum adeò uallum apposuit, at e contra in auribus ingentem fatis molem confru-
xit, quoniam illud oculorum aciem magnopere obfcurabat, hanc uerò non modo
fonos non illabentes prohibere, sed in iuper etiam sonum aliquem fundere dece-
bat. Huius rei Hadrianus Romanorum consul testis est locupletissimus, qui sensum
hunc cum lafium haberet, manus causas, quo audiret facilius, a posterioribus ad
anteriora spectantes, auribus obtendebat. Huc cedit, quod equi, asini, canes, & h
animalia cætera, quæ magnas aurículas habent, eas semper circumgant, ac ad fo-
nos, & uoces in se eas conuertant, earum partium usum ab natura edocta. Harum
substantiam natura elegit, neque duram adeò, ut sint ossa, neque penitus mollem,
vt carnem, sed quòd in medio horum est, cartilagineam. Alterum enim duorum
accideret, vt aut rumprentur aures facillimè, aut vt contunderentur, præterquam
quod id neque pulchritudini earum conueniebat, Nam si molles nimis & tenues
essent, confiderent exquiritè, & qua flacci notantur, noxam incurrerent, duræ ue-
rò atque crassæ, arrectæ semper & extente rigerent. Huius igitur generis substan-
tia hoc peculiare habet, quod satis commode partes subiectas defendat, vt quæ ne-
que

que comminui, neque contundi, quemadmodum dura, & friabilia neque incidi, neque rumpi, ut mollia, & carnosa queat, quodque nec collabendo subleuat, cum ad excipiendo fonos hiet continuo, nec vique adeo arrigatur, quo minus in adaptando pileo, latè accommodanda capiti galea complicari, & sine offensione intorqueri possit. Quæ omnia cum vtilitate, & pulchritudine earum partium maxime consentiunt. Sed non defunt anatomicorum, qui aures, ut obsecrè moueantur, quandam musculorum substantiam ascribant, quod cum rarum sit, atque insolens, itaque aures penitus cartilagineas, & communi corporis integritate comprehensas, omnique motu orbatas statimus, & rectè decernimus. Quoniam & præsertim Galenum, & Aristotelem, & immobiles homini factas esse aures Plinius etiam affirmat. Si præterea ad temperiem respiciamus, aures cerè sicca, & frigida fuerint, cum substantia illius natura & ratio quæ cartilaginea est id nobis persuadeat. Interferant autem capitis orbem æquis portionibus, & medium ibi locum obtinent. Auditur enim non modo per directum, sed & undequaque. Quæ de causa non ut cæteris animalibus in vertice, sed in oculorum orbe positæ, sunt, neque ut reliqui sensus ex anteriori parte, sed ad latera, atque è perpendiculo ipsi malleolis. Quorum numerus geminus est, cum quod vtriusque lateris una sit species, tum etiam quod cætera sensuum organa duplicia sint. Illud enim uenustatis speciem commendat, hoc verò hominem ipsius, cuius altera pars dextra est altera sinistra, numeris suis absoluit. Verum enim uerò efficiuntur actionum perennitas, quod sentiendi instrumenta ex necessitate gemina, & ex utroque latere singula posita sint. Nam cum actione vitam ipsam dimittamur, quæ illa à vita constans est, & superstes, & quæ sublata protinus, & necessario concidit, itaque ut salutis operationum consilium sit, ita corporis sensoria natura extruxit, ut si contingat noxam alterum incurrere, nihilominus in altero, quod illi sensum superesset, actionum robur saluam, & perenne permaneat. Nam prima, & maxime communis gemini organi ratio est, ut si vnum eorum affectum fuerit, affecti vicem reliquum suppleat. Quod Sanyoni cuiusdam iuuenis exemplo, cui ad anteriorem cerebri usque uentriculam, uulnus adactum fuerat, dilucido commonstratur. Aurium uerò magnitudo talis est, qualem nemo quis effingere possit melius, adeo symmetra, & apta suis uisibus. Nam hominibus auricularum moles, quanta, uel equis est, uel asinis, incommoda fuisse, dum caput aut pileo, aut galea, alii que inegumentis obuoluerent, quod non rarò facturi erant, quandoquidem & in equis bellicosis minores multò aures asinis habentibus, ea magnitudo molesta est, si aliquando caput illis contegimus. Præsertim igitur aures in hominibus sursum extendi, tantumque meatibus extare, quantum nunc extensa & explicata sunt, ita enim simul adionant, meatumque operium, simul autem nihil impediunt, quo minus quibus capiti iniiciamus. Harum partium figure duplex consideratio est, uel qua uniuersa auricula, & antica & posticam partem comprehendimus, uel qua aduersam tantum respiciamus. Etenim interiorum uoluminum ea ratio est, ut minus nocuenti, si quando complicari contingat, aures exciperent, quemadmodum, & quod concaua simul, & conuexæ sunt, si quid meatui incidit, ab ingressu prohibent, & peculiare quoddam in patiendo robur acquirant. Nam rotundum ab iniurijs omnium remotissimum est. Igitur ad utrumque eorum multos aures anfractus habere, cum eò modo magis conuoluantur, atque in se ipsas reidant, quàm si simplex tota, & uniformis utraque fuisset. Connectuntur uerò cum ossibus occipitis, atque ossibus petrosi, in quorum centro meatus auditorius excalpus est, membrana lamini atque cuti, communi totius corporis tegumento, atque hæc de aures, quarum natura, & structura considerata, tandem aliquando uela contrahimus, cum de dignitate, & compositione, quarum partium nobis quaestio propofita est, satis superque uerba fecerimus. Enim uerò ad artis contemplationem, quæ illas partes reficit, digium propius ad moueamus.

LIBER PRIMVS.
CAPVT VNDECIMVM.

39

Qua dicantur in humano corpore curta, in quibus curtorum chirurgia posita sit, quonam affectuum genere contineatur, & ad quam medicina partem hic liber referatur.



DE CURTO igitur propè spatio vniuerso, de facie dignitate, & præstantia, atque mox enarratis, narium, labiorum, auriumque donibus, agite nunc huius de curtis chirurgiæ uadofum mare, & adhuc omnibus mortalibus intentatum ingrediamur, ubi pro ingenij nostri mediocritate ita cursum moderabimur, ne abrepti vastissimis huius pelagi fluctibus incautè nosmet concredamus, sed ut terram propè, in tuto, ac tranquillo uela facientes, iter nostrum emetiamur, atque ad uocatum tandem portam, laboris nostri metam appellamus. Antequam uero ad declaranda huiuscè chirurgiæ principia accedamus, quibus nimirum primordijs, prima artis huius momenta ceperint ostendi, postpositis cæteris, ea prius tradere decreuimus, in quibus totius nostri de curtis restituendis negocij cardo uertatur. Id autem summam, & suspensio pede peragemus, cum quæ ad initia huius artis referuntur, ea saltem digito, ut aiunt, commostrasse sufficiat. Cæterum ne prima hæc sine arte nostra sit emissio, quid curtorum nomine intelligamus, denuntiare oportet. Curta seu currum, si Grammaticos consulamus, id planè est, quod breuè & puillum est, ut apud Horatium.

Nunc mihi curto si licet modo

Hor.

Vel si libet, usque Tarantum

AT VOCABULUM hoc ad non nullas corporis nostri partes mutilatas, & à natura quantitate deficientes, à rebus paruis deducim, & commodè translatum fuit. Quod ex Galeno clarissimè patet, qui ea, ^b quæ in labijs, in auribus, uel in narium alis defunt, καλοβωμια ^c græcis, latinè uero curta uocari refert, cui interpretationi clarissimi quique medicorum, non leue, & spernendum suffragium ferunt. Nares igitur, aures, & labia, quacumque tandem occasione detruncata fuerint, curtorum appellatione rectè designari poterunt. Horum refarciendorum ratio in eo potissimum consistit, ut materiæ apparatus, & eiusdem locus in promptu sint, ut paribus nulliatis materia connectatur, atque ut connexa ad partium curtorum similitudinem, aliquando conformetur. Materia est cuius simplex, ante coniunctionem cum curtis, delineanda prius & edicenda. Locus, & regio, ex qua eripitur, est humeri pars anterior. Copulatur autem cum decurtatis partibus ipsa materies, futurarum opera, & pluribus constricta deligationibus, ijsque idoneis, rectè conferuntur, quo usque & cutis, & curta coalescant. Postquam uero firmo coalitu inuicem adhaerint, recidenda est à brachio materia, & in partis exactæ formam ducenda, sollicito que tutanda, ut tandem robur, & constantiam perfectè nanciscatur. Singula hæc suis locis fufius, & exactius profequemur, quorum tamen exigua quedam, & obfcura hincamenta ob oculos subijcere uoluimus, ut ad intentionis momenta in arte nostra, quæ ex agricultura depromuntur, commodius descendere possimus. Prius tamen locus uideretur postulare, postquam quid currum sit, & quibus summi artis nostræ species declarauimus, ad quam medicine partem hic liber redigendus sit, ratione propòsta explicemus. Verum cum non satis constet, quot, & quales uere medicinæ partes sint, tam ob eiusdem cum philosophia affinitatem, quam quod hæc de re plurimum auctores inter se dissent, itaque ab initio medicinam ipsam partiri, & ad sua membra principalia reducere tentabimus, atque mox curtorum naturam expendemus, qua rectè ventilata, cui nam medicinæ parti subiecta sit, commodè, ni fallor, uidebimus. Nam tanta fuit apud antiquos, & recentiores in partienda medicina dissensio, ut partes illius ueras & germanas inuentu non modo difficiles, sed planè impossibiles esse, aliqui non præter rem affirmauerint. Non enim haec, quæ neque limitibus suis medicina circumscripta est, neque certis terminis à phi-

^b Gal. 14.
met. med. 16.
& in med. 18.
^c Cels. lib. 7.
cap. 8. & Aet. lib. 4. cap. 16.

^d Argem.
com. 1. in art.
medicini.

42 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

rore, cum unumquodque genus in differentias oppositas secari debeat. Malè enim dicimus aliam partem medicinæ indicatoriam esse, aliam salubrem, aliam curatoriam. Veraque enim harum suis aut fanitatis, aut morbi indicijs indiget, siquidem mederi corporibus, & præesse velit. Quare illa cum cæteris ponderè, haudquaquam æqualis fuerit, nec aduerso loco ponenda, cum & cognitione prior sit, & utriusque famuletur. Nam opposita, & natura simul iuris, & mutuo stare nequeunt, neque vnum ad alterius essentiam quicquam conferre. Sic malè videtur assignata ea partitio, quæ in physiologicam, in pathologicam, & in reliqua membra medicinam ducit. Cum enim extremæ medicæ operationes sint fanitatem conferre, præsentem, absentem restituere, utique cætera quæque, tamquam principia ad obeundos hoiçè fines diriguntur, neque cum illis sub idem genus conuenire possunt. Nam antequam ueri posses fanitatem corporum substantia, eiusque partes, & accidentia, tibi pernohcenda sunt, priusquam fanitatem amissam cures, inuestigandi erunt morbi causæ, & symptomata. Non ergo membra hæc cum illis ad idem genus referenda sunt, cum eorum natura alia sit ab his, & distantia, & quædam causæ rationem, quædam verò effectus, & finis essentiam obtineant, mutuumque inter se habeant respectum, non tamen contrariam. Quemadmodum neque pars pathologica, quæ causis fanitatis confiderat, cum alijs differentijs conuenit, ut & neque curatoriar partes sunt pharmacia, chirurgia, & diata, siquidem hæc instrumenta sunt, quibus, & conferuamus valentudinem, & redacimus. Acceptanda igitur est ea partitio, quod medicinæ pars altera exigua uitia tollat, altera verò insignia emendet, quodque alia sit salubris alia curatiua, quarum utraque rursus in euecticem, in salubrem, in analepticam, in præseruatricem, & in curatricem diuiditur, hoc saltem addito, quod & ὑπερκαταρκτικὴ pars, quæ lenes curat, in prima partitioe cæteris adijciatur, quæ tamen actionis natura eadem est cum prophylactice, at propter artem, eorum, quibus cura adhibetur, ex accidenti differt. Etenim quæ morbo ingruenti curatio conuenit, eadem etiam in corporibus sanum vacillantibus medela ex usu est. Non enim tam fenescus morbosa est, quin ipse morbus. Sed videamus quò referenda sit hæc curatorum operatio. Veruntamen necessarium est, ut quo genere a fectuum præter naturam curta comprehendantur, prius consideremus. Id enim classem, quo referendus sit hic liber nobis monstrabit. Nec discedemus hæc in parte ab autoritate ipsius Galeni, qui duas morborum in numero posuit differentias, alteram quidem parte quadam abundante, alteram vero eadem deficienti.

a Gal. 1. de diff. mor. 2.

b Gal. 1. de diff. mor. 3. & 14. meth. med. 16.


c Cornel. Celsus 7. ca. 9.

Siue enim * pars quædam radicibus perierit, siue ex dimidio, vel amputata, vel mutilata fuerit, atque id autè primo generationis exordio, aut ubi quis in lucem edatur, omnia inquam hæc naturalium partium numerum imperfectum esse indicant, quemadmodum cum abundante dicemus, si vel integra, vel dimidia particula, præter naturæ decreta superfuert. Reijciuntur, ergo nares, labia, & aures decurtate in cum morborum in numero ordinem, in quo pars quædam deficiat, atque id etiam ipsius Galeni * testimonio. Vnde constat, quod quæ circa ea vertitur actio, ad curatricem medicinæ partem referenda sit, vel eam, quæ leuia tollit incommoda, vel quæ morbos iam confirmatos, non tamen adeo immites, & eferos abigit. Non enim non potest medicinæ curatricis opus esse, & effectus, si quæ pars humani corporis deficiat, ea aris beneficio restituatur. Etenim hoc est fanitatem partis deperditam reducere. Veruntamen si labiorum, aurium, nariumque detractiones, quantum a fuerant, vel ad dignitatem uel ad uenustatem detrimenti, consideremus, utique chirurgiam hæc, ad comprioriam partem spectare, neque huic nosstræ artium laudatissima acceptam referendam esse dicemus. His enim aut læsis, aut resecis tanta inest foeditas, tanta turpitudò, tanta a fectus prauitas, ut nimirum, quantum totius faciei decor, & elegantia, ex hac exigua adeo particula percat, & intercidat, quibus restitutus pristina a fectui gratia, & pulchritudo, redit. Etenim deformitatem quandam in labijs, auribus, naribusque amputatis, nisi funditus excifæ fuerint, solummodo pertimescendam esse * Celsus refert. Itaque non sine ratione hæc curatorum operatiõem non tam ad curatricem partem quam ad comprioriam pertinere quis crediderit, præsertim si ea membra penitus non perierint, atque hinc non eo loco cum cæteris medicinæ partibus collocandam esse. Sed er-

rat proculdubio, qui hoc dixerit. Non enim colorem uegenum, membraque mol-
lia, non crines a spectu iucundos, non cetera pulchritudinis lenocinia, natura prius
negata, quod compositior proprium est, opere nostro arceffimus, sed ea, que nau-
ra dederat, fortuna abstraherat, membra reducimus, refarcimus, integritati restitui-
mus, non ut oculos delecent, sed ut animæ operanti emolumento sint, non fuis il-
liberalibus, sed præstantibus auxilijs, non ut mangones sed ut bonos medicos deceat,
& magni illius Hippocratis sectatores. Quamuis enim pristinum faciei decus resti-
tuatur non tamen hic finis est, hæc meta medici, sed ut membra illa actiones suas
ex natura decreto obeant, neque hæc illa pulchritudo est facata, & spuria, & medi-
corum filijs indigna, sed vera illa, & germana, quam singulis membris uelut ope-
ris quoddam additamentum, natura diues, & benigna indidit, neque uicam sal-
tem particulam hoc lepore non ornatam esse uoluit. Idcirco sub curaricis opera
hanc chærgiam nostram, haud immerito collocabimus, eique soli, non alijs me-
dicinæ officijs eam ascribemus, quod tamen si quis in gratiam etiam natuæ pulchri-
tudinis fieri dixerit, non repugno.

CAPVT DVODECIMVM.

In quo huiusce operationis principia traduntur.

 Vnc uerò, illis prælibatis declaraturi sumus hanc curorum opera-
tionem defuxisse ex agrorum cultura, atque uelut amulam illius
artificiose stirpium propagationis, ab institutione originem suam de-
sumpsisse. Itaque docta antiquitas, quæ de institutionum generibus
tradiderunt, ea hoc loco nobis repetenda sunt, atque sedulo per-
quirenda, ut orationi nostræ lumen accedat, & quomodo non
unam saltem, sed complures institutionis species, quod admirabilis est, hæc nostra
chirurgia complectatur, appareat. Hinc etiam patebunt huius artis exordia, & mo-
menta prima facillè innotescunt, quibus adducti nostræ tempestatis homines, hanc
operationem non minus serio quam auspicator aggreffi sunt, eamque in humanis
corporibus exercuerunt. Vnde ab omni temeritate, & oppugnatione malenolo-
rum arem hanc uindicabimus, qui casu, quodam, non ratione illam extrinsece affe-
runt. Apparebit enim certissimis argumentis, & exactissimis coniecturis, ad opus
hocce, autores primos, quicumque tandem fuerint, instructos accessisse, & cum
nouum hoc atque inauditum præficus hominibus esset, huius artis principia, & pro-
greffus, Marte proprio sedulo perpexisse. Quare admiranda certe est, atque suspi-
cienda hominum cura, cui nil arduum, nil difficile est, ad quod rationibus innixa
non peruenire, quod ipsa tandem studio, & solertia non superare possit. E contra
commiseranda est eorum conditio, qui nihil tentando suam desidiam alunt, &
quasi iam omnia plana, omnia inuenta, omnia experta, omnia antiquorum seduli-
tate, & doctrina peruagata sint, nihilque sit reliquum, in quo uim ingenij exerceas,
& noua inueniendo medicinam ornas, adaugeas, illustres, uaniloqui crepitant,
non solum autem, quibus inuenire datum est, bonis inuident, sed quod odiosius est,
illorum foetus calumnijs obruere, atque sinistris delationibus tentant euertere.
Sed ut rectè negocium nostrum pernoctamus, omnes institutionis modos enu-
meremus, qui tam ex recentiorum quam antiquorum præceptis in uniuersum qua-
ternario definiuntur. Quicquid enim inferitur uel furculum, uel fenum, uel gem-
mam, uel traducem requirit. Tres priores modos eleganti carmine Palladius diffe-
tè exprefsit.

*Principio * multas species industria, solers
Protulit, & doctam in fustis uirre manum.
Nam quacunque uivens alienis frondibus arbor
Comitur, his discit credita ferre modis.
Aut noua discreto figuntur germina libro
Aut aliud summo robore fissa caput.*

^a Pallad. de
iust. lib. 14.

Aut virides velus extremam gemmam tenentis

Accipit, & ita ut frangatur unda sinu.

Tria igitur genera initionum in primis antiqui tradiderunt, vnum quod re-
fecta, & fissa arbore recipit in fertos furculos: alius, quod inter librum, & matricem
arboris femina admittit: tertium vero ipsas gemmas, cum exiguo cortice in partem
delibratam recondit, quam initionem agricolæ emplastrationem vocant, velut
quidam inoculationem. Est autem hoc genus initionis iustissimum, neque omni
arborum generi idoneum, sed ab ijs tantum recipitur, quæ humidam, succulentum-
que, & validum, vti ficus, librum obtinent. Hæc enim lactis plurimum remittit, &
corticem robustum obtinet. Optimè itaque ea tali pacto inferitur. In ea arbore, ex
qua inferi uelis, quarto nouello, & nitidos ramos, in his gemmam obseruato, quæ
bene apparebit, certamque spem germinis habebit. Illam duobus digitis in qua-
drum circumsignato, ut gemma media sit, & acuto icapello circumcidito, diligen-
ter quidem, ne gemmam iactas. Delibrato item quam arborem inferere uelis, in ea
nitidissimum ramum eligito, & eadem spati corticem circumcidito, & materiam
delibrato. Deinde in eam partem, quam nuda ueris, gemmam aptato, quam ex al-
tera arbore desampleras, ut tamen ante circumscissæ parti emplastrum conueniat.
Vbi hæc feceris circa gemmam benè uincto, ne laxis, post hæc commissuras, &
vincula luto oblitito. Ipatio relicto, qui gemma liberè progeminet. Materiam,
quam infereris, si fobolem, vel supra ramum habueris, omnia præcidito, ne quid
sit, quod possit auocare, aut cui magis, quam in fito seruiat, & post unum & uiginti-
mum, diem emplastrum soluito. Tres igitur sunt arbores in ferendi rationes, quas
prisci cognouerunt, & in usum traduxerunt, quibus tamen quartam Columella ad-
didit, cum duos uitium in ferendarum modos patefecerit, alteram quidem, quæ
fit relicta uice, & malleolo implantato, qui modus supra etiam dictus est, alteram
uero cum vite perforata per foramen palmæ traducitur. Hic igitur talis est. In
hac initione, quæ fit per treberationem, primum ex uicino fructuosissimam vite
confiderare oportet, ex qua uelut traducem in herentem matri, palmitem at-
trahas, & per foramen transmittas. Hæc enim tutior, & certior est in fitio. Et si enim
uere proximo non comprehendat, sequenti certè, cum increuerit, non abest quin
coniungatur. Mox ubi palmæ coaluerit, à matre rescinditur, & in fita uitis superfi-
cies usque ad recepsum furculum detrahitur. Videtur tamen ab his omnibus di-
uerfa esse, quam M. Cato describit initionem, quando, quæ haud procul di-
stans, & teneræ fuerint uites due obliquum præcauunt, & inter se medullis mu-
tuò applicatis, vinculo libri colligantur: Sed hæc in fitio ad primam speciem, quæ ar-
bore fissa furculos immillos recipit, aliquo pacto referri poterit, qua ratione, & his
annumeranda est, noua illa, & ante Columellam minime cognita in fitio, qua diuer-
sas penitus naturæ, & figura arbores coalescere & propagari tradidit. Veteres enim
nullas arbores penitus posse inferri, maxime ratum, & quasi lege quadam sancitum
esse uoluerunt, nisi geramine fructu, libro, & cortice conuenirent. Sed id falsum
esse ostendit Columella, & modum huius initionis diuersorum furculorum cum
diuersis arboribus satis apertè demonstrat, quam nostro negotio, cum magnopere
quadret, libet ascribere. Existimamus, inquit Columella, errorem huius opinionis
discutendam esse, tradendamque posteris rationem, qua possit omne genus fur-
culi, omni generi arborum inferri. Quod ne longius legentem fatigemus, quasi unum
exemplum subijcimus, qua similitudine, quod quique uolet genus omni arbori
poterit inferere. Scrobem quoque uersus pedum quatuor ab arbore Oliuæ tam
longè fodito, ut extrinseci rami oleæ possint eam contingere. In scrobem deinde fici
arbutulum deponito, diligentiam adhibeto, ut robusta, & nitida fiat post triennium
aut quinquennium, cum iam satis incrementi ceperit, ramum Oliuæ, qui tibi uideat-
ur, nitidissimum defecito, & ad crus ficinæ arboris religato, atque amputatis
ceteris ramulis, ea tantum cacumina, quæ inferere uoles relinquito. Totam arbo-
rem fici detrunco, plagamque leuato, & mediani cuneo fuditio. Cacumina Oliuæ
ficus matri in herent, utraque parte abrado, fuisse fici adaptato, cuneum eximito,
& diligenter obligato, ne qua ui reuellatur. Sic interposito triennio, Oliuæ ficus
coalescet, & tum demum quarto anno, cum bene poterit, uelut propagines Oleæ
ramulos

2. Colum. 3.
de re rust. 26.

1. Cato. 5.
de re rust. 29.

2. Colum. 3.
de re rust. 26.

2. Colum. 3.
de re rust. 26.

ramulos ramo fa à matre refecabis. Hoc modo omne genus arborum inferes. Differat autem à primo hic infitionis modus, quamvis commodè ad eum reducat, quòd illic aaulus furculus, hic uerò marri a duc in haren, atque in huius alterius arboris stirpi committatur. Ex his itaque constat quatuor esse infitionum genera, si Catonis, & hanc vltimam Columellæ primæ antiquorum ascribamus, nempe cum arbori refectæ & fissæ furculus imponitur, cum inter corticem, & librum arborum germinantur, cum arboris ramo, cum exiguo cortice gemma vna adaptatur, & cum perforata, quæ inferitur, arbore, alterius arboris ramulus, quem traducem appellant, transmittitur. Hæc igitur infitionum genera duo postrema, qui rectè confiderauerit, videbit certè primos huius artis nostræ fundatores, ad hanc artificiosam operationem, quemadmodum, & nos, certa coniectura perductos fuisse, vt decuratas nostri corporis partes hoc aliquo modo restitui, & renouari haud dubio existimauerint. Cum enim ipse arbores natura planè distinentes, per traducem, longo licet intervallo, exactè adeò coalescere, ut in idem ingenium abirent, & firmiter coniungi viderent, idcirco facilius multo, & minori temporis impendio, quod temperie conuenirent amputata membra cum alijs iisque saluis, vniui posse crediderunt. Quid enim brachij pars, è qua traducis delumitur substantia, à partibus refarciendis, nisi exigua maioris, aut minoris differentia, temperie dissentit? Præterea cum corticem arboris, cum aliena arbore coalescere, vt fit in emplastratione certissima experientia cognoscerent, nihilo fecus etiam cutem ipsam, quæ cortici respondet, cum alijs eiusdem corporis partibus firmo coalitus nexu colligari posse sibi persuaserunt. Confirmantur successus operis, operationum omnium, quæ sunt in animantibus principis, & opificis caloribus, atque robur. Non enim coniungit nisi genitalis calor copia, eiusque uirtute, vt arborum infitiones felicitas, quam vniquam alias, tempore verno succedant, neque fieri potest, vt diffimiles libro, & fructu arbores, totaque natura distindentes, traductione coniungantur, ne ex longo caloris uiniuici fons vigor, & incrementum accedat, & quasi perpetuò ab ubere materno tradux ipse alatur, & benignè educatur. His itaque rationibus pernoti, qui ad hanc artem primo sese transtulerunt, non infulsi naturæ amulorum, partes quoque corporis nostri amputatas, aut quouis modo recisas, refarciri, & in integrum restitui posse autumarunt, cumque ad operationem semet recepissent, id quod sibi persuadebant, haud infeliciter consecuti sunt. Conuenit enim si quis rem introspicat, hæc ars rectè infitioni, & non saltem vni generi, sed duobus, imò tribus maxime conuenit, inoculationi nimirum, per traducem infitioni, & quæ furculum à matre pendentem recipit. Nam qua sola cute in restaurandis labijs & naribus utitur, ea parte inoculationi responderet, cum ipsius arboris cortici atque libro, eo, quod partes inuolutas conferuent, & foueant, cum nostra cute commune fit officium. Sed cum quamprimum à matre euellatur cortex, & in alienam arborem immittatur, at nisi prius cum partibus, quibus coniungitur benè cutis coaluerit, non rescindatur, ea ratione plurimum ab emplastratione hæc nostra chirurgia dissentit. Quæ verò per traducem fit infitio, & quæ in utribus Catonis præcepto celebratur, necnon qua omne genus arborum inferi posse tradidit, ea maxime huic negotio conuenit. Non enim hic fecus, ac illic, pars agglutinata, & commissa à matre non reciditur, quousque diuturno alimenti subfidio confirmata parti, cui coniuncta sit, firmiter adhaerit. Differunt autem, quod hæc solam cutem, illa verò totius materiam compagem cum medulla, libro, & cortice traducem desideret. Causa verò est partium illarum imbecillitas, tam ob caloris penuriam, quam substantiæ ipsius conditionem, quod cortices cum arboribus, quo pacto fit in nostro corpore, traductæ, haudquam uniantur & coalescant. Etenim in stirpibus quoquo pacto à medulla cortex diuulsus est, neque ut cutis per uafa cæteris membris alligatur, matri addeò agglutinatus, quo fit, ut pars illa non admodum robusta fit, sed plurimum exhausta calore, & alimento uiribus languet. Nec ita flexilis est, ut rectè alienæ arbori adaptari possit, nec futuræ plantæ in se femina cortex continet, cuius gratia infitione experimus, quæ omnia in refecione curtorum nullatenus requiruntur. Non enim nouum hominis foetum condere, sed particulam quandam, quæ perierat, iam adulti restitui curamus. Atque ideo corticem arborum per traducem pro-

pagari, quod fieri in nobis videmus, nequaquam posse rectè sentimus. Sed qua ratione tribus illis institutionum generibus, hæc etiam operatio in quibusdam responderet, in quibusdam verò ab his differet, ita ab illis, & planè ab omni institutione diffedit, dum addita mentum, quod eam ex artibus industria recipit. Cum enim agricola uni tantum arborum, coalescentie studeat, quodque si affequantur, præter earum conferuationem, nil amplius moliantur, non tamen id hoc loci fuisse, sed postquam curam membra cum radice firmiter adhaerent, & propago ab antiqua matre diuulsa fuerit, tunc raris penitus, & informis illa materia subigenda, & in figuram amillæ parit, summa opificis solertia reducenda est. Hæc enim ultimus scopus est, hæc cura præcipua, cur partes humanas inuicem inferamus, ut aliquando, quod infusum sibi, nas, lobis, & auris figuram representet, & naturam partium illarum formam æmuletur. Cum igitur cetera naturæ potius ascribenda sint, & videntur, petita ex agricultura, sibi vulgaris, hoc opus maxime admirandum, & artis nostræ propriam esse, in cuius perfectione naturam ipsam dociam, ingeniosam, liberalem, artifice prudentem, solertem, & benignam non leuiter superat. Sed hæcenus postquam chirurgiæ nostræ principia ex agricultura cepisse declaratum fuit, atque ad hoc et ipsius institutionum generibus effluxisse, & cum eam tribus institutionis modis animem esse demonstrauimus, præcipue verò illi, quæ istud diuersarum surpium adulterium conciliatam quoque distinctius hæc nobis consideranda sunt, ut ex institutionis præceptis negotium omne infirmis, ac præcipue iudicatis, quomodo partes in ratione subiectæ, tam in arboribus quàm in nostro corpore, nec non quo pacto inferantur rationes, sibi inuicem respondeant. Primum atque curatæ partes, cum arboribus illis, quæ inferuntur, detruentur, & sassa conueniant. Mox illa pars ex qua pro curtorum restitutione, cutis educitur, huiusmodi arbori assimilatur, unde qui aptus fuerit pro institutione, ramus seceritur, & cum oliuæ aut exemplum Columellæ ad præmum, comparatur. Cutis uerò iam educita, ramulum illum oleæ nitidissimum, atque ad arboris curam reflexum, qui in fici fissuram post immittitur, liquido representat. Cæterorum quod quid est, reliquum curationis adhibenda indicat, & summam potius institutionis ostendit, quæ tandem postquam curatæ radix seu propago educata fuerit, in humano corpore administratur. Acc. ut tandem conformatio, parti cuique, quæ reuocatur, propria, & genuina, quam suo loco aliquando docebitur. Sed ut distinctè singula comprehendere possint, & quomodo hæc institutio fieri debeat, intelligamus, alius exordiendo rursus de substantia cutis traducis, de quantitate eiusdem, de loco, atque de coniungendi modo cum partibus cæteris, in sequentibus agamus.

CAPVT DECIMUM TERTIVM.

De materia ad refectionem curtorum idonea.



Am igitur primum est in hac curtorum disciplina dirigerda, quod & in reliquis artibus, rerum natura sic exposcite, uel uenit, ut materici omnis naturam, & substantiam consideremus. Diximus enim supra, eam esse materiam, unde refectione curtorum paranda sit, cum huius artis exordia patefecimus. Ex quo recentiorum error, qui è carne nates referri dicunt, manifestè reprehenditur, quod suo loco transigemus. Itaque singillatim expendemus, quæ quænam ratione cogitantur, non item alijs partibus ad hoc negotium opes sit, & quæ huius rei argumenta habeamus. Ceterum est atque omnium medicorum consensu receptum, quod partium humani corporis, si quid quondam perierit, primo quidem attendemus, ut aliquid substantiam quàm simillimum, in locum amissæ particule restituamus. Atque si id nobis denegatum fuerit, hoc saltem scdulo curemus, quo tale quid, quod eundem usum cum priori præferat, machinetur. Quod ex officio fraductis abunde liquet, in quibus cum offis sibi sæpè portionem magnam excindere cogimur, ut alteram eius loco substantiam producamus, naturam ipsam medicamen-

Gal. 217
med. cap. 94

mentis carnem gignentibus prouocamus, quæ vique inter initia uelut dura caro est, postmodum uerò durioris calli firmitatem accipit, & temporis tractu roborata, loco ossis, ad incessum habilis redditur. Quare cum labia nares, & aures cutis substantiam referant, neque fieri possit, ut quod resectum femel fuerit, ex sua natura de nouo repululet, ita que cutim alterius partis adductam, ut partium harum dedecus semouerent, atque lætis membris coniunctam, primi artis autores huic usui accommodarunt. Quod fieri posse ad imitationem inferendarum arborum, ut diximus, sibi facile persuadebant, cum præter substantiæ cognationem, nulla corporis nostri pars sit, quæ citra maximum vitæ incommodum, ac ipsa cutis, à cæterorum confortio auelli, & alio transferri queat. Cui uerò quatuor in uniuersum sint* cutis differentie, non omnes ad hanc operationem idoneas esse, præmonuisse uolumus, sed vnam tantum, quod in sequentibus apparet. Vna enim cutis differentia est, quod expers pilorum, sit, quod exquisitè sentiat, quodque à subiectis corporibus uix separari, neque ut cætera complicari queat, qualem manus uolam, & plantas pedum esse Galenus refert. Alia cutis est, quæ musculum, cuius gratia mouetur, eumque tenem substratum habet, quod in fronte fieri uidemus. Succedit tertia species, quam propter varium & multiplicem fibrarum carnearum implexum, siue musculum cutaneum, siue cutim musculosam dixeris, nihil refert, quæ laborum & buccarum natura constat. Postremum cutis genus est commune velamentum totius corporis, alicubi pilosa, alicubi pilis destituta, ubique motus expers, & quæ citra difficultatem à connexis partibus diuellitur. Ex his igitur quatuor generibus cutis, hæc ultima saltem ad nostram usum transferretur, cum prima nec educi, nec educari, nec rescindi possit absque uitæ periculo, neque eiusmodi sit, ut æquè formam deperditæ partis referat. Haud ab imitatione reijciuntur duæ proximæ, tamquam profus alienæ, cum neque in multis partibus reperiuntur, neque commode mutilatis membris adduci, & connecti queant, sola igitur superest quarta, quæ uniuersam corporis ambitum, uelut amiculum quoddam & uelut piscatorum nassa circumposita inuoluit, quæ qua nam in parte rectius educi, & feliciter auelli possit, in sequenti uidebimus.

* Gal. 11. de
ut. par. 15.

CAPVT DECIMUM QUARTVM.

De loco unde cutanea propago educenda sit.



POSTERIORVM hucusque materiam ad curta restituenda cutim esse cognouimus, neque tamen promiscue omnem, sed quæ similitudine, & cæteris notis iam relatis, ad curtorum essentiam proximè accedat, nunc de regione & sede, ex qua transferri debeat, breuibus perferemus. Hunc locum non diuersum esse ab humero iam recepta consuetudine, qui quis ille fuerit, qui primum id aduerterit, confutimus. Id autem quanta cum ratione, quam acri iudicio factum sit, si prius, quæ ad hanc operationem requiruntur, conditiones enarrauerimus, rectè pernoſcemus. Principio igitur curtorum substantiam, materici quantitatem & qualitatem exposcere, nemini non perspicuum est, cum ut supra dictum fuit, ea specie cutis esse debeat quam simillima, & quod nunc dicendum restat, tantam esse oporteat, quæ sit amplam ad resectionem copiam suppediet, ne quod alias mutilum & truncum fuerat, maneam denudè, & imperfectum remaneat, atque ne qua ars nostra apud imperitos, & male uolos, quibus nihil sanum est, inculpada ueniat. Præterea cum ipsa cutis cum curtis coniungenda illis affuerit, & ad coalitum usque non exiguo tempore continenda sit, profectio requirit ipsa ratio, ut illa pars, quæ traducem commodat, commode adduci, benè coniungi, & quouisque partes ualidè coaluerint, nullo aut per exiguo cum patientis incommodo, in connexionem, cum curtis, iucundo detineri possit. Hæc secus conuenit, & prudentis medici officium est, ne quam una in parte notam delectam turpitudinem alijs inurat. Petenda itaque est hæc resectio ex eo loco, qui quam minimum oculis pateat, & pro libitu abscondi queat, atque quod

quod caput rei est, ut ipsa operatio secura fit, & quam leuibus, imò ne ullis quidem periculis obnoxia. Sed quam benè hæc omnia ipsi humero quadrant, ita ut eo nihil aptius ad hoc negotium reperiri poterit, ex sequentibus perspicitur. Proximè enim ad naturam labiorum, & narium accedit cutis humeri, & præcipuè, quæ oculis ex aduerso posita est, tantaque pollet amplitudine, ut materiam pro refecione curto cum maxime idoneam & liberius exhibeat. Non enim æqualem mole cum curtis partibus illam esse oportet, sed iustis de causis multò ampliorem, quod paulò post ostendemus. His igitur omnibus abundè humerus fatiscit, & præcipuè, quod propagine iâ lecreta, & educta, cum affectis locis, apè coniungi, futuris committi, & abique molestia ægri immotus conservari queat, quousque membra agglutinata perfecte coierint. Quod autem admoueri, & connecti possit humerus, per se manifestum est, non tamen æquè patet, an id citra dolorem & patientis noxam fiat. Videbitur verò, si ipsius brachij fitum, dum faciei admouetur, & quantum à media figura distet, quæ dolorum ^a expertis est, prius demonstraerimus. Postus igitur brachij hic est. Pars antica humeri, quantum fieri potest, naribus proximè adhibetur. Sincipiti medio, carpo contermina ulna imponitur, ut articulus humeri ad ulnam, cum ea faciei parte, quæ supercilia continet, exactè concurrat. At carpi pars domestica, futuram sincipitis sagittalem, quam uocant, mediam attingit. Tandem verò ad verticem ipsum vola manus secedit, atque medius digitus, quam proximè fieri potest, ad eum, qui in occipite est, futuræ angulum adducitur. Hæc igitur brachij figura est, quando cum partibus curtis committitur, quam si ad Galeni rhombum adaperuerimus, & primum illam, quæ est ad cubiti, & carpi articulum, atque adeo quicquid est extremitatis manus, videbimus eam à figura media declinare paululum; humeri verò iuncturam cum omoplatarum altera à medio non mediocriter recedere. Etenim in articulo ad gibberum figura angularis rationem mediam inter extremos motus obtinet. Carpum ad utraque partem æquè fleximus rectè & reflectimus. A vinculis liberi sunt ipsi digiti, ideoque in quancumque uelint figuram se se conijciunt. Abest quidem manus à figura media inter pronum, & supinum, uidelicet ob carpi inflexionem, non tamen ultra modum. Vnus superest humeri articulus, qui à mediocritate figuræ plurimum distat, præcipuè cum ab lateris positi, ubi natura quiescit, ad faciem usque, ab imis ad alta attrahendus fit, & secum musculos eos, qui humerum, & scapulas detrahunt, cum violentia extensos abripiat. Itaque partium harum colligantia ægros proculdubio torquet, & propter partes præter mediocritatem diuulsas, doloribus afficit, quod tamen spernendum est, cum dolor ille intra quatuoriduum euanescat, dum ex consuetudine partes emollite in contrarium habitum abierint. Si igitur brachij positi ad internodia sua confideremus, eaque in operatione facies probè munita applicemus, cum non usque adeo recedant à media figura (leue enim illud est incommodum, quodque quatuoriduum corrigitur) quare partem hanc, ad amouendos narium defectus, sanè commodam esse dicemus, eamque summa cum ratione infuturam fuisse, ut reiectis alijs membris, tanquam inutilibus, ex hoc loco propago illa deponatur, atque adeo cum neque fixatas, neque turpido ulla his partibus inuratur. Proximè enim thoraci adiacent, parti ei, quæ uel nunquam uel raro solet denudari, sic reuirecente carne eatenus ex arte restituantur, ut exigua plane aut fere nulla, ab ea excisione, stigmata remaneant. His accedit operationis securitas, cum nullum fere periculum subsit, dum propaginem educimus, atque quellimus, neque mortificæ conuulsionis, neque foeuæ hæmorrhagiæ cum nerui defuncti, nec unicum uas aut arteriarum, aut uenarum in propinquo collocatum fit, ut infra clarius patebit. Quibus sic constitutis cum non solum difficile, sed planè impossibile sit quandam corporis nostri reperiiri partem, quæ omnibus non iam iam relatis, pro uoto respondeat, sed hæc conditiones, qualescunq; sint, solus humerus recipiet, quare necessariò affirmamus exploitis cæteris, humerum maxime opportunitatem esse, & quo cuanea illa, & ad refecionem membrorum necessaria propago educatur & excidatur. Que enim, si dijs placet, hæc pars esse potest? Num ulna media? At hæc ad constantem deligationem & positum uenire nequit, & cum sepius denudetur, foedam incisionis plagam oculis exponit. Quod autem maius est, non contemnendum infat periculum

& con-

^a Gal. 6. met. med. 5. & 7. de motu muscul. 10.

^b Gal. 6. met. med. 5.

& conuulsionis, & sanguinis profuuij, cum neruosa tendinum corpora, & uafa ue-
natum amplissima non ita procul abint. Illud etiam urget, ne ex cicatricis duritie,
& imbecillitate, quæ duo mala sectionem sequi necesse est, partium illarum uigor,
atque motus elangueat. Num igitur manus est idonea? Certe id neque cogitatio-
ne licet assequi, adeo que puerile dictu est, & infulsum, ut nequid aliud. An tibia que-
so, eo usû erit? Sed neque hæc ad faciem attrahitur, aut siquidem eò uiolentius con-
uellatur, non potest non quàm maximos cruciatu afferre, & incessum penitus tol-
lere. Sic cæteras partes tam anteriores, quàm posteriores, nemo adeo capere men-
tis est, qui omni modo ab hoc opere secludi non uideat. Rectè igitur admodum
illam sensisse, & fecisse affirmamus, quicumque ad cutis educationem, pro partium
abscessarum restitutione hunc locum primus assignauit, & constituit, quamquam id
raro quo dam consensu, & naturæ suffragio factum esse, dicere non uereamur.
Cæterum cum curta nostra, nares sint, labia, atque aures, quare ad illa humeri cutis
apprimè conuenit, non itidem auribus. Non enim propter crassitiem & molem tam
exactè auriculam cutis referre, neque ut decet, deligari, & coniungi potest. Aptis-
sima tamen est, quæ post eam cutis est, & pilorum experta est. Nec enim reflectis
partibus substantiam affine habet, & citra ingentem dolorem, paruo negotio sedi
affectu annectitur, abestque ab ea omnis fossilitatis culpa, cum arena, unde cutis mi-
nuis sit, ferè tota ab ipsa auricula operitur. Quamuis autem arteriam ad regio-
nem illam transuersam incidere necessarium sit, artem omnem eius impetum in-
hibebimus, & si quid periculi immineat, auertemus, si quamprimum obrutis uul-
nerum labijs, quæ sanguinem constrictione prohibeant, ritè applicemus. At neque
sic oberit, quo minus aliud, quàm ex fede post aures, suam auribus propaginem
fecernamus.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De cutis traducis quantitate seligenda.



VCCEDIT iam, ut cutis traducis magnitudinem atque molem pro
infectione facienda indagemus, cuius rationem nisi rectè habueri-
mus, aut artem sine suo frustrabimur, aut maiorem, quàm par est,
partibus noxam imprimemus. Ni enim particulis relarctandis
æqualis mole, sed uel parcius cutis educata fuerit, equidem certum
est, ad pristinam figuram, & magnitudinem, ob materie deiectionem,
refecta membra non posse perduciti uerò ultra quam decet, liberalius cutem stru-
acris, præter turpitudinis notam, etiam partes illas à natuius temperie plurimum de-
ducentis. Nam non abest, quin è uulnere etiam fat angustio & leui, nihilominus na-
turalis partium constitutio lædatur, quanto magis ex plaga adeo insigni & graui
earum actiones corrumpi censebimus. Atque ut artificis imperiti est, propositi sui,
ubi liceat, scopum non posse assequi, ita medici est non mediocriter iniqui, dum
præter rem egros dilaniat, & sanitatem, cuius ipsi sunt autorem, non corruptorem ef-
ficere decet, euerat. Quapropter omni cura & studio anniti debet, ut si fieri unquam
possit, in educenda propagine, quantitas rationem adeo sollicitò libduca, ut fa-
cto diligentius examine, minimum sit opere confecto, quod resiciat, in brachio
autem non ita multum, quod desideret. Hoc enim pacto nec calumniam artem expo-
net, nec egros molestia afficit. Sed quænam illa sint, quibus animaduersis quanti-
tatem ipsius traducis definitam, iam dicere oportet. Ante omnia autem in con-
sultationem partes curtas ducendas esse nemo non uidet, ut potè quòd earum refe-
ctionem moliamur. Non enim corpus ad uestem conferimus, sed uestem corpori
adaptamus. Veruntamen quamuis hoc sit certissimum, non tamen æquè suffecerit,
nisi & brachij cutis, quæ traducis materia est, ad illam æquitatis normam reduca-
mus. Non enim raro uiderunt ij, qui huius chirurgiæ operationem oculis inspece-
runt, & mente acrius perlustrarunt, uiderunt inquam cutim, post secundam sectio-
nem, cum è brachio educata uerè propaginis nomen afficeret, occulta quadam ui-
E
puit.

50 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

pruſquam inferatur, ſenſim decreſcere, & aliquando octauam, nonnunquam ſextam, quandoque quartam eius partem decedere, & quantum longitudinis ipſius conſumitur, tantum etiam proportione de latitudine deſiderari. Hoc igitur omnium maxime nobis perſuaſerit, ne cutim brachij negligamus, ſed cum proximè ad examen curtarum partium uirtute accedat, atque haud neſcio, an præferatur certè æquipolleat, eam omni induſtria rectè conſideremus. Quantitas igitur propa-
 gnis petenda eſt, cum ex partibus cutis, tum à cutis ipſius, quæ in brachio eſt, natu-
 ra. Verumtamen, ut id rite peragamus, quòd ſubinde in multis contingere aduertimus, explicanda ſunt nobis huius decrementi cauſæ, mox an certa futura decreti-
 onis habeamus indicia, ex notitia cauſarum decrepta, qua uelut regula de traducis
 quantitate, certè quid ſtatere poſſimus: aut ſi hæc percipere, natura rei uetat, qui-
 buſnam præceptis, & cautelis, ad ſcopum proximè collimare ualeamus, & illa eſſi-
 gere incommoda, quæ nobis fuere dicta à principio. Primum itaque propa-
 gnis decrementum, ad illam cauſam uideatur reſci, ad quam aut membri alius aut totius
 corporis contabeſcentia refertur. Talis uerò eſt, cum alimentum membris quan-
 tum ad uitam expedit accedere nequit: uel ſi uicera præcipua, aut parti, aut corpori
 toto ſomenta uitæ non ſubminiftrant, uel cum confectum probè, & tranſmiſſum,
 eo quod laborent, in partium naturam abire nutrimentum haudquaquam poſſit.
 Non abſimili ratione in decreſcente cutis propagine accidit, aut quòd alimentum
 elaboratum non accedat: uel ſi accedat, non ſufficiat: aut ſi fuſſecerit, in curaneæ ſo-
 bolis ſubſtantiam conuerti nequeat. Porrò an propa-
 gnis noxa, an uerò regionis, ex qua educitur, læſione hoc decrementum contingat, ſi partiuſuique affecta
 perpendamus, haud difficulter agnoſcimus. Videtur autem regionis uitio, ex qua
 propago ſecernitur, & quam uui radicem appellamus, poſſimum accedere, ne
 alimentum, ea, quæ opus eſt, menſura, & ratione afluat, & traducis noxæ iuxta im-
 putandum eſſe, ſi quid ob caetera, erroris in nutritione irrepit. Veruntamen cum in
 parte illa, cui radix inhaeret, & cuius ubere, uelut à matre lactatur, ne ullius quidem
 uitij ueſtigia appareant, quorum occasione, uel parcius, uel impurius alimentum
 ſuggeri neceſſe ſit, reliquam certè eſt, ut in propagine hæc labes intideat, cuius cul-
 pa à ſcopo ſuo nutritionem aberrare contingat. Alimentum enim, quamuis largius
 ſuppeditetur, tam obuias intercluſas, quam quod ipſe langueat, traduxuri nequit.
 Nam nemo iuerit inficias, ob ſectiões tanta uiolentia, & tam repente factas, ab
 æqualitate ſua diſſectam cutim deturbari, & cum non ſecus ad latera, quam ex in-
 terna ſuperficie occalleat, ſi modo inſitioni apta ſumura eſt, ad frigiditatem pluri-
 mum deuolut. Quare languente primo actionis organo, & nutritionem non lan-
 guere, & partem non immui plane impoſſibile eſt. His accedit quòd uia omnes
 præter unam inferiorem, tam ad latera, quam intra, ſibi cutis ſubiectis corporibus
 adhæſerit præcidantur, quibus interceptis & alimentum, quod antea copioſius
 erat, deſicit, & propago illius defectu contabefcit. Non minus propa-
 gnis decre-
 mentum promouent partium illarum deligatio, & ſingularis quedam conditio,
 quam ab uſque generationis primordijs ſecum attulerunt. Illam etenim arctam ac-
 que compreſſam fieri neceſſe eſt, qua ſanguinis afluus, uelut fluctus ad ſcopulos
 impulſi, repellitur hac uerò homines plurimum uel partium tenuitate, & craſſitie,
 uel laxitate, & denſitate inter ſe diſſident. Nam quæ ex cuti rara, & tenui pender, pro
 pago, illa liberalius decreſcit, non æquè uerò, quæ craſſior, & denſior eſt: ſic ea, que
 laxior fuerit uel è immunitur, è contra que compaeta eſt, atque ſolida, minimè
 omnium conſumitur. Quemadmodum ſi duo illa priora mutuo conuenierint, quam
 celerrime propaginem decreſcere, & uno impetu ſeneſcere uidebis, eo quod duo-
 rum agentium maior efficacia ſit: at minimum à congenea magnitudine decedere
 experieris, ſi cutim craſſam ſimul & compaetam eſſe contingat. Hæ igitur cauſæ
 ſunt, ob quas traducem ſacceſcere, & à ſua quæſitate decedere neceſſarium eſt. Sed
 niſi quid huius decrementi certa notitia haberi poſſit? Certe nil certi præcipi poſ-
 ſe, in hac conſideratione, uel illud iudicium certiffimum eſt, quod temperiei forma,
 ex qua ratio decrementi petenda eſt, cuique à mediocritate recessus, haudqua-
 quam nobis cognitus ſit, unde & uires illius, & effectus non ignorari non eſt non
 impoſſibile. Eodem pacto neque naturales propa-
 gnis facultates, neque deliga-
 tionis

LIBER PRIMVS.

51

tionis momenta, quas decrementi causas esse retulimus, exactè rimari licet, neque exinde quid futurum sit prænocere. Veruntamen non desperandum est in hac re- rum obfcuritate, nec quicquam remittendum de studiij nostri seruire, cum acrioris ingenij solertia non inepte fieri possit, ut minus ex præscripto si ad scopum accedamus, quam minimum tamen ab eo declinemus. Nam rectum etiam est, quod rectò est proximum. Er medicum laudat ditius Hippocrates, non qui nihil aber- rar, sed qui minus delinquit, & proximè ad equalitatem accedit. Rarò enim, imò nunquam, quod exactum est, attingimus. Hoc autem consequemur, obseruata ritè curis traducis natura. Cum enim cutis, quæ laxa est, quæ solida, quæ crassa, aut quæ tenuis, decrecat, ita que peripiciendum, si quid horum a derit, acriusque perpendendum, & ita non præter rationem futurum propagnis statum conijciemus. Etenim contingit res laxas, quod raræ sint plurimum digeri, solidas verò, ob corporis densitatem minus diffipari, non secus ac tenuia, cum exucca sint, facillimè contrahuntur, & que crassissimè habent, optimè que enurrita sunt, ob molem innumescunt, & distenduntur. Si igitur cutis laxa simul atque tenuis fuerit, uerebimur certè, ut pro- pogo magnopere imminuatur, cum duæ adfint causæ decrementi, eæque uehe- mentissimæ, quemadmodum si densa, crassa & benè compacta sese nobis offerat, nequicquam de imminutione dubitabimus, dummodo posthac non incaute aber- remus. Cum uero uel crassam eam, & raram, uel densam, & tenuem nanciscamur, suspicabimur æque decrementum quoddam futurum esse, maius quidem, si densa cutis & tenuis fuerit, minus uero si crassa, & laxa sit. Etenim nihil est, quòd ad sub- stantiam contabelcentiam, æque ac tenuitas facere uidetur, cum tenuia quam pri- mum corrugentur & exarelicant. Ut maximè omnium cutis diminuitur, si cum tenui- tate raritas accesserit, quibus nil est uel incommodum, uel infelicis, ad deprimen- dam auctoritatem medici, & ad obfcurandam huius artis præstantiam, que suo fine ut decet, potiri nequeat. Quicumque, ergo ad hæc, quæ de curis natura dicta sunt, respexerit, cætera, enim indagari nequeunt)is & decrementi in traduce progressus, artificiosa quadam coniectura assequetur, & ad mediocritatem, que in traducis educatione circumscribenda est, proximè accedet. Quanto enim uel intensius, uel remissius cutim decreturam fore sibi peruaferit, tanto maiori uel minori traduce opus esse relcibit, & modo liberalius, modo parcius cutim excindet. Hac enim re- gula moderabimur artis nostræ officia, ut quantum fatis fuerit, pro curis restauran- dis, materiei copia nobis suppetat, neque plus, neque minus è brachio refecabi- mus, quorum illud molestum est, hoc uero incommodum. Nam ægros uel ultra mo- dum torquemus, uel sine suo arte fraudabimus. Cum autem actiones nostras tam æqua lance ponderare nequeamus, & difficillimum sit mediocritatis limites non excedere, quare si nobis ad extremorum alterum deficiendum sit, itaque co- piam potius in educatione traducis amplectemur, & parimoniam, ceu noxiam fu- giemus. Etenim difficillius quid addit, quam adimitur. Igitur si nobis concessum fuerit, dum traducem educimus, curabimus certè, ut eam adhibeamus moderan- tiam, quam curtorum natura expetit, sin minus, quoniam id frequentius est, ad excessum potius quam ad defectum inclinemus.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Qua ratione cutanea propago curtis partibus adiungenda sit.



EPINITA hoc pacto, quam ex caularum natura adinuenimus, quantitate cutis traducis, reliquum est, ut rationem contingendæ propagnis, cum partibus decurtatis, tandem proponamus. Ca- terum neque unum, neque simplicem modum esse applicandarum partium, neminem esse crediderim, cui cognita sit prificorum & recentiorum doctrina, qui non nouerit. Antiqui enim, quibus iuniores consentiunt, tres modos coniungendi partem unam cum altera nobis re- liquerunt. Nam aut fascijs partes constringendæ sunt, aut fibulis contrahendæ, aut

Gal. 3. me.
m. 2. 17. 4.

futuris conuenienda. Ita que nunc quodam horum aptius fit & opportunius, quo propaginem cum partibus curtis coniungamus, in presentibus quærimus. Quia in re definienda, illud primo nobis obijctur, quænam sit uniuersalisque natura, & facultas, quæ uel utendi ratio. Nam perfectis, quæ his subesse possunt copijs, facultatem eligendi, quod ex re nostra fuerit, ubi tunc multo habebimus. Vt autem à primo exordia mur, sciendum est deligationis tres esse rationes, nempe vtriusque dicimus, in carnatiuum, expulsiuum, & retentiuum. Fit ergo deligatio incarnatiua, quæ proprie ad glutinatoria dicenda est, fascia à medio ad principia uulneris circumducta, facta principio deligationis ex parte aëria, & media loci uulnerati, circumducendo alteram fasciæ oram, uersus superiorem membri partem, alteram uero uersus inferioram. Expulsiua autem fit, si fasciam ab altero tantum principiorum reuoluimus, incipimusque ab inferiori parte membri laborantis, quam arctius constringimus, exinde uero uinciendo moderate laxamus, & sensim deligando ascendimus, semper autem solutius circumplectimur, quousque eò deuenierimus, quæ parte erumpenti sanies patet exitus. Vt autem hoc deligationis genere in ulceribus cauis atque sinuosis, ut & superioribus uulneribus, & æqualiter infixum sit, quod labiorum distortum unionem requirat. Quæ uero deligatio conines, nallam, quod fasciam, quæ certa sit, rationem obferuat, in quibus partibus quæ minime constringi, & angustari possunt, ut facies est, & collum solummodo adhibetur. Itaque pro eorum figura, & medicaminum, quæ ex usu fuerint natura, uarios atque multiplices huius deligationis modos esse, nemo est qui non uidet. Verum in infibulatione, quod secundum genus est, hamulis quibusdam utrinque incuruatis, oras plagarum diductas sensim adducit, & adductas quantum poterit, nulla uiolentia, placide confringit, non secus, ac fullones harpaginulis, ad id negotium non ineptis, pannos distendere, & abaco suo solent affigere. Has fibulas dicunt latini, græci uero *σπινθηροειδῆς ἄγκυρα*, quod quasi sit angulenta, & quod in synarchicis his, obfusa gula coequeant. Si igitur ^b in carne, quod in uulnere, cuius oras difficile attrahantur, qua de causa futura quidem aliena sit, ita que fibulas imponimus, quæ paulum labia uulneris tantum contrahant, quo minus post curationem, lata cicatrix remaneat. Diligenter autem hoc loco, perinde ac in futura obseruandum est, ne prius, quam uulnus recte purgatum sit, fibule imponantur, ne quid ibi concreti sanguinis, aut coagulatum impediatur, aut cum putrefactione inflammationem pariat, aut partes subiectas erodat. Apprehendit uero fibula, ut & futura, non cutem tantum, sed quoddam etiam subiectæ carnis, quo ualidius adhaereat, neque cutem ad rumpat, eam carum iniectione, neque raris admodum, neque crebra, quorum illud non continet, hoc uero plus iusto torquet. Sed hic fibularum usus nostra tempestate penitus interijt. Solemus tandem partes distitas futuris coniungere, atque id triplicis finis gratia, uel ut agglutinentur, uel ut sanguis supprimatur, uel quo labia ad temporis spatium adducta persistant. Harum prima adhuc multiplex est, eo, quod partes, quæ agglutinandæ sunt, diuersas incisiones patiantur, alie quidem profundas, alie breues, alie latas, alie oblongas, alie angustas, alie sublatas. Vna igitur illarum inter cetera futura dicitur, & tali pacto administratur. Si insignis plaga fuerit, utrumque ad medium uulneris labrum actu traicitur, quæ duplicem funiculum habeat, quibus oras constringere, eoque innodari, & paulò supra nodum rescindere conuenit. Hæc ubi facta fuerint, utrinque rursum interiecta spatia transunguntur, & simplici filo, nodoque irrecta firmantur. Hoc toties per succedentia spatia, si opus fuerit peragitur, donec uulneris extrema rite commissa sint. Alia uero est, cum in utraque uulneris ora toracus, quor opus fuerit, æqualiter distantes, alie impingimus, ijsque eo modo, quo rusticarum nostrates solent, filum circumplectimus, alias quidem decussatim, sed quod magis conducit, in orbem ad formam oualem. Has in uulnere impaetas relinquimus, uel quæ dum uulnus coaluerit. Vt autem hoc futura genere in uulneribus admodum profundis, labijsque eorum plurimum distansibus, quem admodum & superiori, si ferrum oblonga quidem, non tamen altius impaetum est. Tertius uero agglutinantis futuræ modus pinatus dici potest, etiam in profundis uulneribus desinat, cuius administratio talis est. Vt inque penas uulneri adaptant, & cum duplici filo aciem accipiunt, filorum extre-

^b Autem. ^c Penas.

^b Celsi 5. ca. 24.

Qua corpora aptiora sint ad hanc operationem, & numquid omnibus anni temporibus aequae illam praestare liceat.



Et cum plura sint, quae in omni actione concurrant, aut necessitate quadam consequntur, quemadmodum patet ex rebus vel natura vel arte factis, ubi praeter materiam apparatus, & de instrumentis, & de idoneo tempore ad constructionem habetur ratio, sic praeter propaginem, qua mutilata membra relaxantur, & alia nobis offerri contingit, quae in hac singulari operatione, non secus ac in vniuersa medicina vni venit, perpendenda, & circumspectanda sunt. Diferunt enim, ut cum Hippocrate loquar, corpus a corpore, aetas ab aetate, affectus ab affectu, tempus a tempore, in quo homines aegrotant. Nam aliqua horum, aut omnia si morbis aduerentur, plurimum ad salutem conferre, plurimum etiam si natura sua conspiciant, malorum uehementiam intendere, omnes nosunt. Circumspectanda igitur sunt in hac operatione temperies corporum, eorundem habitus, aetas, nec non anni tempus ad operam idoneum, ex quibus ipsius artis euentum, & operis gratiam pendere uidebitur vniuersi, cum singulorum vires perpererint. Habent enim hanc potestatem, & efficaciam, ut vel obfint vel profint, ut causas huius actionis, aut confirmant, aut infringant, atque ut operis exitum vel morentur, vel accelerent. Sed haec manifestiora erunt nobis dicentibus. Exordiamur itaque a temperamentis corporum, quorum aliud est *visperum*, & quadratum, alia vero, quae a bonitate huius recedunt, vel calida sunt, & humida, calida & sicca, uel frigida & humida, frigida & sicca, quaeque & passim a praedominio sanguinis, biliosa, pituitosa, melancholica Arabes nuncupant. Principio itaque aptissimum fore, atque ad huius chirurgiae perfectionem commodissimum, ipsum corpus *visperum*, nemini dubium est. Maximus enim in eo est qualitas consensus, & vires calidi, humidique, frigidi, & sicci neque superant, neque superantur, sed in aequilibrio constitutae sunt. Quod tanquam regulam atque normam quandam ab solutissimam, ut & in ceteris artibus usus obtinuit, in operando optimus quique medicorum sibi proponit, idque est omnium sermone purissimum, & ab omni prauo humoris sece repurgatum, ideoque exactissimi operis successus si quidem aliquando sese offerat, expectationem nobis praebet, aut quam minimum a scopo suo deiecit. Etenim in hoc opere perficiendo spectanda est propaginis opportunitas, considerandaque iustitiam partium coitio, & perpendenda unionis elegantia, quorum singula in hoc medio corpore, & quadro adeo ad normam respondent, ut ipsum naturae exemplar referant. Nam in propagine nihil est, quod desiderari possit, uel ad mediocritatem, uel ad decentiam, cum partes illae sic fati molles, craissae, durae & tenues fuerint. Sic coloris elegantia in quo magnus artis applausus est, ijs adiungitur, sic nullamora est, quin & exacte, & citissime, & citra omne incommodum partes in se cum ceteris uniri possint. An quiquam dubitet, in tanta corporis puritate, nulla penitus redundante illiue, ubi singula moderata sunt, coalitum partium, dummodo nil exterminum refragetur, haud bene posse succedere? quomodo in hac natura benignitate opus periclitabitur? qua ratione sine suo natura frustrabitur, cum omnia ad illam polycleti regulam, in corporibus sinceris a qua lance administrantur? Sanè uti hic nullus relinquitur dubitandi locus, ita certissima salutis spes est, & quam citissime unionis expectatio. Non enim ab intercurrente humorum labe, quod naturae opus est, accretio partium aut praepediti (loquendo secundum naturae fluxum) aut euersti potest. Quin ad cetera bona, & hoc commodum, quasi auctarium, accedit, quod coniunctionis nec leuia quidem uestigia post coalitum remaneant, adeo egregie & decenter natura architectatrix opus suum promouet, dummodo in faciendae unionis omnes numeros ipse medicus impleuerit. Non enim nos hac ex parte arti patrocinantes, vana quadam ostentatione falso legentium aures tenebimus, & de hoc mirando naturae opere audientibus blandiemur. Nam certè no-

his credant volumus, hanc pulcherrimam coalitus speciem, & in ijs corporibus, que vulgariter sincera nobis obigerunt, non leui noſtra cum admiratione perſepe uifum eſſe, quod cum fiat, quando à iuſtitia, & æqualitate corpora deſcuerint, an deſperabimus in omnium præſtantiffimo atque optimo corporis ſtatu, haud ſecus poſſe fieri. Quæ admodum igitur temperiem hanc cæteris præſtare, & longo interuallo, tam actionum probitate, quam operum conſtantia, anteire omnes norunt, ita nobis conſtitutum ſit, hanc eandem omnium cæterè in hac operatione eſſe accommodatiffimam, ſiue traducis ſubſtantiam, ſiue inſiſtionis robur, & celeritatem, ſiue coalſcentiæ decus, & uenulaſtem ob oculos proponamus. Quæ cæterè non omnia conueniunt, aut ſiquidem conuenerint, non ea moderantia in illis temperamentis, quæ à bonitate, & æqualitate huius primi recedunt, & diſpari inter ſe elementorum concurſu extructa ſunt. Sanè autem, ut eorum ex reſeſu, & acceſſu in ſpecto medio, magna eſt diuerſitas, ita minores uires aut maiores, vel ad ornamentum, vel ad operis perfectionem conſequendam ſecum afferunt, inter quæ quod calidum eſt, atque humidum primas cæterè obtinet. Cum enim optimo illi proximum ſit, & paululum à mediocritate deſectet, itaque, & propaginem, haud vulgariter diſpoſitum, & cerum, & celereſem partium coalitum pollicetur. Nihil enim nobis non promittere poſſumus, cum ſuauitas caloris, & humoris benignitas abundè adſint. Accedit, & coalitus decentia, ob cuius molliſſimam inſignem, longè que optimam. Huius temperamento, illud, quod bilioſum vulgò dicunt, ſuccedit, in quo ob caloris vim, atque adeò ob ficcitatũ virtutem, argumenta citæ accretionis adſunt, non tamen uſque tuta, & periculi vacua, vranimos noſtros confidentia ſuſpendant, & parum cautos in operando reddant. Vbi cumque enim calor opifex inualuerit, cerum eſt vnionem partium fieri, nec tam prorogari, cum ſubſidium non ita leue ipſa ficcitas conferat. Nam humiditatis expertia facillimè concreſcunt, cuius gratia honeſtam etiam atque decentem ſymphym expectare poſſumus. His autem bonis nonnulla incommoda, ea que grauiſe inſinuant, vique adeò nullam egregiè aptum, præter illud unum moderatiffimum reperitur corpus, ut inſiſtionis ratio expoſtulat. Ni enim corpora hæc probè exſpiata fuerint, videbimus promptiffimè ſulcitari eryſipelata, inflammations, herpetas, & alia huiusmodi, quæ ægris non minimum moleſta ſunt, & haud leue negotium medico faciunt, cum acris ille humor, & efferus per dolorem è ſcde ſua euocatus in cutem euoluuerit, & partes eas vel eroferit, vel in moleſem ſuſtulerit. Hoc autem, licet alias præſertim tam è circa inſiſtionis tempora contingit: quam dubiam non minus, & fallacem reddit, excidendi traducis ratio. Nam in rare a deo, vt ſolent eſſe, texture corporibus, nec craſſa cutis, nec compacta eſt, ideoque exciſa corrugatur quamprimùm, & exareſcit. Hæc igitur de cauſa ad noſtram operationem bilioſa corpora inepta ſunt, ſed quia mature fatis partes, & decenter coalſcant, non ſecus, ac cætera, etiam opportuna fuerint. Sed incommodius multò, ſi ſuperiora reſpiciamus, temperamentum frigidum, & humidum eſt, plurimumque diſtat, quam ut artis officia in eo conrectando, rectè præſtare liceat, tam ob inimicè frigiditatis noxam, quam ob humidi impurius redundantiam. Cum enim partium unio calori natiuo accepta feratur, & nihil ſit in animantis corpore, quod huius opem, & in agendo uirtutem non requirat, perbellè quidem, ſi vigeat, vnionem ſuccedere credimus, eandemque languere, ſi contaberit, & diuturnam moram trahere non dubitamus. Horum alterum quidem in temperamentis iam antea dictis videmus, alterum verò in phlegmaticis corporibus experimur, in quibus ad reliquorum malorum ſtraginem & hoc incommodum accedit, quòd nullo ingenio ad eam humoris bonitatem perducì queant, quin ſemper impuri humoris fomenta reſideant, quæ denuò repullulent, & ciborum aggeſtione eatenus eluxurient, vt ſemper noua auxilia expoſcant, ſemper nouas turbas medicis moucant. Atque hæc cauſa eſt, cur poſt coalitum propago albice, quandoque verò deſuat, & qua ratione foeda illa ſtigmata relinquuntur, que luore ſuſſula, odioſè adeo nonnunquam turgent, vt vix quicquam ingratius, & indecentius eſſe poſſit. Etenim exiguum caloris natiui robur eſt, quod fordidum illud phlegma ſubigere, & ad mediocritatem nequit reducere, quique cæteris hinc inde ingruentibus iniurijs, haudquaquam obſiſtit. Nec ritè adeò ad ſimilitudinem

tudinem narium, ea, quæ in brachio cutis est, accedit, quin semper suismet indicijis sese prodar, & pallore, contractione, & hæcæscencia matrem manifestò referat. Unde, & propagines, quòd aliud incommodum est, angustas nimis, & breues esse necesse est. Hæc igitur omnia, quanto pere impedimento sint, ad operis perfectionem consequendam, & pristinam faciei honestatem restituendam, nemo est, qui non uideat, præcipuè verò ob partium coalitum, qui ad tantam nunquam peruenit decentiam, quantum vel gratiæ, vel venustatis, iam enarrata temperamenta consequuntur. Succedit tandem melancholicum, quòd unioni faciendæ, & hac unica nota pituitoso præferendum est, cum humoribus minus scateat, sed partium ficcitæ coalitum apprimè promoueat. Id tamen omnium ineptissimum esse dicemus, cum tanta, quanta est, caloris penuria, nihil moderati nobis suadeat, sed conatus nostros inanes reddat, & præcipuè, quod ad coalitum tempora, vel citæ vel tarda pertrinet. Nam de propaginis similitudine cum ipsa curarum partium cute, illud profectò magni interest, quod altera pilosa, altera depilis sit, hæc glabra, illa verò hispida, ideoque plurimum inter se differant. Hoc enim genus corporum fuliginosum est, & succis exhalationibus plenum, unde & pili nigri, & densi in cute crescunt, quos una cum propagine ad partes laues & depiles, ipsas scilicet nares transferunt. Quid, quòd nec eam ubertatem propago præbet, quam opus requirit, nec eam, si coaluerit, gratiam, quam nobis proponimus? Cum enim corpora hæc arida sint & exsiccata, ideoque tenuia & gracilia, non abest quin excisa à brachio, quamprimum cutis decreseat, & quem plenum esse præstabat, atque crassum, trahat exareseat. Quod tamen non ita graue & molestum esset, nisi pars post coalitum liueret, & quasi exulta sit, nigresceret, quo nihil ad aspectum est deformius, nihil inhonestius. Id autem primo impetu, & paucis à peracta initione diebus minus conspicuum est, appetente tamen frigore, & præsertim circa initionem post unum vel alterum coniunctionis annum, quo tandem illos ille coloris perit, & uenustatis gratia exanescit. Quod incommodum, cum pituitosa propagine commune est. Quoniam ob caloris, quæ his propria est, imbecillitatem, atque adeò ob insignem illam, quæ fit in traductione, naturæ concussionem, hæc vltima temperamta mirè consentiunt. Quare necessariò fatendum est, cui, & ratio id suadcat, & experientia, fortissimum telum, confirmet, inter tot humanorum corporum discrimina, illud quod moderatum est, & cæterorum exemplum, si modo aliquando conigerit, ad diffitarum partium unionem longè aptissimum esse: post hæc verò quæ calore ueteto polleant, temperamta succedere: tandem autem pituitosa, & melancholica subsequi, quæ omnium ineptissima, & ad subeundam hæc curarum operationem, minus accommodata sunt. Porro à brachio huius sepius reijcienda sunt illa corpora, quæ praua eluie, teterrima que humorum sentina, ob vitærum uitia, perisula sunt, & à medicis cacochyma, & mali habitus dicuntur. Plurimum enim interest, utrum corpus sit cacochymum, an verò pituitosum dicas, aut cæteram intemperierum nota insignium. Nam præter reliquas differentias hoc maximè distat, quòd illud morbose constitutionis loboles sit, hæc uero sanitatis limites non excedant. Abigenda igitur sunt corpora cacochyma, quod imperante humorum prauitate, fieri nequaquam possit, quin liberalius etiam exinanita, ad hoc opus chirurgicum subeundum apta reddantur. Nam fœda illa succorum labes omnem unionis spem subuertit, & operis progressum affluenibus hinc inde foribus plane demolitur. Quid, quòd furculus maximè tenuis & rarus sit, omneque partes, quam exiguo calore polleant. Quid, quod nec præcipue propaginis educationem concipere possumus, cum præ calore imbecillo quamprimum confescat, & ob alimentum prauitatem promptè contabescat. Quibus quandoque mala qualitas, & uenofa, ex corporis penetrabilibus excita, sese infinuat, quæ cum callum coalitarum partium suspendat, eas aptè, & concinnè coniungi prohibet. Releganda itaque sunt eiusmodi corpora impurissima, & ab huius operationis genere remouenda, quod ea maximè pura atque sincera adesse fas sit, & nulla, aut quàm minima labe infecta. Cæterum neque omnimodum hoc opus conuenit, sed inutilia sunt, minisque recipienda sentum, & puerosorum corpora, quorum hæc operationem totam suspendunt, illa uerò raducis coalitum, quod in opere conficiendo primum est, difficilem fore portendunt.

Et enim

Etenim euascentis caloris incommoda fenectus excipit, hæc cutis marcorem af-
 fert, hæc indiuiduum comitem, pituita prouentum fecum rapit, hæc cæteris malis,
 & offensis obnoxia est, quæ partium vnioni, & confirmationi obliuit, omnemque
 operis euentum futilem, & inanem reddunt. Cum enim ipsa natura sua frigeat, nec
 occurrentis aeris iniquitates à se propellat, ita quæ exiguum aut planè nullam de
 falace spem concipere possumus. Quamuis verò puerilis ætas vim caloris, & humo-
 ris pyobitatem promittat, quæ duo ad abolitionem operis sine controversia pri-
 ma sunt, atque maxima, attamen ob motus impetum, & sensuum viuacitatem ne-
 quaquam curæ nostræ committi possunt. Non enim pueri vel deligationis tor-
 deræ perire possunt, vel futura, & incisionum tormenta sincere, quæ licet momenta-
 nea sint, sunt tamen acerrima, & extremi doloris plena, adeoque constantia, & ani-
 mi fortitudine, quod abest à pueris, superanda. Nec corpora eorum, quod forsân
 caput est, quia mollia sunt, & promptè diffoluantur, oppugnari pharmacis queunt,
 cum tamen ob uoracitatem, & excrementorum congeriem nihil minus non ex vñu
 foret. Non negamus tamen ætate hæc, si corporis ea, & animæ moderantia acce-
 dat, hanc chirurgiam exerceri posse. Fatemur quidem in illa natura clementia ar-
 tis opus non esse difficile, sed vñd exequaris, & per media eò contendas, haud ita
 facile: quæ de causâ, vnicuique huius ætatis incommoda pateant, hæc submotuif-
 se volumus. His enim perceptis, si qua daretur artis exercendæ occasio, intelligant
 velim medici, quæ eis cura opus sit, & solertia, quæ prudentia, ne artis dignitatem
 imminuant, & nominis sui famam incautè prodant. In cæteris hominum temporibus,
 iuuenili scilicet, & consenti, alacriter ad opus accedant, moliantur, agant,
 conficiant, nullus est meus, nulla suspicio, quin rectè cefferit negotium, quæ ad
 umbilicum, quod aggregariis, prosperè perducas. Superest modo, his sic positis, ut
 de anni temporibus considerationem instituamus, nimirum, nunquid quicumque
 anni parte hanc operationem celebrare liceat, & quodnam operi perficiendo il-
 lorum magis conducatur. Cum igitur hæc nostra actio species quædam infitionis sit,
 aut saltem illius simulacrum, quam singulis anni uicibus, haudquamquam facien-
 dam rerum rusticarum periti afferunt, itaque ad eius exemplum hoc opus neuti-
 quam quocumque tempore, & sine discrimine administrari posse, forsân uidebi-
 tur. Sed aliena hæc est a veritate sententia, nec accipienda, cum nihil obste, dum-
 modo cætera ritè adhibeantur, quin æque ipsius artis effectus tam uere & autumno,
 quam æstate & hyeme nobis promittamus. Abtilis enim est arborum natura ab
 hac nostra essentia, uel saltem caloris, ad quem singula referuntur opera, ubertate
 facunda, quæ & in hyeme alperrima plurimum viget, & inter acerrimâ frigora us-
 que munia sua exequitur. Cum enim inferioris multo conditionis sint, & terrene
 substantiæ arbores, nec tanta caloris copia, quanta est in hominibus, & adeò beni-
 gno alimento perfundantur, ideo frigoris impetu uehementer percelluntur, al-
 gentque partes earum extima, & præsertim quæ à corde siue iccinore, (huic enim
 quid simile illis uegetandi vim imperit) longius absunt, quæ ratione infitionem
 agricolæ, statu cæli inclementiori & argente moliri reformidant. Verunamen fie-
 ri nequit in humanis corporibus, ut uique adeò refrigescat cutanea regio, quin
 inepta penitus huic nostro negotio futura sit, & incommoda. Itaque caloris redun-
 dantia atque in tanta ubertate humoris benigna uis, id genus officij chirurgici, quæ
 le nos exhibemus, singulis anni partibus, uel rigente cælo, uel æstiuè præfari
 posse, sit superque nobis perfidens. Non tamen relinquitur, quin in hoc anni cur-
 sus discrimine, dum caloris cum ficitate, frigoris cum humiditate commutatio fit,
 alia tempora, alijs præsent, & uel maiorem perficiendi operis, uel minorem occa-
 sionem afferant. Sed sciendum primò, quòd non tam conficiendi quam stabilien-
 di, & confirmandi operis sit habenda ratio, & quidem per proximos menses, quæ
 opus ipsum subsequuntur. Cum enim infita cutis, & curtorum materies, è sede na-
 tali alio translata, & amico matris ubere defitura, in alieno & infolito solo nutri-
 tur, sanè credendum est, in educatione sua, & eo, qui factus fuit transpositus, illam plu-
 rimum concuti, conuelli, & labefactis suæ naturæ uiribus, ab ingenerata tempe-
 re maxime recedere, quæ incommoda affluendine sensim facta, & diuurno commer-
 tio tandem emolliri, & tolli necesse est. In partium igitur anni opportunitate dij-
 dicanda

dicanda, ad opus ipsum, & ad operis confirmationem consilia dirigenda sunt, dummodo singula cum natura conueniant, & gratia peragere velimus. Quae tandem rara, & firma futura sunt, cum temporum annuitates, ac eas, quas se cum afferunt noxae, & utilitates perpendimus. Ver primò temperatum est, sanguini copioso & benigno gignendo commodissimum. Hanc enim pars, si non ob alias, saltem ob eas, quas de temperie corporum rationes adduximus, hinc nostra: chirurgiae fatis opportuna est. Nam uniuersum corpus, & calore, & humore clementius fouetur, atque adeò ipsa cutis, quam hac de re felices operis nostri successus promittere, & abunde polliceri, nemo non videt. Vt enim corporibus temperatis omnia benigna sunt, sic neque moderata tempora nobis aduerfa erunt. Veri succedit aetas, caliditate, & siccitate efferecens, affectionibus cetè apertissimis, quae certam, & minimè fallacem partium vnionem spondeant. Sed forsitan minus ex usu esse videbitur, quod aestuante tunc humore acri, & ebulliente, furentes succi in cutim facillè excurrant, & magnorum symptomatum velut erysipelatum, herpetum, carbunculorum, metum incutiant. Reijcienda autem sunt postremo duo tempora, quorum alterum inaequalitate sua, & frigoris exuperantia interurbat coalitum partium, & prorogat, hoc verò cum frigore, & humore molestum sit, ipsi curi argentiam, & ob transplantationis impetum adhuc languenti, qualcumque aeris externi inclementias communicat. Quare cum ipsa curtarum partium initio, caloris, & humoris ubertatem eamque lenem, & benignam requirat, nemo herclè inficiabitur, verè maxime ceteris anni partibus praestare, & inter alia requirere, vt ei huius operis perfectio nuncupetur. Hoc enim uniuersum corpus suauis calore perfunditur, & mitissimo omnium humore scilicet sanguine irrigatur. Sed cum caloris vim adhuc vegetam, cum pauca vigine conuulsam propaginis confirmatio exposcat, itaque operis incrementum, & stabilimento ipsa aetas dicari debet, in qua siccitas, & aëris dominantur, quibus, & agglutinatae partes ab excrementis vindicandae, & largius instaurandae, & roborandae sunt. Cetera verò anni tempora, quam plurima incommoda secum afferunt, & tanto maiora, quanto ocus autumnus noxae, hyemis molestia excipitur, vnde corporibus extra rigentibus, & excrementorum frigidiorum copia perfusis, & connexionem partium morari, & dubia adhuc sanitate propaginem affici, nec ad integrum robur peruenire posse necesse est. Statuendum est itaque verum tempus, & aetatem nobis conducere, alterum quidem, vt in festo partium earumque unio succedat, alteram verò vt partes vnitae urentur & confirmentur, at hyemem, & autumnum inepta esse, & in hoc opere praestando eludenda, non rariem usque adeò iniqua, vt artis beneficia omnino irrita faciant. Nam, & succis hypocaustis, & igne excitato propulsi in iniurias hyemis, aut corrigere ualemus, nec tanta autumnus est immoderantia, quin ut eam temperemus, deit ingenium, quod utique, & huius, & alterius uehementiam praeter alia integumentis, & pellibus animalium, fat bene arcere, & in sum cutis furculum tueri possumus. Atque haec sunt, quae in opere faciundo, non secus atque alia in consultationem cadunt. Quamuis enim minus necessaria sint, nec in ijs operis summa consistat, attamen quòd plurimum interest, cuiusnam conditionis sit, & aetatis, quem curandum suscepertis, cognoscere, & non minoris momenti est, qua temporis occasione opus num aggreddiatis, idèò nunquam à medico prudenti eorum obseruatio, ut etiam hoc loco fit, neque contemni potest, neque aspernari debet.



LIBER PRIMVS. 59
CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

An ex alieno corpore, an uerò ex proprio tradux eligendus sit.

Nec uerò de propagine cutanea, seu de cutraducis educenda, cum sermone facere nobis ex ordine constitutum sit, ideo duo illa in primis considerata se offerunt, nunquid ex alieno corpore hunc traducem secerne licet, atque si id licebit, an id præstare, necne satius fuerit, de quibus breuibus agendum. Sed Ad rem accedamus. Traducem ipsum ex alieno corpore dici non posse, tam autoritate, quam ratione comprobare conuincimus. Si enim calor in istum, atque temperamentorum in hominibus naturam, eorumque affinitatem, nobis proponimus, itaque haud absurdum esse dicemus, & impossibile, quin ex alieno corpore, atque id nulla cum difficultate secerneamus. Quid enim obest, cum calor subsidio, unius corporis partes, longèque distitas, ad unionem vocari uideamus, quin eundem effectum in diuersis corporibus nos atque posse asseueremus. Etenim causa hæc haudquaquam diuersa est, sed cum calore nostro congenca, cum, & hominum temperamenta non usque adeo dissentiant, ut hæc suarum partium conforia ne cuiquam putantur. Conueniunt enim, si non alio, saltem humanæ speciei nota, & effigie, cuius ex uis, & potestas esse uidentur, ut nihil non factu possibile sit, nec aliquid obstat, quod hæc coniugia diuersorum corporum prohibeat. Nam cum non solum plantæ, quæ quidem uirtute, non autem genere diuersæ sint, ut est generosa uitis cum ignobili, adducæ prius, & coniugæ in idem ingenium abeant, quod ex Catone supra monstrauimus, uerum etiam disparis formis, & uiribus arbores coalescant, atque quod in istum est, naturam eius, cui inferatur, in se conuertat, ut Columella re ipsa oleæ, & ficus exemplo ostendit. Quanto magis eum ipsam traducem, ex diuerso corpore decepti, & in alienam sedem transponi posse censebimus? Non enim usque adeo ingens naturæ intercedit diffidium, cum homines inter se specie conueniant, nec tanta est, nostrorum corporum, quanta reperitur plantarum diuersitas, quas tamen paruo negotio sub eadem coniugij leges adduci, & mutuo naturæ uinculo connecti, non sine admiratione uideamus. An uerò quandoque id generis curta ex alieno corpore restituta fuisse uisum fuerit, certe neque legimus, neque audiuimus, neque attendimus unquam, neque, qui hoc concedat, ut se frustra excrucient, uix nobis persuadere possumus. Verum, satius hæc fuerit, hanc refectionem ex alieno, an ex proprio corpore moliri, iam utriusque propositis rationibus discutimus. Hæc quidem ex opere ipso nobis petenda sunt. Nam aliunde eas arcesse nequaquam licet. At primum illud, præstare magis, ut alieno corpore petamus traducem, fortassis nobis persuaserit, quod hac ratione ut opus perficiamus, non contemendi boni participes reddamur. Cum enim potiora arboris momenta in propaginis bonitate consistant, & hoc uisera operatio tanquam finem respiciat, ut operi dignitas sua, & pulchritudinis decore accedat, itaque proculdubio ex animi sententiâ, his potiri possumus, si traducem ex corpore sano, florido, & succulento seligamus, & quæ morbosa sunt, decolora, & efficta respuamus. Etenim propagines in corporibus quibusdam non integris, adeo exigui momenti, ita nullius ponderis esse contingit, ut operosum sit aliquas saltem operis partes explete, nedum omnes illius numeros absoluerent. Tanta est coloris foeditas, tantus cultus defluxus, tanta symptomatum prauorum ex incisione suspicio, quæ maximè operationi huic aduersa sunt, & operis dignitatem non solum imminuant, uerum etiam confundant. Nec illo, ut medeamur licet, cum nulli datum sit, uel quocumque ingenio, peccem suam immutare, & naturæ difficultates euincere, nisi difficulter admodum, ac diturno temporis spatio, quod apud patientes nostros, haudquaquam locum habet. Occurramus itaque his incommodis, & eorum uim elidamus, si eam propaginem, quam aliena corpora, & integra præstare possunt, operi nostro adhibeamus, & quem morbosa corpora exhibent, ab incisione rejiciamus. Acque hæc ratio plurimum ponderis habet, cum à fine petita sit, causarum principes, ad quem

potiss.

potiffimum animi aciem intendimus, quique omnium actioum nostrarum dux quidam est, & arbiter. Sunt autem, & aliae rationes, quae nobis fidem fortassis facerent, quò minus ex eodem corpore, quod nobis obiectum fuerit, traducem depromamus, quae omnia de huius quorundam portus, & animi abiectioni, quam uel curationis decori, uel meliori operis conditioni subseribunt. Aiunt enim nonnulli, si ex alio corpore traducem fumamus, nos hac ratione efficere, ut locus eger cruciatus effugiat, caeteraque eius generis calamitates deijcet quam plurimas. Has distinctus hoc loco enarrabimus, ut ijs perspectis, quid sciendum sit, ex rei ueritate definire possimus. Hae autem omnia quaternario comprehenduntur. Dum enim propaginem primo educimus, & ad infirionem paramus: dum propagine in fita totum corpus ad coniunctarum partium salutem componimus, non potest fieri, quin uehementer torqueamur, & insignes dolorum uellicationes perpetuamur. Etenim cultris incidenda est, ac pertundenda est, funiculis confringenda est, brachium uolenter attrahendum, capiti imponendum, nullisque motibus non concutiendum. Sic corpus iacendo contingendum, & uelut in carcerem quendam, congiendum est, quod alioquin liberum, & integrum sua munia explere expectat. His accedit, & brachij turpitudine, quam in propaginis educatione infligi necessum est, & partium illarum languor, cum indacta cicatrice caloris pristina benignitate desistantur, & multo, quam ante, ad motum ineptiores fiunt. Quibus adiungitur, quòd illuc passim, uelut ad reliqua solet uulnerum uefigia, excrementa promptissime conflant, quorum uel tenuitate, uel acrimonia, uel aliena qualitate, pars illa intumescat, & ulceribus afficiatur. Expendendum itaque, ut aliena corpora pro traduce excidendo, & inferendo substituantur: propria uero, & singulari sua, quantum poterit, à doloris laetitia, à brachij deformitate, & imbellitate, caeterisque incommodis illaesa, & innoxia conferuentur. Atque haec hi homines plus iusto foris uolunt contra hanc operationem in medium afferunt. Si autem singula expendamus, illud unum duntaxat, quod ab opere argumentum deducitur, non nihil urget reliqua uero, ut scilicet doloris, curationis, totum usque ad infirionis tempora, cicatricis deformitas, & brachij imbecillitas, aut si quid aliud restat, leuiora sunt, quam ut reiecio proprio corpore, alienae materiae subsidio opus sit. Cum enim nobis propaginis scernenda detur optio, quam aliquando meliorem esse praefaret, non nunquam uero alteri, quae penitus inepta esset, supponi liceret, id uero non negligendum est, cum & operi ipsi, & operis decori conferat, ad quae omnem ingenij aciem intendere, omnes prudentiae conatus dirigere, quod ita artis ratio praescribat, diligens artifex, & callidus haud immerito cogitur. Verumiamen si operis summam periclitari contingat, & malus iamnum fuerit, quod feceris, quam commodum, quod consequaris, quare nemo sane mentis suaserit, ut ob leue quoddam pulchritudinis & indolentiae lucellum, totam operis sortem in dubium reuocemus. Quod sane contingit si alieno in corpore hanc praefare operationem conati fuerimus. Cum enim inuitioe facta, uel magis, ut proprio uocabulo rem significemus, cum, inquam, propaginis cum curto nato, uel labijs per futuram coniunctis, coalicentiae incumbimus, continendae sunt partes quam arctissime, & eo tenore ac regula conferuandae, ut neque minimum, si fieri possit, hinc inde dimoueantur, ne distractis illis, aut contortis, uel obliquet, uel tranueris, uel minus pertinaciter uiantur, sed utrosque, & inualide coalescant. Sed quo pacto, quòd in aegris perquam facile est, illam duorum corporum, seu compositionem, seu deligatopem constituamus, adeò arctam, & contentam eam, quod par sit perficiendo operi? Certè ego ex me uidere nequeo. Quae ratione efficere poterimus, ut corpora coniuncta, coalitum partium huiusquam destruant, aut aliquatenus non corrumpant? Quae enim non incommoda sequuntur, circa uigilandi, aut dormiendi tempora, ubi naturae operibus uacandum, ubi alimenta capienda sunt, si eundem, si quiescendum, si standum, si sedendum, & si caetera necessitatis peragenda sunt. Hic qua ratione ad eam moderantiam accedemus, quam, quae peragenda est, partium coniunctio requirit. Itaque nemo non uidet, ex colligantiae difficultate, & incommodorum, quae bina corpora, si coniungantur, consequuntur, necessitate quam dubios, si non inanes penitus effectus artis fore, & eò magis, cum neque actio in proprio eius, cui melemus

corpore,

corpore, haudquam uacet periculo. Sarius igitur fuerit hoc intentatum relin-
 quere, & quicumque tandem illa sint, que operis uentilitatem, & actionis secundum
 naturam imminuant, incurrere potius, quam totum opus in discrimen adducere. Hinc
 sperare aeneam esse patet, ut illis respondeamus, qui uel decori brachij confu-
 lentes, uel sensui proprio blandientes, hanc operationem in suis corporibus de-
 recant. Non enim ea vis est tormenti in sectionibus, non ea tardij magnitudo, dum
 ad infectionis uelque tempora curatio facienda est, non tanta vulneris sceleritas, aut
 cicatricis imperfectio, quemadmodum hi morofuli, aut si uis delicatuli sibi propo-
 nunt, ut cum leuia hac, & momentanea declinare malint, eorum, que podora sunt,
 & quorum gratia auxilium artis implorant, eorum in quam a leam lubeant. Omni-
 bus itaque siquet hanc chirurgiam magis in proprio quam alieno corpore expeten-
 dam esse, cum in illa sit operis, utcumque fuerit, spes certissima, hac uero pericu-
 lum infringere, quinimo de toto negotio quandoque desperationem secum afferat.
 His porro, & illud argumentum adijcimus, quod aspernandam esse ex alterius
 corpore infectionem, & recipiendam eam, quæ ex proprio fit, magis approbauerit,
 propolita scilicet difficultate, quam in cutis secretionem, adhibito prius propaginis
 examine, subire necesse est. Quis enim acerrimo adeo ingenio illam proportionis
 notam, quæ operanti rectè obseruanda est, distinxerit? Quis eiusdem vim & facul-
 tatem rimari poterit? Quis illius magnitudinem verè expenderit? Quapropter in iu-
 dicio adeo iudicio, & fallaci non confugiemus alio, & quantitatem traducis affi-
 gnabimus, sed ea, quam natura assignauerit, mensura, & delineatione uti factus est.
 Quem ineffabilem naturæ apparatus in singulis, quos adhuc uiderim, aut in mani-
 bus meis habuerim, mihi obseruare, & contrèscare licuit. Nam exquisitè adeo ad
 modulum curtarum narium cutis brachij conuenit, ut iamdiu naturam huic ope-
 ri penum quendam præmeditatum, & succedaneum quid, si quid finitrum naribus
 contigerit, hic seposuisse credas. Ita que admiranda est illius prouidentia, quæ sin-
 gulis rebus nihil non propriè largita est, & id obseruauit unicè, ut unicuique suum
 rectum sit, atque conueniens. In cuius contemplatione illud uerissimum esse com-
 perimus, quod ad Ecclesiaste sapienter enuntiatum fuit cuncta ^a fecit Deus bona
 in tempore suo, & mundum tradidit dilapuationi eorum, ut non inueniat homo
 opus, quod operatus est abs initio mundi usque ad finem. Ex rursus, & ^b intellexi
 quod omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum, quæ
 sunt sub sole, & quanto plus laborauerit ad querendum, tanto minus inueniet.
 Eam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Præterea, cuncta ^c res diffici-
 les, non potest eas homo explicare sermone. Sed enim ex ^d hac pessima occupa-
 tione, quam ut idemet dicit, dedit Deus filiis hominum, ad eiusdem cogniti-
 onem, & futurorum bonorum hereditatem maximum argumentum elicimus. Ve-
 runtamen hæc alibi. Nunc illud sufficiat, difficilimum, & ferè impossibile de propa-
 gine iudicium, atque singularem illum indiuidui characterem omnino diffuadere,
 quo minus in alieno corpore hoc opus aggrediamur. Etenim huius proprietatis ea
 uis est, & potentia, ut coaliam si quis accierari, & symphytis decus adaugeri, quin
 si minimam quidem operationis partem sese assequi posse crediderit, hunc planè
 superstitiosum, & in disciplinis physicis malè formatum esse existimemus.

^a Ecclef. 9.

^b Ecclef. 1.

^c Ecclef. 1.

^d Ecclef. 1.



Quid scripserint antiqui, & recentiores de curtorum reſtauratione,
& an hac noſtra illis conueniant.



NON VERUM vèrò vterius progrediamur, uere illud eſſe diſcutiendum primo cenſeri poteſt, nuncquid ueteres medici, quorum operain compendiis, & explicandis artis officijs, ſingularis fuit, qui que curtorum cognitionem quadantenus attigerunt, hanc artem præceptis, pro operis exigentia, opportuno illuſtrauerint: & quid neotericorum nonnulli, atque ſua tempeſtate omnium conſenſu clariffimi uel ſcripſerint, uel indicauerint, Ex præcis qui aliquid hac de re tradiderunt, Galenus eſt, Cornelius Cæſus, & Paulus Aegineta, quorum viroꝝ ſententias primum annectemus, & neotericorum decreta ſubiungemus, vt commodè poſthac noſtra cum illis conferri queant. Vt autem primo Galenum conſulamus, in hunc modum retulit: diximus ^a & de cuiusmodi rationibus in ſermonis progreſſu, æquè profectò, vt de curtu id genus, quæ *καταβύματα* graeci appellant, quippè ita vocant, quæ in labijs, aut narium alis, aut aure deficiunt. Nam methodo curantur hæc quoque primum quidem excoriata cure, deinde adductis coniuuncti que inter ſe curtum oris, ac vtriuſque, quod callolum eſt, detractò, mox quæ reliqua iunt, aſſatis atque agglutinatis. Et ruruſus, ſi digitus ^b deſit, inquit, uel tale quippiam, reſtituere id priuſ non licebit. Sanè prodirum, & de præputio prius eſt, quem admodum id quippiam inſtauret. At quæ in naſo, uel labio, uel aure curta ſunt, ea quidem, vt reſeciffe non liceat, ita decorem aliquem his adiciat, ſi quis diuſam utriſque curem mox in vnum conductam, queat agglutinare. Atque hæc eſt Galeni ſententia. Paulus Aegineta aurium detractiones, ac labiorum curari ſcripſit hoc planè modo. *Curta* ^c circa aures, aut labia hæc ratione tractantur, ut primum quidem cutim ex interna parte excorietur, poſtea verò vulnerum labia inter ſe contrahamus, & callis ablatis deinde ſuamus, & agglutinemus. Sic Cæſus, vt ſequitur indicauit. Id quod ^d curtum eſt in quadram redigere, ab interioribus eius angulis lineas tranſuerſas incidere, quæ citiorem partem ab ulteriore ex toto diducant: deinde ea, quæ ſic reſoluimus, in vnum adducere. Si verò latis iunguntur vltra lineas, quas ante fecimus, alias duas iunatas, & ad plagam conuerſas immittere, quibus ſumma tantum cutis diducatur. Sic enim fit, ut facilis, quod adducitur, ſequi poſſit. Id non ui cogendum eſt, ſed ita adducendum, vt ex facili ſubſequatur, & deriſum non multum recedat. Interdum autem ab altera parte cutis, haud omnino adducta deformem, quem reliquit, locum reddit. Huiusmodi loci altera pars incidenda, altera intacta habenda eſt. Nec igitur ſunt antiquorum de hæc operatione noſtra placita, quibus quid minores ſenſerint, iam a ſcribendum eſt, in quorum numero Alexander Benedictus, Veſalius, Ambroſius Paræus Gallus, Stephanus Gourmelius, Ioannes Schenſius de Grafenbreg homines ingenioſi & ſolertes habentur. Alexander itaque Benedictus, patria Veronenſis, medicorum eloquentiſſimus, reſtaurandarum narium chirurgiam his verbis annotauit. ^e Aetate noſtra narium deformitatem eobonificari docere ingenia. Carunculam è brachio ſuo conciliam ad narium formam conſeri, addique trunco naſo ſapè viſum eſt. Summam enim cutim brachij nouacula excidunt: factò vulnere, abraſis ſi opus eſt, nariſus, uel nouiter abſciſſis capiti brachium ita coniungunt, vt vulnus vniuerſi cohareat, conglutinatis vulneribus à brachio tantum cultello demunt, quantum inſtaurari conueniat. Naſi enim venula, cognata caruncula nutrijmentum præbent, cutique demum ſuperinducitur, pilis quandoque pro brachij natura, innafcentibus, eoque modo nares nouas miro ſtudio componunt. foramina que faciunt, audaci ingenio naturæ imperantes. Id additamentum hyemis uiolentiam vix ſuſtinet, & curatio nis. Naſum ne prehendant moneo, ne ſequatur. Veſalius præterea hanc narium reſtaurandarum artem inſimans hoc pacto illas componi comonuit. Tunc temporis

^a Gal. 14. me. med. 16.

^b Gal. 14. me. med. 18.

^c Aegin. 6. cap. 16.

^d Cæſ. 7. ca. 9.

^e Alex. Bened. 4. de præc. med. 39.

^f Veſal. 3. de chir.

poris ante scarificationem brachium, quod magis a groto commodum fit, accipimus, & musculum superficialem, cubitum in anteriorem partem flexentem, prope tendinem, hoc est, circa locum copulationis eiusdem tendinis, manibus diligenter excipimus, quo inuenio ab utroque latere nicenter ita vulneramus, ut reliquiui-
 cini musculi minimè malam perpetuamur. Eadem vulnera scalpello profunda efficiamus, curamusque ne dolor, vel inflammatio superueniat, & interim pedetentim magis perforamus, donec linteam ab utraque parte facile aditum habeat: ac si dicas, te uelle musculum eleuare in ea parte, in qua magis carnosus, ac corporallenus existit, & ab alijs subiectis partibus totum se iungere. Hoc factò ab altera superiori parte paulatim adhuc separamus, donec vnde quaeque dermis, & epidermis contracta fit, quod medicamentorum ope commodè iatis perfici potest. Interim locum, in quo antea natus erat, diligenter scarificamus, donec sanguis maximus effluat, postea faciem ita cum musculo iam affecto coniungimus, ut nec moueri quidem vel caput, vel brachium qua draginta dierum spatio possit. Vespasiano Ambrosio Pareus succedit Parisiensis, regius chirurgus, homo insignis, & doctus, qui de refectione cursorum habet hæc sequentia. Existit * in Italia, annis superioribus chirurgus, qui resectæ portionis nasi reparandæ hanc rationem inierat. Nasi mutili labra callosa circumcidebat, quomodo in implendis rostris leporinis fieri solet, inde lacunam nouacula tam magnam in bicipiti musculo brachij excuabat, quantum amputati nasi portionis amplitudo exigere videbatur. In eam mox narium, qua parte mutilus erat, demergebat, capite ad brachium tanquam ad palum se reuincendo, & colligato, ut in motum, & stabile nullam in partem hinc se possit. Quadragesimo inde demum die, quo scilicet tempore peractam carnem brachij cum naso sigillatim rationem suscipiebatur, tantum eius pro deperdita nasi portione circumcidebat, quantum ipsi reparandæ fati esse putabat. Hanc restaurandarum narium rationem Stephanus Gourmelius ^b non fabulosam esse, sed verissimam, ex epistola quadam Caleutij ad Orpianum demonstrare conatus est, & Brancam Siculum huius artis profectorem egregium constituit. Quis verò hic administrandi operis modus fuerit, autor ille nequaquam explicat. Postremus itaque inter recentiores est Ioannes Schenkus nostræ tempestatis vir eruditissimus, qui idem de curis narium, labijs, & auriculis affirmat, & modum, quo ea restauramus, significat, qui cum nullatenus a cæteris distideat, hæc de ratione illius verba omittimus. Hæc itaque se conficitur, quis est in re medica tam infans, tam imperitus, qui unico saltem intuitu cursorum reparandorum chirurgiam à pricis, & modernis propostam, toto caelo ab hæc nostrâ distare, & penitus diffonare non videat. Pricis enim non aliunde periebant propaginem, sed è proximis partibus, excisa parumper cute, arripiebant, quam nos, & à vicinis locis, ut in auribus excipimus, & è longinquis, & distantibus membris excindimus, cum pro narium refectione, quæ in humero est, cutim attrahamus. Hanc regionem quamuis iuniones reliquerint, quæ tamen ea uera pars effect, quæ in usum nostrum cederet, curisne an caro musculi, ob cuius fati, obiterque indicarunt. Sic longius est diuersa operatio nostrâ, qua in secernendo, inferendo, & conformando traduce utimur, ab ea quam hi homines iustissimum. Etenim antiqui cutim excoriabant, leuiter attrahebant, futuris committiebant, necque præter hæc quicquam moliebantur. At nos eam incidentes à lubricis corporibus auellimus, ut saltem vna in parte adhaereat, nares denuò excoriando vulneramus, propaginem adiungimus, futuris validè connectimus, multos dies post recindimus, foramina efformamus, & tandem quicquid reliquum operis est, ad finem perducimus. Nec quicquam horum minores medici efficiunt. Quidam enim cutim resecta diffeant, quidam secando lacunam effodiunt, hæc parte nares immergunt, nullamque præterea, vel fururatum, vel deligationis uinculum, præter brachij, factiarum ope, cum narium connexionem adhibent, partes se vnitas per dies quadraginta cohibent, & tandem, quod defectum narium restitit, quod extremum operis est, nouacula excindunt. Quæ de causa uehementer miror, quid hinc viris, alioquin doctis, & eruditissimis in mentem venerit, ut ex carne musculosa nares refecturi posse crederent. Quomodo enim hæc pars sine uix periculo contractari? Quo pacto incidi? qua ratione à membranis diuelli poterit? cur non nerui disten-

a Pareus 22.

b. Steph. Gourm. s. ar. chir. cap. de epistola.

dunur? quid oberit, vt fanguis tanto impetu profiliat, ne eum cohibere queas? quid caufe est, quin motus brachij, si fanitatem acquiras, non tollatur penitus? Mirum reuera est, cur cognitis incommodis, quæ legiones harum partium comitantur, alioquin ex natura partis manifestis, tam enormia, & tantis viris indigna, huius nostre tempestatis medici attulerint. Etenim antiqui suismet principijs consentiunt, & rectè instituant curationem, quam in leuibus narium offensis, etiam in vltum venire posse nemo non intelligit. At hi homines ea iubent, quæ si velis exequi, prius ægrum certè, quam refeceris, nato curto ad inferos demiseris. Itaque in hanc sententiam venio, vt homines hoc hæc curationem neque vidiſſe unquam, neque attentasse dicam, sed aliorum relatione confisos, fatissimè peritè & inconsideranter, quæ de curtorum restitutione audierint, scriptis suis demandasse. Nec enim fedem, nec materiem propagnis, nec indè operationis rationem perspexerunt, sed fabulosa quædam, & vulgò peruagata, nugisque anilibus haud abſimilia protulerunt, quæ neque ratio demonstrare potest, neque sensus unquam ostendere. Quamobrem ut paucis sermonem nostrum perfringamus, dicamus certè hanc curtorum reficiendorum artem longè aliam esse ab ea, quam antiquitas, & hæc nostra ætas, plus gerris quam ueritati dedita, nobis propoluit, eamque hæcenus à nullis, quò ad mihi confiteri, vel scripsam esse, vel traditam constanter affeuerimus. Hanc ea diligentia, & perſpicuitate, qua poterimus, suo loco vobis committere, & explicare recipimus, atque promittimus.

CAPVT VIGESIMVM.

Qua chirurgia operationes cum exitio frequenti, & suis cruciatus coniuncta sint.



VONTAM verò qui acerbissimas, & maluoletie tela femel in bonum inuenta conserunt, ac non ita breuibus, hæc ita facile à calumnia defluunt: quin benè cum his agitur, si explicata fatis, & inspecta rei veritate ad frugem redeant, itaque vt eorum molestis occurramus, illas manuum operationes, quibus usà fuisse præfata fœcula, & quæ iam penitus exoluerunt, in medium proponere, & adhibita lima expolire decreuimus. Videbunt enim hi nati, quanta fœcilita, quanto cum mortis periculo antiqui non tam morbos, quam leuia quædam incommoda, quæque non fanitatis præstantiam, sed decoris speciem labefactarent, extirpauerunt. Hos natiuis qui edèdè emunctis est, aut condempne, aut nos auctoritate illorum fultos, ab iniuria missos faciat. Non lumbra nos, non libitiam paramus, non tortura, non fœcissimam carnificinam instituis. Nulla in re parcendum sibi esse præfata illa ætas statuit, vt ea auxilia inuenirent, quibus ægrorum vitam ab interitù redimerent, quæ quamuis essent immanissima, & plures reperirentur, quos remedijs vis fultulerit, quam seruauerit, attamen si femel artem suo officio defunctam esse videbant, nec se pauca præstitisse, nec artis auxilia culpanda esse duxerunt. Nos ergo, qui tam inſigne dedecus à facie amouemus, certo salutis exitu, nulla cum difficultate, exigua, & penè momentanea molestia, ab inceptis deuſtamus? Illos certè artifices præstantissimos, & de posteris benè meritos, qui nos conuicij laceſſerit, aut ignorantia arguet, quod potiora præſidia non habuerint aut crudebitis, quod clementius non egerint, procul dubio condemna bit. Sed quam immeritò facile liquet. Etenim reperiantur nonnulli, qui nullos non labores subire, & extrema quæuis pati malint, dummodo exiguum de vita spem, aut aliud quid, quod leuius sit, corporis bonum, animo suo conceperint. Atque si videamus, quid non molira fit fœcula antiquitas, intelligemus equidem hæc nostra multis parafangis anteire, & operationis certitudine, atque benignitate, illorum curandi modum longè superare. Quare nec diffidimus, quin aliquando hoc chirurgiæ genus propagari, & ut catera medicinæ opera in viam transferri debeat, quod & apud quam plurimas artes, præci-

præcipue autem in hac nostra scitatum esse scimus, Ausilia enim quedam, ob
vehementiam satis difficilia, & verenda, perfecta tandem natura, & admodum
di modo, & facilius artis eruperunt, & in publicam vtilitatem cefferunt. Quid
leboro albo terribilius? Quid in uacuanda pituita vehementius? Tanta fuit huic
nis remedij aliquando credita, vt religione quadam ab hoc arceri sese præci
derent, nec unquam vel raro, & maxima cum cautela id propinarent, quod tamen
adeo postusu peruagatum fuit, vt plerique studiorum gratia, quasi ioco, assumpse
runt. Quod Carneadem fecisse, dum Zenonis libris responsum erat, illaque audi
dius dubitare Plinius * testatur. Cæterum scissima chirurgie genera, & ingenti
bus periculis plena, quæque ob immunitatem deheuisse puo, illa primum sunt,
quæ ab Aegineta recensentur, & arteriotomia, angiologia, hypspatium, & pe
ricyphitis appellantur. Prima est arteriarum, & lectio, diuturno oculorum deluuii,
& uertiginosis affectibus vulgaris, quæ in arterijs rectò post aures collocatis sic ad
ministrabatur. Derafo eo loci pilis, arteriarum pulsus explore decet, & locum
atramento scriptorio notare per lineam, quem ad duorum digitorum longitudinem
cum notatus sit, ad os uique transfuerim incidimus. Si autem arteria minus conspe
cta sit, à digitorum trium interuallo diuidemus regionem eam, & in quæta ma
arterias dissectabimus, donec, & fluor sanguinis pulsus appareat, & instrum
tum ad os uique adactum sit. Effluxo quot satis est, sanguine, membranam cranij
eradiamus, ne inflammatione diffundatur, & crasso subus osse, cuneolum ex linteo
vulnere subijcimus, & medicamenta adhibemus illa limes, & si deum os calidus
leue remanserit, denuò exculpimus. Hoc igitur genus chirurgie quam atroxi sit,
quam verendum, nemo est, qui ab hunc horrore cogitare poterit. Altera est angio
logia in hemisphericis peruagata, & in ijs, quorum oculos, aut diuturnus dolor, aut
acutus, ex calida, & acri fluxione infestauerit, ita vt in masculis temporum, & calor,
& laxus tumor excitetur. Fit autem hoc pacto. Pils primum in temporibus derafo,
vafa digitis notabimus, atramen vt fomenta præcefferint, aut ceruice constricta, va
fa intumuerint, quæ in conspectum cum sele dederint, atramento notabuntur, & ex
lateribus cum sinistra manus chirurgi, cum sinistra digitis curis leuabitur. Vasa linea
superficiaria incidemus, & rotam vbi penetrauerimus, eleuatum hamulis, & instru
mento à membranis uicinis denudatum suspendemus undiqueque liberum. Hoc
si que si fuerit tenue, sublatò eo per hamulum cæcum, circumductoque membra
nam detrahemus, ita ut eius partem etiam comprehendamus. At si magnum sit, du
plex illi acu funiculari subijcitur, & in rectum scalpello diuiditur. Effuso, quod satis
est, sanguine, quod demudatum est in utroque extremo lino ligabitur, quod interce
dit, aut excisum protinus, aut cum solutum fuerit, auferetur. Hæc sequitur hypspa
thimus, ab instrumeto nomen sortitus, quo utebantur antiqui, cum in oculos mul
tus fluor & calidus præcipitabatur, faciesque rubebar, & in fronte sensus quidam
quasi vermium, aut formicarum discurrerent suborlebat. Abrafo prius frontis
pilo, tres lineas pari spacio distantes, eaque rectas in fronte incidam, quorum ex
tremæ duæ temporum masculos ne laedant, cauendum est. Eas omnes aduque os
impingunt, & trium digitorum interuallo fecerunt. Spatham post hæc à linea, quæ
est in inferiore tempore, ad medium usque subijcunt, totum illud spatium vna
cum caluaria integumento excoriant, & inde rursus spatham à media ad reliquam
dexteræ partis sectionem demittunt. Scalprum post hæc quòd scolopomacharion
dicitur, in primam lineam conijciunt, vt alterum latus, quod acutum est, carni ab in
terna parte cutem comprehendenti, alterum verò scilicet retulium ossi accommo
deur, illud ad uique mediam lineam propellant, & vasa vniuersa ad oculos de
fendunt, illa tamen cutis superficie, incidunt. Idem à medio ad alterum extre
morum admittendo peragunt. Sanguis vbi mediocriter affluerit, extrahit gram
mis, tria linamenta torilia, singulis incisuris inserunt, & panniculo implicito, &
aqua madente super iniecto, plagas deligant. Postridie oenelo, & ulcera, & tem
porum masculos, cum auribus propter inflammationem resouent, tertia verò die,
cum soluerint, superfusione diu utuntur, & ballico rosacco diluto, linamentisque
inleris, reliquum curationis abfoluunt. Quartum verò chirurgie genus pericyphi
tis est, cuius talis est administratio. Derafo capite, transfuerim lineam incidemus,
quod

a Pin. 17. lib. 1. ca. 5.

b Aegin. 16. cap. 4.

c Aegin. 16. cap. 4.

d Aegin. 16. cap. 4.

e Aegin. 16. cap. 4.

f Aegin. 16. cap. 4.

quod tamen sine musculorum in temporibus motu offensa fiat. Ea in finitiorum temporum parte incipiat, & in alteram dexteram nempe definit, habeatque terminos, ubi motus nullus est. Hac paulo supra, quam frons habetur, ducitur, atque in finitiorum capitis, quam *σφραγισ* vocant cutem. Leonides vero per mediam frontem lineam deducebat. Ceterum detectio esse penicillis, aut linamentis plurimum partes inuicem se parabimus, extrema diuisionis deligabimus, & uino, oleoque mixtis, ut prius dictum est, regionem illam fouemus, A solutione, cum inflammatio iam declinauerit os radetur, quo ad caro suppullulare incipiat. Tunc rationem procreanda carnis adaptabimus, & cetera, quae in vulnere curatione requiruntur. Sed omnes operationes, quas iam enarrauimus, non vacant summo periculo, nec sine maximis molestiis, vehementissimisque cruciatibus perfici queunt. Si enim dignitatem partium, si symptomatum, nempe inflammationis, conuulsionis, & aliorum metum nobis ob oculos ponamus, non existimemus, quin de uita cuiusque vita agatur: si operationis moram, si lenius acumen respiciamus, nonne dicemus, nec Siculos tyrannos maioribus tormentis homines confecisse. Itaque multo magis haec antiquorum exercitia, quam nostra condemnanda sunt, quia tamen cum periculo aliquo moliri maluerunt, ut Galenus existimat, ^a quam salutem aegri, praeter artis beneficia, nihil agendo, si non perdere, saltem in dubium reuocare. Sed de nostro instituto futius infra uerba faciemus. Iam ceteras antiquorum operationes manufactas perstringemus, atque id quanta fieri poterit breuitate. Veruntamen ab earum censura superederimus, quod in omnibus similiis, aut penè eadem ratio est, & quia vnum si noveris, omnia cognoueris. Sed agere ad rem accedamus. Fit futura in palpebris oculorum, in illa aëtionem, quam *σφραγισ* graeci appellant, cum naturali palpebrarum ordini, & alij praeter naturam pili succrescant. Hanc eorum ablationem antequam hoc pacto infunderent. Aeger in sedili, vel aduersus, uel a sinistra collocabitur, & superior palpebra inuertetur, si quidem longos habeat pilos, illos ipsos apprehendendo indice, & magno sinistrae manus digito. Sin vero breues sint, per medium cilij in exteriorem partem acus cum filo traicetur, & per filum sinistra palpebra attolliuntur, dextera uero, si specilli cuspidem post filum in rugas cogamus, inuertitur, subuique linea quaedam per cilium ducitur, ab angulo maiori ad minorem usque, inferius paulo, quam pungentes pili habeantur. Filo autem post interiore sectionis lineam subiecto, & pollice sinistrae linamentis induto, & obtento, supercilium attolliunt, aliaque parua linamenta imponimus fummis angulis, & per eas attollere palpebras famulum iubemus. Tunc lineam uero modo rectam, quam *σφραγισ* graeci uocant, scalpello incidimus, qui futurus aptus sit, paulo supra, quam naturales pili existant. Huius lineae ductus ab uno angulo ad alterum tendit, adeo alta, ut sola cutis possit diuidi. Post eam lunatam sectionem adhibemus, incipientes quidem, unde, & uero similiis linea incepterit, in tantam uero altitudinem tendentes, ut totam cutem, quae superflua est, circumscribamus, & si similiter, ubi commemorata definit linea, tandem desistamus. Postea quam cutis effigiem myrti folij circumscripta referat, transiit angulo, qui ad dexteram nostram spectat per hamulum, hanc totam cucullam excoriamus, & spongia uibicibus ter quaterque exteris, ora vulneris contrahemus, a medio auferentes, atque acium per interiore sectionem cum filo ex lana transmittimus. Ceterum quod eius superfluum est, amputabimus, non propè futuras, sed ut circiter trium digitorum longitudo ociofa pendeat, eamque per frontem exporrectam, cum emplastro quodam agglutinante applicabimus, & palpebrae pilos, acus cuspidem a fururis liberabimus. Atque hunc modum communem maxime, & securum esse Aegineta ^b refert, cui adhuc duas rationes auferendi hoc morbi genus addit, ab hac dicta paulum diuerfas, quae tamen ipsam eadem incommodis, uillam habere uidentur. laborant. Hac sublequitur pterygij cura, non minus, ut aliae operationes, inuicunda, & periculosa plena. Est autem *πτερυγιον* membrana neta, oriens ab oculi angulo, quae nonnisi ad pupillam usque excrecit, & motui officit, saepius quidem ab narium, interdum etiam ab temporum parte nata. Sic dictum puto, quod infra ala, quod graecis *πτερυγιον* est, aut oculus, aut pupillae adnascatur. Exciso ciustalis est. Palpebrarum alteram a medico, alteram a ministro

^a Gal. 5. met. mod. 15.

^b Aeg. lib. 6. cap. 3.

stro deduci prius oportet. Tum medicus hamulum acutum, mucrone paulum in-
 nus recurvatum, subijcere extremo vngui debet, eumque infigere, atque illam pal-
 pebram alteri tradere. Ipse verò apprehenso hamulo leuet vnguem, funiculum
 trajiciat, & acum deponat. Exinde lini duo capita apprehendat, & per ea erectum
 vnguem, si qua parte oculo inheret, manubriolo scalpelli diducat, donec ad angu-
 lum veniat. Post hæc inuicem modo remittat, modo attrahat, vt sic, & iniquum eius,
 & finis anguli reperiat. Duplex enim periculum est, ne vel ex vngue aliquid resu-
 daum sit, quod exulceratum vix vllam recipiat curationem, vel ex angulo caruncu-
 la abscindatur, quæ si vehementius vnguis ducitur, ipsam manum operantis subse-
 quitur. Hac autem abscissa foramen patefcit, quod cum semper vliginem quan-
 dam effundat, affectum eum, quem graeci *φύδα* vocant, excitat. Verus ergo anguli
 finis, vti que nocendus est, qui vbi satis constitit, non nimium adductio vngue
 scalpelli adhibendus, & excidenda ea membranula, nequid ex angulo ledatur.
 Sic circa obfcenas partes, quedam actio chirurgica vertitur, cum extremum collis,
 quod glandem appellant, denudatum sit, nec naturali præputii integumento inue-
 fitur. Hanc partem decoris gratia, iuxta Celsum, vt contegamus, sic procedendum
 est. Cutis * ea, quæ circa glandem est apprehenditur, & extenditur, donec illam ip-
 sam condat, ibique deligatur. Iuxta pubem in orbem tergus inciditur, quousque co-
 les nudetur. Magna cura caueatur, ne vel vrinæ iter vel uenæ, quæ ibi sunt, incidan-
 tur. Quo factio cutis ad vinculum inclinatur, nudaturque circa pubem uelut circulus,
 eoque linamenta dantur, vt caro increfcatur, & id impleat, satisque velamenti latitu-
 di supra ipsi plagæ præfret. Diuerfa autem in circuncifis operationis huius ratio est.
 Etenim sub circulo glandis scalpello cutim diducimus: quemadmodum, & resolu-
 to præputio, & vtra glandem extenso, cum multa frigida, partem foueamus, cum em-
 plastrum circa damus, quod valentem inflammationem reprimat, proximique
 diebus, vt propè à fame euincatur, aut nullatenus ægrum, aut quàm minimum ciba-
 mus. Compressis inflammationem membrum deligatur, & curatio iuxta Celsi doctri-
 nam eo loci infruitur. Sed Deus bone, quid hoc negotij est? Veteres illi, tam in-
 genibus tormentis, tam expressis periculis non sunt verati ægros suos exponere. At
 qua de causa? Vt hoc exiguum decorem lucellum reportarent. Et quo in loco? Vbi
 nullus id cognosset, & quo membro toto, necum eius parte, abique vitæ incom-
 modo carere homines possissent. Sic artis officia, in ea, quæ quouis modo à perfe-
 ctione discederent, redundare voluerunt. Sed redeamus, vnde dilapsi sumus, &
 percurramus cætera manuum opera non minus vehementia, quàm manus plena,
 quorum haud pollicema est, quæ ad tempora sunt, arteriarum excisio. Hos præfi-
 dios tamquam extremos, & efficacissimos vrbantur antiqui medici referente Albu-
 casi in hemicranæa inueterata, in acutis defillationibus ob acres humores, in æstu
 temporum non sufferendo, & tandem in dolore vniuersi capitis contumacissimo.
 Cum enim nullis præfidijis amplius locus esset, hæc vasa iam dicta, aut excidebant,
 aut inurebant. Excisio talis est. Præradetur circumquaque * temporum regio, vt
 arteria sese in conspectum tradat. Hanc indicat vehemens motus. Perrarò autem
 delitefcit, atque id saltem hyeme asperissima, si sanguis, & spiritus in penitiores par-
 tes abeant. Tunc vel arctâ colli constrictione, vel temporum frigidione, vel calida
 euaporatione arteria euocanda est. Locus eius aramento notandus, & cutis adu-
 que arteriam acutissimi gladioli acie incidenda est. Quæ vt denudata, magis in
 promptu sit, ideo cutim derasam vncis atrollemus, ex hamulo arteriam suspende-
 mus, atque à tunicis circumherentibus penitus liberabimus. Arteriam verò vas, si sit
 tenue, duobus in locis, ad binonum digitum distantiam excidendum, & vtrinque re-
 mitrendum est. Sin insignis fuerit arteria, supra infraque deligetur, & quod interia-
 cet, ex tota abscindatur, aut ferri acuti acie, aut si hemorragia: meos sit, cauterio cul-
 telari, vt utar uerbis Albucasi, cuius typum ipse descripsit, quodque præfidij genus
 altero nutius esse retulit. Excisa arteria, & extracta, locus cotto implendus, & ipsi auxi-
 lijs, quæ carnem cum cicatrice inducunt, fanitas restituenda est. Annæctitur autem
 carteris exemptio charadum, per manulem operationem, quam Paulus Aegineta
 hunc in modum recitat. Nascuntur * frumæ in ceruice præfertim, in alis, in in-
 guibus, & in lateribus, quin, & in mammis sceminarum quandoque reperiri eas
 Celsus

a Celsib. 7.
 cap. 25.

b Albuc. 1.
 præd. cap. 3.

c Aegin. lib.
 6. cap. 25.

Celſus ait ex Megetis ſententia. Tumor eſt ſtruma, in quo ſubter concreta quædam ex pure, & ſanguine, quali glandulæ oriuntur omnes in proprijs pelliculis, quali domicilijs continentur, quemadmodum ſteatomata, atheromata, & melicerides. His vel maximè anguntur medici, quoniam & febres mouent, neque unquam facièlè maureſcunt, eorumque nonnullæ malignam forſiſſimam naturam, ſuntque doloroſæ, & quæ ad conſtantiſſimam, ad impoſitionem medicamentorum incedunt. Hæc ab aliquibus cancerolæ nuncupantur, quas manifeſtum eſt non ita promptè chirurgicis auxilijs cedere. Benigna aliæ ſunt ad tactum, & ad teſtium remedium uſum ſequaces, quas hoc pacto eximere oportet. Superficiarias ſtrumas, & quæ in ſumma cute conſiſtunt, ſectiõnis ſimplicis uſu, ab incumbentiſſimis membris exoluere oportet, & diſſentiſſimam hamulo cutis labris ab integumentis explicare, eaſque, ut dictum in angiolgia, placidè auferre. Tranſſeas uerò maiores hamulis leuabimus, & ſimiliter exoratio a continentibus corporibus undique abſoluemus. Sed arterias carotidas, & neruos recurrentes eſugiamus. Sin uas quoddam in operatione diuidamus, illud ne impedimento ſit, aut laqueo confringemus, aut ſi haud in igne fuerit, penitus excidemus. Vbi in artum ſtrumæ baſis detinerit, dextera ipſa præcidatur, & indice denuo explorandum eſt, nunquid alia ſint adiecta tubera, quæ eodem modo auferantur. Si tamen uas quoddam permagnum, aut etiam complura iuxta ſtrumæ fundum ad eſſe ſuſpicemur, non ex baſi eam excidere, ſed ſuniculo excipere conuenit, quo fruſtratim citra periculum ſua ſponte excidat, quo tempore medicamentis linleo illius curatio tentabitur. At ubi inde exciſa fuerit, tunc oras plagæ illius committemus. Omnino autem rectas diuiſiones adhibere oportet, atque ſi nihil ſuperuacuum fuerit, ſuturis coniungere. Sin cutis redundet, quare ablata prius quadam ipſius parte, inſar myrci folij, conſueunda, & medicamentis cruentis oburanda eſt. His etiam annexiſſimum eſt chirurgiam cancri, qui peſtori innalcitur, quam Leonidas deſcripſit, reſultat uerò Actus. Inquit uerò Leonides: ego in cancri peſtore obortis chirurgia uſi ſoleo, quæ talis eſt. Aegram ſupinam decumbere facio, deinde ſupra cancrum partem mammae fanam incido, & inciſam cauterijs inuro, donec cruſta inducta ſanguinis eruptio ſiſtatur. Mox iterum incido, & profundè mammae diſſecto, ac rurſus partes inciſas uro, ſæpeque idem repeto, & ſecando, & inurendo, ut ſanguinis eruptionis periculum euitem. Poſt amputationem uerò integrè peractam, rurſus partes omnes, ad reſectionem uſque inuro. Præterea autem inuoluntè ſiſtendi ſanguinis gratia ſunt poſſibiles uerò ad omnes morbi reliquias abolendas. Sæpe etiam opus ſine uſione perſecti, ubi induratus tumor, qui cancrum mineur, in mamma extiterit. Tali enim aſſectiõni amputatio uſque ad fanam partem ſufficit, cum nullus hic eruptionis ſanguinis metus imminet. Sed qualis quantaque ſit curatio cancri ipſi ipſius Actij uerò audite cenſuram. Omnino uerò, ait, cancrus peſtori innatus deplorare oportet, quemadmodum qui in capite, in collo, in humeris, in axillis, & inguinibus eueniunt. Sunt enim inſanabiles. Nam præterquam quod perfectè abſcindiqueant, uerendum eſt, ne ob nimiam ſanguinis eruptionem inter ipſas medici manus, ægra occumbat. Veruntamen, & alia chirurgia eſt, quæ in ſtaphylo-matis exciſione uerum, cuius adminiſtrationem Actus hiſcè prioribus uerbis recenſet. Ad hæc ſtaphylo-mata, quæ anguſtam habeant baſim, necque malicia ſint, æctiõnem eam, quæ *κεραειον* *ῥῆμα* id eſt, per conſtriõtionem fieri ſolet, adhibemus. Accipio duas acus, quarum ſingulæ duplex ſunt, idque contortum, æquali prorſus longitudine habeant, deinde ægrum ad pedes tuos colloco, capite ipſius reſlexo, ita ut occiput ipſius genibus tuis innitatur. Diſparatis poſthæc palpebris, per medium ſtaphylo-matis fundum, ex ſuperis deorfum acum tranſmittito, qua cum ubi detinetur oculus, ſimiliter alteram, quæ geminatum habeat ſuniculum trajecto, à paruo ad magnum angulum per medium in idem ſtaphylo-matis fundum, quo duarum acuum, quæ tranſmiſſæ ſunt, figura cruceſt quandam, aut literam græcam X æmuletur. Nam cum paulò obliquior facta fuerit tranſmiſſio acus ſacilius extrahuntur. Deinde inciſis filorum principijs, ſuperna duo principia, ſuperne acus principio ſubijcimus: inferno uerò, inferna, eaſque ſtrenue confringimus. Similiter, & obliquæ acus principia connectimus. Hęc tandem conſtriõtio optima eſt, ſi fiat principijs

rectis ad obliqua ductis, & hoc modo colligatis. Exinde apicem staphylomatis resecamus, fola bafe, filorum gratia, relicta, ne ijs elapis humores oculi effundantur, & oculi concauitas amplior fiat. Incidimus autem staphyloma primo quidem compendiarie curationis gratia: Ocytus enim lina excidant, & exulceratio sanatur, & agrotus toto medicationis tempore minus doloris sustinet. Nam locus diffatur, neque inflammatio notatu digna accedit. Post incisionem apicis acus extrahi oportet, filis, vclut dictum est, confrictis, & tunc lac infundere, aut oui candidum. Muniendi supra sunt oculi, & tempora, ex hapfo mollis lane, que in oui candido, cum rosaceo, aut vino concusso, imbuta fuerit. Postera die fiat fomentum per spongas expressas, & lacte infusas, ouoque lana rursus imbuatur, & applicetur. Hoc faciendum est, donec fila excidant, quibus elapsis, vlcera solidanda, & cicatrice inducenda sunt. Hoc autem genus chirurgicum, incommotis multis obnoxium est, quod ego cum aliquoties adhibuerim, experientia in spexi. Senfum enim, membrana ea, que transigitur, eximiam obtinet, quod corneae membranae, que pars est menyngis durae, & opticum porum obtulit, ex ea parte continua fit, ideoque maximos doloris aculeos perfricatur. Adauger doloris vim, cum tumoris durities, que acus etiam acutissimas in transigendo retardat, tum ipsa deligationis ratio, quod oculum in cumulum quandam collectum, arde nimis, & valide comprimat. Sed haec ludicra sunt, si cum inflammationum vehementia, que & palpebras, & oculos occupant, comparentur. His iunguntur deliria, conuulsiones, & cetera malorum turba infestissima. Sed operæ præcium nunc est chirurgiam mammarum uirillum, ex Albucan^a & Aegineta^b audire. Etenim quotiescumque ad eam molis vastitatem mammae excreverent, ut aut virilis maieftatis decorem immineerent, aut noxas quasdam secum adducerent, hanc eorum molestiam, antiqui hunc in modum cum ferro tollere solebant. In suprema regione mammae, lunata ducitur linea, cuius cornua ad papillas conuertuntur. Hanc astramento notato, acutissimæ aciei cultello incidit, subfistitem intro adipem ferro leuato, & omnem turgescientiam tumorem subtrahit. Vulneris oras posthæc adducit, fururis confringit, & plagam linamentis iniectis, ad vulnerum rationem, sanitati restituit. Sin verò mammae, ut in proeetate ætatis mulieribus, præ adipis exuperantia dependeat, in superiori itidem mammarum parte, ad superioris typum, lunata incisionem faciendam est, cui altera eiusdem generis, sed minoris ambitus subiicienda, que ab illa comprehendatur, & in eius extrema definet. Earum spatium mammarum magnitudo innuit. His peractis secundum hæc lineas cutis ducitur, & quidquid cutis interiacet acutissimo ferro refcinditur, pinguedinis quantum opus est eximitur, & adductis labris, atque confutis, ad infra plagarum cruentarum, reliquum operis peragitur. Verum tamen miror ego antiquos, tam exiguae utilitatis gratia, hoc immane operationis genus excogitasse: atque tanto magis miror, quod aliqui inuenti fuerint, qui haud veriti doloris & incisionis vehementiam, sese manibus eorum subiecerint. Etenim^c L. c. Pim. s. hi. Apronij consularis uiri filius, ob adipis redundantiam eo uasitatis deuenerat, ut^d moueri loco, haudquaquam posset: hanc incisionem detrahere, & corpus immobili onere leuare curauerat. Non præteribo etiam dracunculorum curationem, ex Leonida, referente Aetio, quod morbi genus Aethiopiis, & Indis uulgare est, at in nostro orbe nunquam uisum. Audiamus ergo Leonidam. Dracunculi lumbricis similes sunt, aliquando magni, nonnunquam exigui, frequentius in curibus, quandoque iterò & in musculosis brachiorum partibus conualescentes. Aethiopiis, & Indorum genti penitus familiares. Moueantur quidem primum sub cute, nihil que molestiam afferunt, uerum temporis progressu circa dracunculi extremitatem locum supparatur, cutisque aperitur, ac dracunculi caput exeritur. Si attrahatur, uehementem dolorem affert, præsertim si nimia uiolentiâ attrahatur. Nam quod relinquitur summo opere molestum est. Proinde ne recurrat animal, confringere ualido brachium oportet, & quotidie hoc moliri, ut dracunculus paulatim progrediens, confrictione quidem intercludatur, nequaquam tamen abrumpatur. Locus item aqua mulia, & oleo, in quo abanthium, aut abrotanum, coctum est, aut aliud, quod uermes enecat, irrigandus est. Omnia acris uitanda propter inflammationis periculum. Quod si dracunculus spontè progrediatur, & facile extrahi poterit, nihil amplius

^a Albuc.

^b Aegin.

^c L. c. Pim. s. hi.

^d Aet. ferm. 14. cap. uil.

amplius tentandum. Sin ad suppurationem uertatur, à cataplasmaticis, & aqua mul-
fa, ac olei rigatione non difcedendum est. Facta suppuratione, per longitudinem
cutis difsecabitur, & dracunculus denudatus auferetur, cuiusque limamenti dispa-
rabitur, & reliqua curatio suppurationi adhibebitur, ita ut animal suppurato, & ex-
tracto, carnem, & cicatricem ipsi ueluti indicamus. Non abfimilem huiusmodi enar-
rare chirurgiæ autem refert Albucasis, atque in eisdem ferè species morbo,
quem vermem, seu lumbricum cutaneum, & boni nam ægritudinem ipse appellat,
patriæ suæ familiarem. Generatur * vermis hic sub cute, præcipuè in bobus, haud
adeò magnus. Vniuersum corpus vtro citroque permeat, donec locum quendam
in cute perumpat, & egrediatur. Eum præsentem esse, non alias, quam ex progref-
su à uno membro ad aliud aduertitur. Fit ex humorum quorundam putredine, in-
fufar serpentem, id est, lumbricorum, & alcaridum ortus. Summo opere autem perti-
melendus est, quod caput cum petas, & ibi eximium partem, & pe oculos destruat. Est
itaque si veis extrahere, progrediens limites ooleraare oportet, & cum in non-
ris, infra que supraque, valde vis oculis obligare, curam incidere atque vermem extra-
here. Sin adeò profundè carni inhaereat vt eum assequi non possis, cauterium igni-
tum inposito, & ardore conficito. Vbi verò partes supernas petuerit, supercilium
funiculis constringendum est, & parte ipsa diuisa, vermis eruenodus. Apparet autem
hanc ægritudinem cum Aeginetæ dracunculo, si non fallor, vel eandem esse, vel
non multo abfimilem. His omnibus, & illam chirurgiæ speciem subiungamus, quam
Leonidæ, & Aarylo, Aeginetæ tribuit, & in laxitate icroti administratur. Hanc Pau-
lus tali pacto, descripsit. Cui scroto⁹ cutis, aut interiores eius particule laxatur, & *ægritudi-
nem* appellata fit affectio maxime indecota. Leonidas igitur resupinato homine, qd in
ea superfluum erat, scalpello super afferem, aut duram coriis, quod incidendis subij-
ciatur, excidebat ora, & que vulneris furoris committebat. Aaryllus tribus quatuorve
furoris eadem pertundebat, & acuta forfice, aut scalpello, id, quod prominebat extra
furoris refecabat, carcerum quorundam modo perfanabat. Par est etiam membroru
genitalium, quæ in mulieribus coaluerint, operationem hic adiunxit, quæ pro cau-
satione per scalpellu, qui fistulis lecandis destinatus est, eandem exoluemus. Sin car-
ne, aut membrana oburentur, adactis hamulis hoc corpus eleuabimus, & eodè sca-
pello diuidemus, erumpentem sanguinem sedabimus, & ipsi que cicatricem ducunt,
vtemur. Porro phymus in uulue oculo pari modo auferatur. Hinc confine est alle-
rum opus, quod in mulieribus fit, dum nympha, aut cauda, ut vocant refecanda est.
Nam antopere * nympha quandoque eluxuriat, ut non minimum secum aut mo-
lestia, aut turpitudinis afferat. Qua propter resupinata muliere, quod superfluum est
nymphæ, uollesella prehenditur, & scalpello excinditur. Flectenda est profunda se-
ctio, neryada, id est affectionem fluidam excitemus. Caudam, quam autor uocat
*ægritudi-
nem*, ab oculo excretio est carnea, quam in star nymphæ etiam adimere oportet.
Porrò in generis huiusmodi operationibus sanè moleste sectiones sunt, & non exi-
guo cum periculo coniunctæ. Præter enim quod partes illæ fatis nobiles sunt, & sen-
su, quam alias, magis præstantes, quod titillatio ostendit. sane ingens affluentium
humorum copia prorsus, & excrementa impetuose eò feruntur, quorum erofione,
& inundatione fit, vt partes hæ, non sit accuratè contrèctæ sed diffimas erroris
notas post se relinquunt, velut rhyadicos affectus, aut fistulas, aliaque agritudines
permutas, quas locis muliebribus, aut irritatis, aut debilitatis accidere videmus.
Sed ad ea, que adhuc superflua nosmet conferamus, quæ scilicet ad empyematum
iustificationem, & hydropicorum perturbationem spectant, operationes certè ambiguas,
& nõ leui cruciatuum oestro exagittatas. Vt tamque ex Paulo Aeginetæ ascribemus,
e Aegin. 6. cap. 4. In purulentis * igitur conuenit ferro candenti crustas excicare. Vnam inter clauis,
quæ compagem, cute sursum ducta. Duas exiguas iuxta mentum, sic ut ab arterijs,
quas carotidas vocant, abscedamus. Duas itè super mamillas infigemus amplio-
res, inter tertiam costam, & quartam, alias duas inter quintam, & sextam paulò ad
posteriora reclinantes. Aliam per medium pectus. Rursum aliam supra os ventricu-
li. Tres tandem a tergo inuremus, unam quidem per medium dorsum, at vtroque è
latere singulas, que eam in medio altitudine excédant. Alij ut tradit Leonidas, mu-
cronam

ronatum ferrum, & candens per medium costæ spacium adegerunt, quo loci ab-
 fectus efficit, & vsque ad puris sedem usionem moliti sunt. Nonnulli transfusa li-
 nea inter quietam, & sextam vertebram ducta, & cute paulum oblique diuisa, dein-
 de membrana, quæ costas succingit pertusa, pus excreuerunt. At hi cum illis, qui ferro
 ad imum adurunt, aut statim mortem inferunt, uitali spiritum una cum pure con-
 fertim euacuato, aut fistulas insanabiles reddunt. Altera chirurgia fit in hydrope,
 atque saltem in ea morbi specie, quam ascitem uocant. Nam ex autoris sententia
 ceteris hydropis speciebus hæc operatio minime conuenit. Est autem talis. Ere-
 dum statimamus hominem, sin minus in scellam cum collocauimus (nam alias opus
 reculandum est) uidebimus postea, ut ministri, qui à tergo steterint, uimorem mani-
 bus comprimant, & ad pedinem propellant. Hos accepto scalpello acuto, aut uenæ
 incisorio, si quidem à partibus circa intestina hydrops obortus sit, iuxta umbilici
 perpendiculum, tribus sub ipso digitis, abdomen ad peritonem usque difsecamus.
 Si hepar primario affectum sit, ex sinistris umbilici partibus: si uero iplen, a dextris
 inciuius. Non enim ea pars, in quam ager decumbit, attingenda est. Cute autem,
 quæ membranæ incumbit, instrumenti acie remota paululum supra priorem se-
 ctionem, & ipsam peritonæi runicam fecamus, donec ad uacuum locum scalpellus
 penetrauerit. Fistulam æneam, ad calami scriptorii similitudinem, per abdomen
 & peritonæi sectionem demittimus, humorem moderatè pro uiribus educimus,
 quod ex pulsu cognoscemus, & educto calamo effusam ipsam fistulam. Cohibetur
 autem quamprimum ex se, recurrente aqua, & inania spatia complente. Sed fe-
 curitatis gratia linamentum intortum, per solam abdomenis fistulam infusimus, &
 reclinato, & resocillato homine, die postera, rursus humoris quantulumcumque
 euacuabimus, atque ita consequentibus diebus, & restaurando, & educendo per uir-
 ces, rem agemus, donec quàm minimum ipsius aquæ superferit. Extractionem ue-
 rò acerrimam factam summa prudentia declinabimus. Multi enim ex imperitia cum
 benè se agere rem existimarent, una cum humore, & uitam eduxerunt. Cæterum
 qui magis securitatis rationem habent, illi modicè saltem ex humore euacuant,
 quo uires aliquantisper à pondere leuentur, & reliquum per medicamenta, quæ
 aquam subducunt, per arenam, per solem, per sitim, & per siccantia alimenta confi-
 ciunt. Quin, & usione quidam usi sunt, & in stomachum, in hepar, in splenem, in
 imam uentrem, & umbilicum, quinque crûsas excitarunt, alij quidem ferreis, te-
 nuibusque cauterijs, alij per ifcas appellatas (sunt autem ifcæ spongiosa quædam
 corpuscula in quercubus, & nucum regiarum arboribus, quas barbari magis in usu
 habent) alij uero alijs huiusce generis instrumentis. Omnes autem *σπυγγηφόροι*
 seu pertusionem abhorruerunt. Præceptum enim ac difficillimum hæc est operatio,
 quamuis non adeò molesta, cum eo tempore, quæ partes perforandæ sunt, sepe to-
 tius corporis uires, tam animales, quàm naturales collapsæ sint. Quare rarò admo-
 dum, aut rursus quam hæc opus salutare esse constat. Cæterum omnes hæc chirurgiæ
 quas hucusque recensimus, ut iudicium de ipsi simul contexam, & summis pericu-
 lis coniunctæ, & ingentibus dolorum tormentis, maximè in se se sunt. Tra-
 ctant enim partes eas, quæ aut primatum in corpore nostro obtinent, aut sensum
 quam exquisitissimum habent, quarum nullam uim curandi, & uehementiam
 sustinet, quin in manifestum uirgè discrimen agros adducat. Illæ enim eas functiones
 obeunt, quibus saluis animalis uita consistit, & quibus euerfis eadem intercidit.
 Itaque leue est, in tam atroci, & abhorrendo curandi genere, quod actionum teno-
 rem corruptat, & quæ operationum omnium præstantissima est, & extrema, ad
 quam ceteræ referuntur, uitam ipsam nobis eripiat. Sic reliquæ partes, quibus tan-
 tum in se sentiendi ac uicini non tam leniter contectari possunt, quin & uestigio of-
 fensas suas ipsi sensuum principi cerebro communicent, quibus in de alio transla-
 tis, & toti corpori, ob mutuum consortium impertitis, dolores summos, ingentes
 distensiones, & alia symptomata, quàm atrocissima exoriri, uelut deliria, & ad ex-
 tremam uitam nostram deduci necesse est. His addo, & cæteram malorum turbam,
 cerè infestissimam, graues hæmorrhagias, crudeles gangranas, uehementes inflam-
 mationes, uellicantia ulcera, quibus uel omnibus, uel aliquibus ij obnoxij sunt, qui
 hæc operationes antiquorum, tam seuas, tam immanes non aspernantur. Quo in
 loco,

loco, & illud ponendum est, quod operatio eorum morborum, non adeo cito fit, & momentanea, sed lenta nimis atque diuturna, ut multo citius, antequam absoluta fuerit, in medicorum sinu agros succumbere, & animam, quam saluam esse cupiebant, reddere contingat. Quare dictas ob causas nostra tempestate has manuum operationes penitus deieuisse affirmare auisim, quod uerenda nimis, & cum praesenti exitio coniunctae sint, quas tamen non urgente solum necessitate, sed leuiter etiam, ut uidistis, emolumento sic faciente, adeo truces, adeo infectas, adeo periculosas, ueteres illi, atque in medicina principes, ad extirpandos morbos arcefferunt.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

Anacephalosis chirurgicarum operationum, quae iam in usu sunt.



OSTENDAM haftenus igitur operationes illas enarrauimus, quae aut deiecerunt prius, aut raro admodum usurpantur, reliquam est, ut, & alias, atque iam dictis proximae annectamus, quorum quidem usus frequentior est, non tamen usque tutor, ut earum impetus, & offensas quandoque minimè reformidemus. His enim prius perceptis, & cum superioribus collatis, hoc nostrum de curis negotium, neque exitiale esse, neque cum fauis cruciatibus, ut multi dicunt, coniunctum uidebimus, quin imò mitissimum, & saluberrimum, neque uique adeo diuturnum, ut hac de causa ceteris chirurgiae actionibus, uel comparandum, uel etiam, meo iudicio, anteponendum sit. Obseruabimus autem iam institutum orationis typum, ut eas operationes ex praesenti fideliter excipias ascribamus, & quid obseruatione dignum nobis uisum fuerit absque dolo maiò significemus. Sed quae frequentius aggreiuntur medici chirurgiae genera, hac ferè sunt: polypi extractio, aegilopis, & asperæ arteriae incitio, condylomatum, auriculaeque excisio, membrorum amputatio, foetus mortui, & secundarum extrahitio, curatio, & ramicum omnium, atque calculorum scitio. Nunc igitur ad polyporum curam accedamus. Postquam federit aeger aduersus solis radios, tunc naribus sinistra manu explicatis, spatulam ad id factam, instar myrtacei folij, acutam immittamus, & orbiculatum polypum ipsum, aut carunculam incidimus. Illic autem ferramenti aciem imponimus, ubi naribus coaluit. Posthac instrumentum in oppositum conuertimus, manubrio succiam ipsius carunculam foras extrahemus. Quicquid terò reliquitarum polypi, superstiterit, id acie alterius cultelli rasorij, cum tenisione, cum agitatione, cum ratura ualenti auferemus. At si portio carunculae adhuc subsistat, ostibus cribrois, & lunnis naribus appensa, quae instrumentorum aciem exegerit, illam subuere enterentur, & penitus excindere funiculi cuiusdam opera. Linnam igitur crassum mediocriter, funiculi instar, duorum triumue digitorum longitudinis, in nodos confectum, per specilli foramen, quod duplicem cuspidem habeat, transemittimus, alterumque extremum specillo per nares iursum ad meatus colatorios inferemus, quod per palatum, & os ubi eiechum sit, utraque manu extrahimus, ut ita ex nodorum a frictione carunculae illae dissecentur. Funiculari deinde limamento meatum diductum continemus, & post triduum passillo Musae, & consimilibus, reliquias absumimus, locumque exciccamus. Alia item est polyporum curatio, sed eorum, qui maligni sunt, & contumacissimi, quos ferris candentibus inustus consumi necesse est. Sed fauissimos certe, atque toleratu difficiles dolores, hoc genus chirurgiae mouet, ob narium praecipue tunicam, cui acerrimum sanè, & exactissimum sensum natura indidit. Nec illud non uehementer iniquum est, quod operatio haec saepius repetenda est, denique partes nouis cruciatibus conficiende, cum neque una, neque altera uice, quantum satis est, iam dicte carnes excindi possit. Qua de causa, & humores copiosi affluunt, & partium, quae circumstant, uetus maxime concurrit, & labefactatur. Si uix aut penitus non prohibere medicus poterit, quin semper huius mali radices repallulent, & nouis malis, noua tormenta addant. Permissenda autem est summo opere,

impetuosa sanguinis eruptio, cum aut uasa nasi recindimus, aut basin ipsam diffecamus, qua narium parietibus polypus adhærens, alimentum ex uicino alliciebat. Sed uarices fecundam Aeginetam hoc modo exciduntur. Sunt uerò ^a uarices uene quedam dilatatae aliquando in temporibus, aliquando in ima uentris parte sub umbilico, nonnunquam etiam circa testiculos, sed maxime in cruribus. Si ergo uarices crura infestauerint, ab inferiori femoris regione, ubi etiam origo ipsorum magna ex parte consistat, curationem aggredimur. Interius enim in plures distributi propagines difficilius contrahuntur. Loro igitur tumore, funiculum superioris femoris regioni circumdamus, subemusque ut æger obambulet. Repletam exinde uenam atramento notabimus, iuxta uaricis situm ad trium digitorum paulouè amplius spatium, & ægro decumbente crura illius extendemus, alteramque funiculum supra genu injiciemus. Sic elata in tumorem uena scalpellum adigimus, qua atramenti nota est, tam altè, ut cutem dumtaxat penetret, ne uenam quandam offendamus. Oras uulneris hamulis deducimus, & inflexo cultro, quo in ramice aquo lo uisum membranas excoriamus. Postquã igitur uenam hoc pacto explicauerimus, soluemus ligamenta femoris, & ita se per cauum hamum suspenso, cum duplici lino acum subijciemus, lina que nodis prius impleta amputabimus. Scalpello deinde per medium uenam incidemus, & tantum sanguinis detrahemus, quantum nobis postulare usus uidebitur. Tum partem uasis superiorem constringimus, & sanguinem, qui in cruri est, eo eleuato, reliquum manibus exprimimus infra rursum uas illud deuincimus, & id uenæ, quod inter uincula interiacet, uel abscidimus tollimus, uel manere concedimus, donec sua sponte una cum funibus excidat. Valnus uerò ficcis linamentis opprobimus, & splenium, quod oleo, & uino madaeat injiciemus, illi quoque linteo, quod pus moueat, medicamine eandem partem perficiamus. Sed huic Aeginetæ sententiæ & Celsi chirurgiam in hoc opere causticam adijciamus. Vena omnis, ^b que noxia est, aut aduulsa tabescit, aut manu exciditur. Si recta est, si quamuis transuersa, atramentum simplex, & modica, melius aduritur. Si curva est, & uelut in orbes quosdam impleta, pluresque inter se inuoluuntur, uilius est illam eximere. Adurendi ratio hæc est. Cutis super inciditur, tum patefacta uena, tenui, & retulo ferramento, eoque candente modicè premitur, uitaque, ne plagæ ipsius oræ adurantur, quas hamulis reducere faciliè est. Id interpositis sic ferè quaternis digitis, atque per totum uaricem, quibus tandem medicamenta adustus conuenientia imponuntur. Sed cum eorum uaricum excisionem idem Celsus referat, itaque, & hoc chirurgie genus, illi superiori, quod ex mente Pauli traditur, nunc etiam subijcere statuiamus. Cutis ergo super uenam primo inciditur, cuius oræ hamulo excipiuntur. Tunc undique scalpello à corpore diducitur, caueturque, ne inter hæc ipsa lædatur. Huic hamulus retusus subijcitur, & interposito ferè, ut supra, spatio, idem, quod prius dictum est, hic perficitur. Quorsum uerò tendat uena, id hamulo extenso faciliè deprehenditur. Vbi iam idem, quacumque uarices sunt, factum est, adducta uno in loco per hamulum uena prociditur, deinde qua proximus hamus est, attrahitur, & euellitur, ibique rursus abscinditur. Atque sic undique uaricibus ipsam cruribus liberamus. Tum oras plagarum committuntur, & super emplastrum agglutinans injicitur. Sed quis uestrum non uidet, quam tediosa sit hæc Celsi operatio, quam difficilis, quam molesta? Cutis enim tanto diutius cultro aperitur, diducere, uarices expedire, atrollere, deligare, præcidere, quo pacto queo id sine insigni dolore, & molestia non fiat? Itaque ob tormenti huius fauitem, C. Mariam fortissimum uirum, cum in crure altero hanc operationem tolerasset, hoc remedij genus in altero recusasse legitur. Etenim dum medicus alterum crurum in cedere uoluit, hoc, ait, remedium doloribus istis indignum est. Maluit igitur uir malorum rolerantissimus potius ferre morbum, quam eam curationis crudelitatem ad huc femel experiri. Sed nunc ex eodem Celso, & condylomatum chirurgiam lubet addere, quæ ipsa quoque non absque acerrimo dolore conficitur. Tubercula, que condylomata appellant, ubi induruerunt hac ratione curantur. Alius ^c ante omnia dicitur. Tum uolleta tuberculum apprehensum iuxta radices excinditur. Quod ubi factum est, sequuntur, eadem, quæ supra post curationem, adhibenda esse proposui. Tantummodo si quid increuit, squama aris id coercendum est. Sic etiam

^a Aegina. 16. cap. 24.

^b Celsi lib. 7. cap. 21.

^c Celsi lib. 7. cap. 30.

etiam venarum ora, quæ sanguinem pendunt, tolluntur, ubi sanguini, qui effluit, fañes adijciuntur. Alius acrius ducitur, quo magis ora promoveantur, eoque fit, ut omnia venarum capitula quasi conspicua sint. Tum si capitulum exiguum fuerit, bafemque tenuem habeat, astringendum est lino paulò supra, quam ubi cum ano committitur. Imponenda etiam spongia aqua calente, donec libeat. Deindè aut ungue, aut scalpello supra modum id exulcerabitur. Quod nisi factum sit magni dolores subsequuntur, interdum etiam vrinæ difficultas. Si id minus est, & bafis laeior, id hamulo vno aut altero excipiendum est, paulumque supra bafim incidendum, neque relinquendum, quicquam ex eo capitulo, neque quicquam ex ano demendum. Id autem is confectur, qui nec nimium, nec parum hamos ducit. Qua postea incifum est, immitti eò acus debet, infraque eam lino capituli alligari. Si duo triaue fuerint, unum quodque primum curandum est: si plura, nõ omnia simul, ne eodem tempore vndiquaque teneret cicatrices exiftant. Si sanguis profuerit, excipiendus est spongia, deinde linamentum imponendum & vngenda femora. Interpositis quinque aut sex diebus, aurichalcinò ipecillo linamenta educenda, & si capitula simul non exciderint, tunc digito nostro promenda sunt. Sed his iam dictis ægyptiis chirurgiam aggredior. Prætereo autem eos ægyptos, qui ferè carcinomata sunt, quibus mederi periculolum est, quique mortem non minus quam accelerant. Sic eos, qui ad nates tepidunt, curare superæcaneum est, neque enim sanescunt. His tamen, quorum vitium est in oculi angulo, licet adhiberi possit curatio, nemo tamen non nouit, quod difficultatibus res implicata sit, & angustis. Nam quanto foramen angulo propius est, tanto operatio molestior est, cum regio admodum arcta fit, in qua uersari manu artificis necesse est. Sed expedit audire quidam mali coniungatur. In primis hamulo summum foraminis excipiendum, & totum illud cauum, sicuti in fistulis præceptum est, vique ad os excidendum, oculoque vicino, & cæteris partibus bene obiectis, uehementius os ferramento adurendum est. Quod si iam carie exelum fuerit, quo crassior squama abscedat, quidam adurentia imponunt, ut chalcanthum, uel chalcitidem, uel æruginem rasam, quod, & tardius, & non idem efficit. Adusto offe eadem sequitur, qua in cæteris ulis curatio. Sed periculolum multò ea chirurgia esse uidetur, cum arteriam speram urgente necessitate incidimus. Etenim chirurgicorum præstantissimi, ut ait Paulus, hanc quoque administrationem literis prodiderunt. In lymnachicis, ergo hanc operationem improbamus, in quibus omnes arterie, & pulmo affectus est. Tum enim præcifo inutilis est. Ore autem, & mento inflammationem patientibus, aut etiam tonfillis asperæ arteriæ operientibus, in colomi lanè arteria, ratio est sectione uti, quo periculum suffocationis euitemus. Igitur infra caput arteriæ manum adijimus, ita tamen, ut res quatuor uel circulos eius transiliamus, & partem illius scalpello perundimus. Totam diuidere non securum est, cum quod locus hic excarnis fit, tum quia uasa non procul delitecant. Itaque inclinato egri capite retrorsam, ut arteria fit in conspicuo, transfuerfam lineam incidimus, ducentes ipsam inter duos circulos, ne, qua cartilagine, sed membranæ, quæ orbes illos connectit, discindamus. At si meticuloſior quis in agendo fuerit, hamulo prius cutem eleuatam diuidet, deinde ipsi arteriæ incidens, uasis, si fortè occurrant, omittis, lineam ducet. Atque hæc Antyllus habet, conijciens inde arteriam scalpello pertusam esse, quod spiritus cum murmure quodam, & sonitu per eam erumpat, & quod ipsa uox quam primum intercitat. Vbi verò de strangulatu mentus non aderit amplius, tunc oras piæge renouabimus, & mox fururis commitemus. Solam tamen cutim circa cartilagineam confueramus, & appositis ad curationem præfidij uremur. His verò omnibus par est, nisi fortassis fuerit superior, ramicum chirurgia, cum aquosque, carnosos, & rophacei, tum uricosi, flatuosi, intestinorumque, ac eius, qui ad inguina confistit, quorum omnium operationem, ex Paulo Aegineta, huc adiungemus. Incipiemus autem ab hydrocele, quam hac ratione contricari conuenit. Denudata pilis pube, & scroto, lupinum hominem supra scammum reclinamus, & natibus linteum multoties implicitum, quem admodum scroto spongiam magnam subijcimus. Nos ex finitris ægri fedebimus, ministrum, ad dexteram illius sistemus, iubebimusque, ut in alteram partem distendat pudendum, & abdomen uerfus scroti cutem extrahat. Eandem

^a Celsilib. 7.
cap. 7.

^b Aegin. 4.
cap. 33.

^c Aegin. 4.
cap. 61.

cepto scalpello diuidemus. Exordiemur autem à medio secundum longitudinem, & propemodum ad pubem usque sectionem recta faciemus, non multò ei lineæ absumilem, quæ scrotum interfecat. Progrediat autem diuisio, & ad rubicundam usque tunicam penetrat. Si verò in supergenita humor hæreat, ex ea parte, qua tunica apex protuberat, diuisionem moliemur. Incisa labia per hamulum diducemus, pelliculas eas, quas *epitima* appellant, herniarum cultello, & scalpello detrahemus, rubicundam tunicam scalpello, quo venæ incidi solent, medium difsecabimus, illa maximè in parte, qua testiculo minimè connectitur. Humorem totum aut maiori ex parte educimus, partemque rubicundæ tunica tenuissimam per hamulos educimus, post quæ ex Anrylli præcepto, futuris, & cruentorum vulnerum medicatione vitamur. Si verò cutis purgedinem, aut aliam affectionem subierit, tunc uasis, quæ cum cremasterem coniuncta sunt, per laqueum exceptis, cremasterem incidimus, & testem eximimus. Postea immisso specilli capite, deorsum ad scrotum, eundem per specillum attollimus, atque sectionem acuto scalpello facimus, ut sanguis grumi, & pus, tamquam per canalem, eodem excernantur. Si verò usio nobis arripserit, omnia equidem administrabimus, quæ cum que uel ante chirurgiam hanc, uel post eam, vel in ea releta sunt, hoc scilicet, & deo, & scrotum, aut de nouo sub hamulis effluuium, culcum incidamus. Decem ita que aut duodecim sectionis, qua literam græcæ Γ referant, si que ignitis, & duobus gladiolis, primum quidem scrotum per gammata medium inuremus, & scalpello, uel hamulo cæco membranas excoriamus, cauterioque cultellari, aut ensiformi difsecando inuremus. Tunc rubicundam tunicam, quæ albore, & densitate facile cognoscitur, illius cauterij, quod Γ refert, acie perurimus, aquam excernimus, totumque, quod æquata tum est, distentum hamulis cauterio cultellari auferimus. In hernia autem æquata vinculum, ut prius, ægrotum reclinabimus, & simili pacto sectionem faciemus. Et si quidem testis agglutinaus carni vitium fecerit, ante omnia pelliculam, & membranam difsecamus, testemque ab hinc excelsum, una cum rubea tunica educimus, & cremasterem à careris uasis difsecemus. Hæc quidem adstringemus, & cremasterem difsecabimus, at concretum cum carne testem, uel alienum eximemus. Si verò circa ^a aliquam tunicam, aut uasculum caro concreuerit, diuisio scroto, & subiectis carni pelliculis, quicquid carnosum est auferemus. Sic topiacei ramis, cum eadem scroti loca occupet, eandem etiam, cum sarcocole, curationem esse nemo ambigit. Sed hæcenus triump hærnarum manuariam operationem expediimus, quæ hernia uaricosa sequitur. Hanc sic operando tollimus, Post ^b commodam collocationem, contractato scroto cremasterem ad infernam partem detrudimus (est autem cognitu facilis, ut qui tenuior sit uasis, retinens atque solidior, quique contractus dolet, & ad collem consistat, uasa uerò cum per nostros digitos, tum minoris scroto apprehendimus, si que distentis obliquam aciem scalpelli contra ipsas, in eum fortiter adigimus. Subiectas partes infixis hamulis excoriamus, uasa denudamus, ac quemadmodum in uasorum excisione, & arteriarum dilatactione præceptum est, duplici filo acum traicimus. Tum anfas filii secabimus, & ad primam, alteramque uaricis extremitatem uasa illaqueabimus, lineamque rectam in medio incidemus. Post hæc sanguinem, qui coærat educimus, & tandem suppuratione affectis locis medemur, quo vna cum uasis laqueorum vincula sponte procedant. Porro si uasa hernia eadem est incissa, quæ uaricosa fuit, singulis nempe uenis exceptis, & filo obligatis. Carterum ubi ex prolapsu intestini ram ex inciderit, hoc modo illum trahabimus. Retinente homine iuxta ^c inguina per ministrum quem eleuabimus, & lineam transtuerfam incidemus, ut in angiologia dictum fuit, ^{cap. 65.} Nonnulli tamen rectam lineam ducunt. Diuisionem de his hamulo explicamus, quæ testiculum retractum mensura adæquet. Tor hamulos rursus per cutem quartam transmittimus, quod vulneris magnitudini sufficiant, & membranas cum pinguedine uel cultro, uel hamulo cæco excoriamus, atque scalpello præcidimus. Sic detecto vndique peritoneo, ad posteriorem scroti partem indicem demittimus, inter peritonæum, & darton membranam, & posteriorem connexionem soluitur, quam extremitatem dextra manu ad interiora scroti, quemadmodum sinistra ^d quæ peritonæum retrahimus, & una cum rubea membrana testiculum ad diuisio-

^a Aeg. lib. 6. cap. 65.
^b Aegim. 16. cap. 64.
^c Aegim. 16. cap. 65.

76 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

nem adducimus. Testem uti eleuet miniftrum iubebimus. Ipsi verò simul atque pofteriorem annexum cum rubea membrana totum exoluerimus, nunquid aliqua in teftini inuolutio, in tunica erythroide perficit, digitis explorabimus, eamque deorfum ad uentrem propellemus. Tum ad peritonæi terminum, qui diuifionem refpicit, bonæ magnitudinis acum, cum lino geminato, per medium traicimus, & linis fuccifis quatuor faciemus capita, quibus viciffim ex utraque parte *κεραία*, id eft literæ græcæ, X. figuram circunfolatis, membranam uehementiffimè confringemus, & commiffis principijs grauius innectemus, ne ullum ex nutrientibus uafis alimentum fuppediret, unde vel in fæmatio, uel ali quod fimile fuboriri poffit. Alterum adhuc uinculum, quod ad minus duorum digitorum fpatio à priori diffideat, injicimus, & eam membrana partem, quam ad digitum magnitudinem, interuincula liberam reliquimus, hanc circums circa totam refecamus, atque fimul etiam teftem auferimus. Tandem parabimus *milfarium*, & ut in aquofa hernia diximus, lemnico prius inferto, quod fupereft negotij abfoluamus. Nouimus autem quofdam non ineptos homines, qui membrana erythroide excifa, candentibus ferris extremum ipfius inuiferant. Hoc ob erumpentis fanguinis metum, à ueritate haud quam abfenum efi. Hæc itaque interftinalis, ut uocant, ramis adminiftratio efi, cui & illam fubijciemus, cum interftina ad inguina delapsa prouerberuerint. Postquam ^a ad tres digitos, circa tumidæ inguina, tranfuerim cutis incifa, & pelliculæ una cum pinguedine, excimptæ fuerint, qua parte inguina faftigiamur, per medium peritonæum fpecilli caput adigimus, atque hoc pacto efficiemus, ut interftina in profundum, atque in locum fuum remeant. Qua uerò peritonæi partes eminent, illic eas futuris cõmittimus, & fpecillum extrahimus. Non tamen membranam eam recidimus, nec teftem uel quicquam aliud eijcimus, fed plagam præfidijis cruentis perfanamus. Quoniam uerò iunioribus magis probatur uifio, ita que non præter infinitum noftrum, & eandem trademus. Igitur poft moderatum motum, æger uif fiat uolenter, & cum retentione fpiritus uentrem intendat, ut tumor circa inguina manifeflus appareat. Huius locum in triangulum uel atramento fcriptorio, uel collyrio circunfcribimus, lineam tranfuerfam per inguina furfum ducimus, & figuram per triangulum medium imprimimus. Reclinato autem egro in mediam notam candens ferrum demittimus, primum quidem clauatum, deinde uerò ad trianguli cofas cauteria gammata, & totum tandem triangulum laterculari ferro aut lenticulato adæquabimus. Interea, uero miniftrum, ut faniem extergat, per totam uifionem præcipiemus. Fiat autem uifio hæc tam altè, quouique in his, qui habitu moderato funt pinguedinem attingimus. Id hæc quæquam in macilentis obferuabimus, ne membranas offendamus, ut neque in craffioribus & pinguioribus, ubi uel ante uifam incifionem pinguedo apparet. Quod igitur artificiofa quædam coniectura nobis perfuaferit, id faltem pro modulo conficiemus. Sed hæc omnia chirurgiæ genera, ex antiquorum mentè, in hernijs curandis relata, nunquid non fauis cruciatibus iunguntur? non ne ægros ad certam perniciem adducunt? Neque enim principes, & illis adherentes particula, ut funt teftes, & quæ teftibus adiacent, membrana omnes natura, abique maximo, & intolerabili dolore fecari, excoriari, inurri, funtque iam diuicæ operationes exito proximè, ut eos, qui has fubituri funt, ad morte rapi merito cenfcamus, & uel pillonibus iam à exportandos concredi. Quid enim aliud uult gentium quorundam folennitas, quibus in hac operatione uifum efi, ut publicis preces indicant, & ægrum rebus suis prius difpofitis, ac fi iam animam agas, confolando, & hortando inftuant. Quid quod tabulis communibus ab necis inuiri a medicum liberent. Quid? quod nec artífex ipfe, nifi folenni cum refatione ad ægrum ac quali deploratum accedat. Sed nosmet conferamus ad alia opera, non minus quàm cætera, grauià certè, & pernitiofa, quorum una efi partium amputatio, quam par efi fic adminiftrari. Extremis ^b partibus putrefactis, uelut manu, uel pede, ita ut etiam offa corrumpantur, antequam ad refecionem accedamus, primum corpora offibus circumfita incidenda funt. Verum quoniam hoc primum agimus, deinde longiori tempore cum ferra fectionem adhibemus, atque periculum efi, ne fanguinis eruptio fequanur, proinde rectè Leonides, non omnia protinus corpora præcindit, nifi penitus putrefacta fuerint, fed eam partem, ubi neque mul-

^a Aeg. lib. 6. cap. 66.

^b Aeg. lib. 6. cap. 64.

tas, neque magnas uenas, aut arterias esse putat. Igitur celerrime ad usque ossa primum distendat, & ferram citissimè os ipsum deubar. Sed partibus lezodis circumdat antea panniculum lineum, ea sit, paulò supra quàm lectio faciendâ est, confringit arcibus, ut sensus aciem retundet, quominus doloris ex vehementia ferri accidat, atque ut uenis compressis haud magna in copia sanguis proruar. Atque tunc resecto reliquo ignita cauteria, uasis admouebimus, sanguinemque obagatione, ut conuenit, supprimeamus, ceterisque ea ratione, qua pas mouendum est, medebimur. His tamen, & eam operationem adiungemus, quæ ex utero emortuos fetus excutit, & ut Cellus refert inter omnium difficillimas actiones medicas non immeritò connumeratur. Nam, & prudentiam summam, & actionem temperatissimam desiderat, & maximum vitæ periculum secum affert. Oportet ergo ante omnia resupinam mulierem transuerso lecto sic collocare, ut feminibus ipsius illa comprimantur, quo fit ut, & imus uenter in conspectu medici sit, & infans ad hos uulua compellatur. Hæc paru emortuo id comprimit, & ex interuallo paulatim dehiscit. Hac occasione ut uratur medicus, inuncta manu, in dextram primum debet inferere, atque ibi continere, donec iterum os aperiat, rursumque alterum digitum immittit, & per eadem occasiones alios, quo usque tota manus intro recipiatur. Ad cuius rei facultatem multum confert, & magnitudo uulua, & uis neruorum eius, & corporis totus habitus, & mentis robor, cum præsertim nonnunquam, & duæ manus inferri debeant. Pertinet etiam ad rem quàm calidissimam esse imum uentrem, & extrema corporis: neque dum inflammationem capisse, sed recentem protinus medicinam adhibuisse. Nam si corpus iam intrerit, neque dimitti manus, neque educi infans, nisi ægerimè poterit, sequiturque sæpè cum vomitu, & cum tremore mortifera neruorum distensio. Verum intus emortuo corpori iniecta manus, protinus habitum eius sentit. Nam aut in caput, aut in pedes conuersum est, aut transuersum iacet, ferè tamen sic, ut uel manus eius, uel pes in propinquo sit. Medici uerò propositum est, ut eum manu dirigat, uel in manus uel in pedes, si forè aliter compositus est, ac si nihil aliud est, ut manus uel pes apprehensus corpus rectius reddat. Nam manus in caput, pes in pedes eum conuertet. Tum si caput proximum est, immergi debet uncus undique leuis, breuis acuminis, qui uel oculo, uel auri, uel ori, interdum etiam fronti adde injicitur, deinde attrahat infansem educit. Nec tamen fetus his quolibet tempore extrahatur, quod compresso uulua ore, si id tentatum fuerit, eo que renitente infans abruptitur, & in os uulua acumen unci delabitur, ex quo neruorum distensio, & extremum mortis periculum consequitur. Igitur compressa uulua conuiescere, hiantè leuiter attrahere oportet, & per has occasiones paulatim eum adducere. Trahere autem uncum dextera manus debet, ut & infansem sinistra imposta, eumque simul dirigere. Solum etiam euenire, ut infans humore distensus, tetram odoris foedi fanem in se contineat: quod si tale est, corpusculum indice forandum est, ut effuso humore extenuetur, tum id leuiter per ipsas manus recipiendum. Nam facile iniectum uncum corpusculum molle remittit, in quo quid periculi sit, supra dictum est. Sed in pedes quoque conuersus infans non difficulter extrahitur, nisi enim apprehensus per ipsas manus commodè educetur. Si uerò transuersus est, nec ullo modo dirigi potuit, iniiciendus est alæ uncus, paulatimque attrahendus. Hac ratione ferè ceruix replicatur, retròque caput, ac reliquum corpus spectat. Remedio est ceruix præcisa, ut leparatim utraque pars auferatur. Id unco fit, qui fit similis priori, & in anteriorem tantum partem per totam aciem accutur. Tum id agendum est, ut ante caput, deinde reliqua pars dematur. Nam ferè maiori parte extracta, in uacuum uulua caput delabitur, quod sine summo periculo extrahi nequaquam potest. Si tamen incidat, iniecto mulieris uentri duplici panniculo, homo nõ imbecillus, & imperitus à sinistro latere affisat, & imo uentri duas manus imponat, altera que alteram comprimat, quo fit, ut caput ad uulua os compellatur. Id eodem pacto, quo supra positum est, homo extrahitur. At si pes alter iuxta reperus est, alter retrò cum corpore est, quicquid protractum est, paulatim abscindendum est. Et si clunes os uulua urgere coeperint, iterum retropellenda sunt, & conquisitius pes eius adducendus. Efficunt etiam alia difficultates, ut qui foliatus non exit, concisus eximi debeat. Quotiens autem infans protrahitur, tra-

dendus statim minifiro est. Is cum manibus supinis sustinens, atra here autem medius sinistra leuiter vmbilicium debet, ita tamen ne abruptat, dextera que cum fequi, usque ad eas, quas vocant, fecundas, quod velamentum infantis fuit. His vltimis apprehensis, membranas, vcnulaeque omnes eadem ratione à vulua manu diducat, totumque illud extrahat, & si quid intus remaneat concreti sanguinis, etiam educat. Tum compressis in unum feminibus, collocanda est mulier conclauis, quod modicum calorem sine vilo perflatu habeat, talisque fit in cæteris curatio, qualis in inflammationibus, & in vulneribus, quæ in locis nerveis existunt, adhibetur. Atque hæc est emortui foetus una cum secundinis, extractio. Huic omnium chirurgicarum operationum apex, & summus, nempe calculorum sciclio annectitur, cuius administrationem, ut declaremus, verba Celsi, & sententia referre lubet. * Ad calculorum excisionem festinare, cum præcepit, nullo modo conuenit, ac neque omni tempore, neque in omni ætate, neque in omni vitio, id experendum est, sed solo vere, atque in eo corpore, quod iam nouem annos, nondum quatuordecim excefferit, & si tantum mali subest, vt neque medica mentis uinci possit, neque etiam trahi posse videatur, quin ad spatium exiguum interimat. Non quo non interdum temeraria medicina proficiat, sed quò sæpius vtique in hoc fallat, in quo plura, & genera, & tempora periculi sunt, quæ simul cum ipsa curatione proponam. Igitur vbi vltima experiri statutum est, ante aliquot diebus victu corpus præparandum est, vt modicos, vt salubres, vt minimè glutinosos cibos assumat, vt a quam bibat. Ambulandi verò inter hæc exercitatione utatur, quo magis calculus ad vetricæ ceruicem descendat, quod Latini incideris, digitis quoque demissis cognoscitur. Vbi eius rei fides est, prædicis puer in ieiunio continendus est, & tum loco calido curatio adhibenda, quæ hoc modo ordinatur. Homo validus, & peritus, in sciclii alto confidet, supinumque puerum, & aduersum, collocatis super genua sua coxis comprehendit, reducitque pueri cruribus, & manibus ad poplites datis, quam maximè potest, eos attrahit, simulque ipse sic eos continet. Quod si illius qui curatur, corpus est robustius, duobus sedilibus iunctis, duo valentes infidunt, & sedibilia, atque interiora hominum crura inter se deligantur, ne deduci possint. Tum æger super duorum genua eodem modo collocatur, atque alter eorum crus eius dextrum, alter sinistrum, simulque ipse æger poplites suos attrahit. Siue autem unus, sic duo continent, super humeros ægri pectoribus incumbant. Ex quibus euenit, vt sinus inter ilia, & pubem, sine ullis rugis extendatur, & calculus, in angustum compulsa vetrica, facilius capi possit. Præter hæc etiam duo valentes à lateribus obijciuntur, qui circumstantes leuare vel unum, vel duos, qui puerum continent, non sinunt. Vnguis dein de diligenter circumcisus, duos sinistra manus digitos, indicem, & medium, leniter prius unum, deinde alterum, in anum pueri medicus demittit, & dextra digitos imo abdomini leniter imponit, ne utrinque digiti, si circa calculum uehementer concurrerint, ueficam lædant. Nec uerò festinanter in hæc, vt in plerisque agendum est, fed tra vt quam maxime tuto fiat. Nam neruorum distentiones, vetrica læta cum mortis discrimine excitat. Ac primum circa ceruicem queritur calculus, qui ibi reperitur, minore negotio expellitur. Atque ideo disci, ne currendum quidem, nisi cum in hoc indicij suis cognitum fit. Si uerò aut ibi non fuit, aut retrocessit, ad ultimam ueficam dantur digiti, dexteraque manus sensim vltra trahata, sublequitur, & calculi situs hoc pacto indagatur. Is ubi reperitur fit, qui necesse est in manus incidat, eò curiosus deducitur, quò minor leuior que est, ne refugiat, id est, ne sæpius agitanda uefica fit. Ergo ultra calculum dextra semper manus opponitur, & deorsum finiftri digiti eum compellit, donec ad ceruicem perueniat. In quam si oblongus est, sic cõpellendus est, ut pronus exeat: si planus, ut tranfuerfus sit, si quadratus, ut duobus angulis fedeat: si altera parte plenior sit, ut prius ea, quæ tenuior est, euadat in ortu: do nihil ex figura eius interelle patet, nisi lauior altera parte est, ut ea antecedar. Cuius eò peruenit, lunara plaga, cuius cornua paulò ad coxas spectent, super ueficæ ceruicem, iuxta anum, curis debet incidij, ad ueficæ ceruicem ulque. Facienda est adhuc alia plaga tranfuerfa sub cure, ubi strictior ima plaga est, qua ceruix aperiatur, donec urina iter pateat, sic ut plaga paulò maior fit, quam ipse calculus. Nã qui metu fitular, quam illo loco *χερσίδε* graeci uocant, parum patefaciunt, cū maiore eodè reuoluuntur peri-

* Celsi lib. 7. cap. 36.

nris periculo, quod calculus, cui ui promitur, iter faciat, nisi accipiat. Quod raro est per
 niciofus, si figura quoque calculi, vel a spiritudo quadam accedat. Vnde, & fanguis
 profusus, & neruorum distentio fieri solet, quæ si quis euaserit, multò tamen pa-
 rentiorem, ceruice rupta, quam habuisset incisa, fistulam habebit. Cum verò pate-
 facta est uesica, in conspectum calculus venit, in cuius corpore, si nullum est discrimen,
 & ipse sit exiguus, digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi potest. Si
 maior, injiciendus est ei superiori ex parte vnicus, eius rei causa factus. Is est ad ex-
 tremum tenuis, in femicirculi speciem, reuulsa latitudinis, ab exteriori parte lauis,
 que corpore iungitur, ab interiore asper, qua calculus attingit, si que longior effert
 debet, cum breuis extrahendi vim non habeat. Vbi iniectus est, in vtrumque latus in-
 clinandus est, vt appareat, & teneatur calculus. Nam si apprehensus est, ille simul
 inclinatur. Ideò que non minimo eo opus est, ne cum aduiciuncus caperit, calcu-
 lus intrò effugiat, sic in ora vulneris incidat, eamque conuulneret. In qua re quod-
 nam esset periculum, iam supra proposui. Vbi satis teneri calculum patet, eodem
 penè momento triplex motus adhibendus est, in vtrumque latus, deinde extra, sic
 tamen vt leniter id fiat, paulumque calculus primo attrahatur. Quo facto attolien-
 dus vnicus extremus est, vt inius magis maneat, faciliusque calculum producat.
 Quod si is aliquando à superiore parte, parum commodè comprehenditur, à latere
 erit apprehendendus. Atque hæc simplicissima calculorum est curatio. Sed varietas
 rerum, quasdam etiamnum animaduersiones desiderat. Sunt enim non aperi tan-
 tummodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem se lapsi in ceruicem, sine
 villo periculo eximuntur, at in vesica non tuò vel conquiruntur, uel attrahuntur.
 Etenim illam si conuulnerent, ex distentione mortem accelerant, multoque magis,
 si spina aliqua, uesicæ in hæreat, eamque cum duceretur conuulcauit. Colligitur
 autem in ceruice esse calculum, eò quod urina redditur difficilis, ut, & spinosum el-
 se cognoscemus, si cruenta destillet. Id maxime sub digitis experiri potest, neque
 adhibenda manus, nisi id constiterit, ac tum quoque leniter inius digiti obiciendi,
 ne uiolenter protrouendo conuulnerent, tum uerò incidendum. Multi hic quoque
 scilicet uisunt. Meges (quoniam is infirmior est, potestque aliqua prominentia
 incidere, in cifoque super illis corpore, qua caui subest, non secare, sed quod rursus
 incidi necesse est, relinquere) ferramentum fecit rectum, in summa ceruice labro-
 sum, in ima femicirculari, & acutum. Id receptum inter digitos, in dicem, ac me-
 dium, super pollice imposito, sic deprimebat, ut simul cum carne, quod ex calculo
 prominebat incidere. Quo conseqnebatur, ut femel quantum satis esset aperi-
 ret. Quocumque autem modo ceruix ea parte patefacta est, leniter, quod a sperum
 est, extrahi debet, nulla propter festinationem ui admota. Atque hæc omnis est cal-
 culorum, qui inciduntur, medendi ratio, in qua omnes penè cruciatas, quo quoque in
 caeteris aderant, ad unum qua si signum concurrere uideamus. Ad sunt dolores fauif-
 simi, timetur sanguinis profusus, parata est neruorum conuulsio, subsequitur partium
 ex lacerati inflammatio, ex affluxu humorum corruptio, & tandem ultimum terri-
 billum ipsa uitæ cum morte commutatio. Rari enim sunt, imò rarissimi, qui huius
 necessitatem, si hoc chirurgiæ genus experiantur, euadant, & si qui sunt, illud tamen
 tormenti miserum subeunt, quod ulcera ex incisione remaneant, quibus subin-
 de urina destillet. Itaque, & Celso hæc operatio maxime exitialis, præceps, & teme-
 raria est: qua de causa, & iure iurando à sepris medicina, per Hippocratem abigi-
 tur, & procul ablegantur. Superest modo curatio, quam Aegineta eunuchif-
 mum, latini eunuchionem uocant, & periculosa, & doloris plena. Fit autem, uel attri-
 tione, uel testium excisione, quarum illa pueris in folium collocatis, administratur,
 comprimendo digitis fenim ipsos testiculos, & eoque confricando, quousque
 aboleantur, & euanescant, nec dissoluti ad tactum amplius occurrant. Hæc autem sit
 scilicet, duabus lineis, que recte sint, supra scrotum incisis, unde testes exiliunt, qui
 cute detracta, & extremis feminalium uia foram funibus constrictis, mox excidun-
 tur, haud ab simili modo, quo herniæ difsecando auferri solent. Est uerò, & tertia
 ratio ab his diuersa, cum testes una cum uetro excindimus, quo pacto amasium
 suum Nero Imperator adolecentulum effeminauit, & nostris temporibus Tur-
 cæ suos eunuchos parant. Sed quam ferocem hoc est chirurgiæ genus, quam aduer-
 sum.

sum, quàm inhumanum, quàm penè à bonitate artis alienum. Etenim ad naturæ res parationem cætera artis officia inuenta sunt, hoc verò ad generis destructionem comparatum ceteris reliquis summa est utilitas, in his extremâ perniciet. Illud, enim quod omni viuenti ex natura sua maximè conuenit, & viam, naturalissimum est, fobolis scilicet procreationem auferit, & nomen vniuersumque cum genere extinguit. Hæ igitur omnes, quæ ferro, & scalpello fiunt, operationum species, & non solum tempestate adhuc in vsum vertuntur, quo loco, doloris gratia, molestiarum, difficultatis, vehementiæ, & periculi habendæ sint linguis factis ex se videre possunt. Sed his iam à nobis dictis adiugenda esse duximus, quo pacto fracturas restituerent, & luxa in integrum restituere queamus, quæ ad ministrandi ratio, & ipsa sub chirurgicis actionibus comprehenditur, nec absque ingenti dolore, & cruciata peragitur. Has tamen singillatim non licet prolequi, cum, & ea, quæ hæctenus fuerint dicta, planè modum excederint. Suffecerit paucâ quædam annotasse. In fracturis primo cum simplici, tum ea, quæ vlcus adiunctum habet, & difficilem esse operationem, & inter cæteras, ne dicam, reliquarum omnium molestissimam, nemo non nouit. Namque in priori illa, quæ fracta sunt, dirigantur, colligantur, in quiete diutius continentur, victusque scrupulosius custodiuntur. Quam diligentia summa diætæ rationem instituatam vitæque fracturæ genus requirit, ne ad partes iam infirmas humores vel confluant, vel ibidem congerantur. Si verò vlcus adiungatur, intenduntur malis plurimum, & præcipuè si prope articulum partes collise sint. Etenim, & exquiritior esse debet curatio, & periculum est profusionis sanguinis, cum à pungente of-fusum (quam aliquando, nonnunquam impacto odorisrutilo vasa pertundatur. Inflat metus inflammationis, vrget gangrenæ suspicio, premit mortifera ex neruis latis diffentio. Sic luxationum chirurgiæ inter cæteras facillimæ sunt, quæ omnes tribus modis, iisque vniuersalioribus continentur, quibus reliquæ curandi luxata rationes subiiciuntur. Eorum * primus palæstricus dicitur, qui sola manuum contrectatione fit, estque admodum inualidus, & ad corpora mollia, mulierum nimirum, & puerorum, vt, & ad macula paulò rousuifiora, si recens fuerit vitium, solummodo utilis. Alter modus methodicus est. In quo ea, quorum vlcus in communi vltia est, instrumenta adhibentur. His omnibus est idoneus, pueris, foeminis, maculis, ualentioribus, corpori iuuuili, atque ijs iam pridem luxationem passis. Tercia autem reponendi ratio fit per organa, momenti maioris, non incommoda ad prolapfa diuturna, in corporibus athletarum, & quæcumque sub methodico sanitate non receperint. Horum autem modus quifque latis in let tormenti habet, & facit, sed omnium maxime potestremus. Superuacaneum uerò tuerit, hic organa singula recensere, sufficiat ea indicasse. Nam illa uidere licet apud Orisafium, & singillatim aduertere Hilei plinhiuum, Scalani glossocomum, Nymphodori tractorium organum, eiusdem glossocomum apertum, tripatum Apellidis, seu Archimedidis fabri organum, & ex Rufo Hippocratis scammum, quæ singula acerbissimam lantè, & durissimam uim coniunctam habent. Atque hæc omnia sunt chirurgiæ genera, quæ adhuc arte nostra florent, & non raro in usum medicorum cedunt, quæ certè quantam, & ipsa uim habeant, & molestiam, quot periculis, & noxis suspentur, nemo non uidet. Quæ tamen non ob hoc negligunt, aut minus exercent gnauiter periti homines, sed illa salubria, & humano generi utilia esse existimant. Itaque si ob dolores, propter pericula, propter mala ea, quæ semper bonis permittuntur, reijcienda sint utilia, quid in cæteris saluum esse possit? quod remedij genus morbos extirpabit? Nullum est auxilium adeò etiam leue, quin noxas quaidam atque prauitatem secum afferat. Quid non difficultatis experimur in epotandis medicamentibus? quid non alicuiusmodi perpetimur, si parcius cibamur? quid cæteris præfidijs incommodi non perferre uidemur? Non enim malum bono expellitur, sed bonum malo corrumpitur: uis vi repellenda est, & malo modo malus cuneus querendus. Nullus ferè unquam morbus est, quin non alio morbo tollatur: atque quanto magis rebellis est, & contumax, tanto uehementioribus machinis oppugnatur. Sic gladius in rebus publicis, faeces, funes, rota, exilia, cæteraque tormentorum genera propofita sunt, quod dignitas ciuitatis conseruari alias nequeat, ni cuium malorum libido hoc pacto, & superbia aut retundatur, aut euellatur. Sic in

* Orisaf. de machinamentis 5.

Orisaf. de machinamentis.

bellis gerendis toleranda sunt fames, sitis, ætus, frigora, vigiliae, conficiendum est, moriendum, & extremi quidvis, pro patriæ salute perferendum. Adeo nullum fit sine periculo, & incommodo facinus magnum, & memorabile. Quare, & neque morbi sine molestijs, & periculo euelli possunt, neque vituperandus est, qui salutis ægritudini salutem curationem adhibet, sed laudandus, non qui nullis, quod fieri nequit, sed qui non quam vehementissimis cruciatibus id exequitur.

CAPVT VIGESIMVM SECVNDVM.

Quod hæc curtorum operatio minime exitialis sit.

VARECVS QVVS hæcenus superioribus duobus dicta fuisse capitibus; vniuersumque eo spectare velim, ut existimet, id nostrum fuisse propositum, ut expositis tam ijs, quæ deserunt, quam quæ adhuc vigent chirurgijs liquido ostenderemus, quanto perirent illi, qui propter operationis scilicet, dolorum magnitudinem, noxarum suspitionem; actiones quæque chirurgicas; atque adeo hæc nostram curtorum relectionem non modo rejiciant, sed contumelios etiam proscindant. Si enim ob dolores, ob molestias, ob pericula, curatio intermittenda est, proculdubio male fecerunt antiqui, dum hæc remediolorum genera, tam verenda, tam atrocia inuenerint (non tamen sine ratione,) & scriptis posteritati commendarint. Male etiam adhuc si faciant, qui in polyptis eximendis, ægropis curandis, rancibus excandis, foetibus excutendis, fetram, ignem, focipies, cultros, nouacula adhibent. Et amentes mihi esse videntur, qui carnificinam hæc non refugiant, sed vltro expetunt, quin mori illis fatius est, quam crudelitatem tantam, tam insignem in corpore suo experiri. Sed illi certe errant, qui non secus autumant. Nam quæ poterit esse cum vita commutatio? quid non potius, quam mors, ferendum est? Et quamuis multi ob hæc ad mortem rapiantur, nihil oberit, dummodo aliquando hæc remedia salutaria sint, & proficua. Sicine bellum extimecimus, cum, ut palmam obtineamus, multis etiam gladio occumbendum sit. Atque libenter viderem, si qua morbi vis hos homines inuaserit, quæ nõ alio, quam ferro, & igne redimenda sit, quæ hominum illum esse constantia, an propter remedij inmanitatem mori potius sustineant, an verò ob lucis ad eam suavis vltimam, artis operam implerent. Nullus tamen neque orationis prolixitate, neque, quod hæc ex veterum scriptis transumptum, siquidem sanus fuerit, merito incusabit. Quomodo enim tantorum hominum sententiam, quam ipsi verbis, vltill, habent, exprimeremus? quomodo id verius aut ornatus ageremus? Nam hæc in re, & Pauli, & Aetij, & Oribalij morem insequimur, qui omnium cum suæ ætatis, tum præcis medicis dicta, in sua volumina comportarunt, & quicquid Leonides, Antyllus, Mege, cæterique sua tempestate clarissimi, & nostro seculo penitus intermortui scripserint, suis vigilijs nobis patefecerunt. Quod verò proluxi sumus, illis imputandum est, qui hæc nostram chirurgiam ausi fuerint calumniari, dum eam crudelem esse dicerent, exiti ancipitem, omni crucianum genere circumallatam, & vtr breuiter dicam, cum scopolum totius chirurgiæ, hæc operationem perniciosissimum esse affirmarent, quem e vestigio rogus, & tumultus exciperet. Nec breuioribus id fieri potuit, cum non saltem ad reprimendam huiusmodi hominum malitiam, sed ut lucubrationes nostræ quibuscumque inferrent, decreuerimus. Namque hic velut in tabula explicatas habebunt iuvenes, omnes eas manuum operationes, quas præci vagæ, & dispersim explicarunt, & ad morbos quam plurimos iudicarunt commodas esse, & salubres. Cum verò aliud sit nostræ ætatis iudicium, adeo que scitum, vt & veterum scripta in examen reuocare audeat, & videamus multa præcis sculis ante celebrata, iam interitis, & noua subinde reuicere, cumque his, qui ad hæc disciplinam sele conserunt, & in operationibus nondum satis sunt versati, dure quodam opus sit, vt quid sequendum, quid fugiendum, quid amplectendum, quid rejiciendum illis ostendat: Quare virum quendam expertum atque doctum autoritatem

ritatem suam interponere, & vestigia currentibus demonstrare, haudquaquam prater rem fuerit. Solent enim imperiti ad hac tuenes, omnia sine discrimine arripere, & velut famelicum tam falubria, quam nocua absorbere, vnde errores varij in animos subeunt, & plurima in actionibus peccata committuntur. Solertia igitur opus est, quæ mella à venenis separet, quæ cibum à toxico difungat. Non enim eodem filo antiquorum scripta metienda sunt. Non eadem regula illis conuenit. Multa enim scripserunt, quæ aut enca dari, aut amplificari, aut omnino exterminari possunt. Non nobis ea libertas, qua ipsorum aliorum scripta examinant, vbi sunt, adimenda est: reges, non tyrannos eos esse volumus, non vt quod velint, cogant, sed quod rectum est persuadeant. Mihi verò non ea vis est ingenij, nec tanta exercitatio, vt me cum esse affirmem, qui, quod dixerim, præstare possim, attamen me etiam aliquid didicisse, & vidisse ingenue profiteor, quod alijs communicare humanitatis esse existimam. Quod ergo diffusiores in superioribus fuimus, ratio est, vt omnibus, qui ad hanc medicinæ partem accessuri sunt, quasi digitis demonstraremus, quam methodum in exercendis manuum operibus teneant, quid declinent, quid fugiant, quid amplectantur. Sed cum huc, quæ occulto, atque ex infidijs aduersarios nostros oppugnauerimus, iam aperto Marte eos aggrediemur, & conferto pede proeliabimur, atque tela eorum, quæ in hanc nostram chirurgiam coniecerint, aut declinabimus, aut in hostes ipsos retorquebimus. Vt ergo ostendamus negocium hoc nostrum non esse incommodatibus ijs, quæ hi homines prædicant, expostum, Galenum ipsum arbitrum constituemus, qui in quavis operatione medica solerti cura celeritatem operis, indolentiam, & securitatem, ab vnoquoque perpendi debere, ingenus autor existimat. Horum postremum adhuc tres fortitur conditiones alias operis scilicet confessionem, eiuſdem constantiam, & nullam ægroti lesionem. Sed illum ipsum dicentem audiamus. Siquidem talia * omnia amouere oportet, atque id semper agere, vt rationibus, quibus id fiat, penfitatis, optimam semper curam deligas. Sanè optimæ rationes tripliciter iudicantur, tum ex temporis curarum breuitate, tum ex curando citra dolorem, tum ex maximè tuto curando. Rursum vt tuto cures, tria præcepta sunt, quibus intentus sis oportet. Vnum primumque, vt omnino operis solutionem conſequaris, alterum ut sicubi hunc non conſequaris saltem cubantem non lædas. Tertium ut vitium non faciliè reuertatur. At hæc licet in alium finem à Galieno eò loci dicta fuerint, omnes tamen medicas operationes circumſcribunt, & præcipuè eas, quæ manuum promptitudinem exposcunt. Nec profectò ulla est medici circa humanum corpus hæc administratio, siue operatio, quam uniuersam chirurgiæ genus, in quo magis illo examine opus sit, in quo singula potius ad illam normam, & regulam reuocare debeat. Quæ cum ita sint, nonnè si probauerimus, cæteras ab hac nostra manuum operationes, raro has omnes actionis conditiones includere, at hanc curtorum disciplinam eadem semper comprehendere, nonnè, in quam, tunc indicatum fuerit, hanc chirurgiam, quod alij fecus uolant, lenitate alias, & securitate anteire, & ut illi dicunt, minimè declinandam esse. Duo igitur nobis examinanda proponuntur quorum primum est ut ostendamus perraro aliquas chirurgias reperiri in quibus, aut singula iam enarrata nota, aut ex ijs potiores concurrant: alterum, quod nostras magis attingi partes ut in hoc curtorum opere, hæc omnes conditiones accedere, nec quicquam à celeritate, & iucunda curatione deficere constituamus. Vt priori fatiſfaciamus, reuocanda sunt in mentem, quæ operationibus, quibus vti fuit antiquitas, supra anneximus, vnde singula symptomata, & cætera incommoda innotescunt, quæ ostendunt clarè, quam difficilis sit in omnibus actio, quam periculosa, quam fastidij plena. Sed paucis eadem, à lio tamen modo libet repetere. Itaque inter illa accidentia, quæ dictis operationibus conluncta sunt, in primis fauissimus dolor est, atque tum in diuturna fectiõne, vel quòd alijs cultri adigantur, & maxima substantiæ portio adimenda fit, vel quod partium, quas incidendi conuenit, natura admodum terrea, & exquisito sensu donata sit, ut ad leues qualis contrectationes doleat. Hoc videmus in periclyphico, in ramicum excisione, in artuum amputatione, alijsque quam plurimis, quorum narrationi superſedeo. Sed uel id extremi doloris argumentum fuerit, quod arctè ægri subinde confringendi, & uinculorum ut coercendi sunt, ne ex-

liant

* Gal. 14. me.
med. 13.

hanc ex dolore compulsi, & manus chirurgiam operantis subterfugiant. Proxima ab hoc symptomate inflammatio est, quæ & cum partis dignitate contingit frequenter, dum sanguis, & spiritus, duo naturæ adminicula, ad eam accurrant, & cum uisâ infignia in uicino subternantur, quæ maximam sanguinis copiam subministrant. Hoc in extractione foetus, in scroto laxatione, cæteri que similibus actionibus manifestò patet. Sed inflammationem gangræna conlequitur, fauissimum planè symptoma, uiri animantis corruptela, & mortis nuntia, ex calore interno propter humorum molem suffocato, quam in quamplurimis chirurgijs per sepe aduenire certum magis est, quam ut ulla comprobatione egeat. Hanc excipit neruorum distensio, & ipsa congener fauissa symptomata, quod nonnullis manuum operationibus familiare est, uel quod partes neruofas contrectare conueniat, quemadmodum fit, ubi lapis eximitur, uel cum nerui aut incisi, aut contusi, aut puncti uiolentur, quod in aruum dissectione usu uenit. Quod uirum certè letale est, & hominena quasi finibus ad sepulchrum abripit. His omnibus calamitate haudquaquam minor hæmorrhagia accedit, momento omnes uires prostrans, & ægrum enecans. Eam multoties occurrere contingit, si profundius partes incidere, & uasis, quæ sanguinem continent, insignioribus uim afferre necessum sit. Omnium autem symptomatum, quæ operanti bus eueniunt, deterrimum syncopè est, quæ precipiti uirtutum lapsu, & rigente nec non pallente toto corpore mortem ipsam repræsentat, atque opus artificum suspendere, & manum ab actione reuocare iubet. Ex his itaque iam prius recitatis, non obcurè parere arbitror, quæ sit cæterarum, quæ manu sunt, operationum securitas, quæ earum lenitas. Quibus accedit, quod infida, & planè dubia operis consecutio fit, cum uitia subinde recrudescant, & quod earum multæ sint, quæ absque substantiæ cuiusdam iactura, & sine ægroti detrimento administrari nequeant. Vnde manifestum est, & difficultatem maximam, & perniciem supremam hæc omnia in se comprehendere, quæ cuncta in curis restaurandis, abesse procul promptissime demonstrabimus, si ea, quæ nobis opera efficienda sint, prius proponamus, & eorum uim, ad regulas, quas Galenus nobis insinuat, tanquam ad lydiu lapidem examinemus. Sunt autem opera illa, propagnis delinatio, eius educio, in initio à brachio rescissio, narium conformatio, & tandem columnæ implantatio. Atque ut circa propagnis educationem uersemur, hæc operatio adeò cita, adeò momentanea est, ut fuerint aliqui, qui prius illam perfectam esse uiderint, quam aduerterint. Adactio enim intra lineam, quæ in forcipe est, eoque cultro tenuissimo, & leniter hinc inde perducto, statim opus absoluitur, priusquam id sensus, aut per quam leniuculè admoceant. Quod ne utique creditum difficillimum fuerit, si quis uiolenta forcipis constrictione, torpescere cutis sensum, & cultelli uim obtundi non ignoret. Indolens igitur operatio hæc, & celeris est, ideò que maxime dignitatem rei, & naturam illustrat, ut nulli cæterarum rectè comparari, aut subijci possit. Sed celerius adhuc propago educitur, & à brachio rescinditur, pari fere indolentia, hæc tamen ab illa differentia, quod ex forcipis uillic quadam aderat sensus ignauia, hic uerò suam sentiendi mediocritatem cutis obtineat. Ledit tamen à ministrationem propagnis angustia, cum exiguum fit, quod rescindi opus est. Itaque, & hoc in loco doloris paruitas, cum celeritate operationis coniuncta, præ alijs hanc actionem plurimum exornat. Narium quidem conformatio lenta est, & diuturna, ut quandam calumniam subire possit, non tamen adeò uehemens, tam molesta, tot cruciatuum noxis perculsa est, cum non eam adhuc, qua sensui opus est, adiancta cutis temperiem obtinuerit, sed nuper implantata languet, sensuque torpeat, ut, & hic non habuerit, quod redarguat, qui candidam mentem adhibeat. Sed propagnis iam rescissa, atque adeò columnæ tum conformatae infusio, haud absque dolore administrari potest. Partes enim quæ sensu acerrimo donantur, excoriandæ sunt, incidendæ, acubus traiciendæ, quæ omnia neque usque adeò cito, neque cum uoluptate perficiuntur. Verum tamen uiciumque celeritatis, & indolentia momenta requiramus, non tamen tam tarda est, & cruciatibus plena hæc operatio, quin ijs, & præcipue quæ in alijs contingunt difficultatibus, non modo conferatur, sed illis longo satis interuallo præponenda sit. Scimus enim, si grauissimi dolores angant, repente homines concidere, atque cunctas corporis functiones interpellari. Quod tamen

tamen in hac nostra chirurgia accidere, hucusque necdum obſeruauiſus. Atque ſi forte fortuna animo linqui quodſam contingat, id non tribuendum operis vehementia, ſed animi abiectiōni, cum quandoque reperiri liceat, homines ad eō molles, & effeminatos, qui vel ſola dolorum recordatione percelliuntur, nec aliquid, præter aſpectum, in ſe ipſis virile habeant. Sed hæc hominum ineptia ab artis operibus maxime ſecludantur. Indicat verò chirurgia huius benignitatem, quod ægris omnino liberis, nullaque vi vinculorum compulſis adhibeatur. Non tamen fieri poteſt, quin quandoque ſeſe commoueat, & quadatenus ferri aciem reſugiant, quis enim eſt ad eō interitus, aut quiſita ſtupidus, ut gladij vim non exhorreſcat, uel ſe ſine ſenſu truncum eſſe exiſtime? Non tamen omnes delicati ad eō, & languidi ſunt, quin, & aliquid, præcipue ob utilitatis ſpeciem, perferre queant. Itaque quæ iam enarrauiſus, uel nihil uel parum moleſtiæ hanc noſtram actionem habere, & adminiſtrationis celeritate plurimum excellere, ſatis oſtendunt. Quibus, & annectitur ſecuritas operis, cum ſimplicem ſaltem cutim contricemus, ſecemus, diducamus, tranſigamus, cum uia ampliffima abſint longus, cum partes præcipue haudquaquam ſubſternantur, ſed muſculoſa corpora, quæ ferro nec leniter quidem contingantur. Quare neque metus eſt, ut nerui, uena, arteria ledantur, neque ſani illa ſymptomata, ſyncope, inflammatio, gangræna, & cætera malorum turba ſubſequantur. Si tamen forte contingat, ut ramulum quendam uenæ, qui cutim tranſcurrat, lædi neceſſe ſit, hæc certè hæmorrhagia leiſſima eſt, cum uel rebus aſtringentibus, uel ipſo etiam ramulo incifo, nullo cum negotio ſanguis ſupprimatur. Quos enim tumultus moueat uenula uel uiolata uel exciſa? Quibus omnibus, & illis, quæ a Galeno recententur, conditiones, tanquam teſtes ampliffimi, ad ſecuritatem accedunt, operis nempe conſecutio, eiuſdem conſtantia, & nec ulla, aut perexigua ægri leſio. Si enim rectè omnia ſeſe habuerint, ſperare equidem licet, nec quicquam de operis progreſſu dubitare, cum fieri nequeat, ut qui rectè operatus fuerit, ſine ſuo fruſtretur. Quin eam in opere conſequito dignitatem aſſequimur, ut tanto, & tam in ſolito officio, non ingratas natura uices, artem reddere conſiteamur. De perennitate uerò, quis niſi puerili admodum, & debili ingenio dubitet? Nullum enim exiſtimare eſt, cutim illam coniunctam, & narium forma dotatam, futuram olim ut decidat, Tam ualide enim cum ueris partibus coaluit, ita illis inſueuit, ut, & hinc nutriatur, ſenſuque imperiatur. Quare uehementer admiramur, homines non ignotos, nec in medicina faciendâ in expertos, qui imbecillo ad eō uinculo propaginem inſitam colligari uolunt, cum cæteris membris, ut quamplurimum uel emoriatur, uel leniter etiam attrita manum ſequatur, quorum opinionem, & ratio, & experientia reſiſtit. Aegri uerò, quam minimè in hac operatione noſtra offendantur, iam ſatis ſuperque ſupra declaratum ſuit. Igitur ex iſis, quæ hæcenus dicta ſunt, colligamus, & certis exemplis, rectæque ratione permoti aſſeueremus, cæteris omnibus, quotquot fuerint, hanc curtorum chirurgiam præſtare maxime, ac longo ſpatio lenitatis, & ſalubritatis, & dignitate antecire. Nam uel ſingulis, uel potioribus notis operationes reliquæ ab hac norma, & regula curandi deliſcunt, quam Galenus præcipuam eſſe aſſirmauit, & contra hæc curtorum reparatio, & operatione celer, indolens, ſecura, atque conſans eſt, opusque ſuum conſequitur, & exigua, quin imo nulla cum ægri oſtendiſſa adminiſtratur. Itaque taceant, aut ad mentem redeant, qui artem noſtram execrantur, & condemnant, qui exilio dignam à medica facultate exiſtimant, niſi ipſi, & rationi repugnare, & experientia ſtulti, & infanti ſuo cum dedecore, turpiter reluſtare malint.



CAPITULUM VIGESIMUM TERTIUM.

Quae sint differentiae curvarum narium, laborum, auricularum, & quae earum facilius, quae difficilius, quaeque nullo pacto refarciri queant.



Ed nunc ea, quae magis ad rem spectant, rursus accipiamus, quaeque tam ad curationem, quam quo de operis successu aliquid pronuntiare possimus, plurimum conferunt. Sunt autem illa partium mutilatarum variae differentiae, quae ob naturae diversitatem, vel facilius, vel difficilius eas restitui posse inveniunt, & de maiori studio, aut diligentia remissioni nos commonefaciunt. Quod, antequam ad opus accedat, si noveris, minimum in conficiendo opere errabis, & nihil praeter opinionem tibi eveniet, ut tandem in epum illud, non putaram erroris tuo pretendas. Veruntamen primo curvarum narium differentias enarrare lubet, quae ex mutilationis modo deponuntur, & ad illam parvam normam, quae est naribus vel naturae, vel nominis sunt, recte rediguntur. Diximus enim supra cum narium physiologiam, enarrarem, ex praecorum medicorum mente, partes narium his uocabulis designari, globulo nimirum, columna, alis, dorso, & quae ab ossibus extremis dependeat cartilagine, a quibus, & nunc differentias narium relectarum, sed differentiae uocabulo latius capto, non praeter rationem desumimus. Prima igitur curvarum narium differentia est, cum columna, & alis nullatenus oblatas, nisi duntaxat globulus, & apicis summum detradum fuerit. Huius uisio sane aliqua turpitudine inest, at longe inferior, ac si alae noxam quandam incurrerint, eamque insignem. Haud enim magnopere portuicula haec, si abscondatur, narium usum offendit, quod uiarum seu cauatarum integra fere quantitas adhuc conferuetur. Nec difficulter admodum particulam hanc restituerimus, nec indecora propaginis suura est accretio, quod in carnea parte, & musculo, haec operatio exerceatur, & quod aliquando, facta fuso, ut inferius docebitur, quasi praestigis oculorum obtutum fallamus. Lenior etiam est huius chirurgiae administratio, quod, & pauciores acus transfigere, & exiguum, ab antiqua narium sede abradere opus sit. Si quid enim fuerit, quod actionem hanc molestam, & asperam reddiderit, id omne in excoriansi rigore, & furae sania consistit. His succedit alia curvarum narium differentia, quae in dextrae alarum, uel sinistrae abscissione posita est, indecora minus mutilatio, etiam illi comparata, quae a globulo resecto pendet, atque ob eam fortassis causam, quod ad latera, cum coniuncta sit, oculorum aciem nonnunquam subterfugiet, cum apex alioquin detruncatus, & in centro positus, quamprimum, & necessitate aspectui occurrat, & oculis aliorum, utcumque se quis componat, fallere nequeat. Sed longe foediorem esse mutilationem hanc, cum sese in conspectum dederit, nemo satis negauerit, quod canitates, quae subiectae sunt, latebunt, & macrosam praesabentem, ingrato sane speculo inuentibus ostendant. Restatur adhuc ea haud difficili negotio, & minori cum cruciatu. Nam exiguum est, quod deficit, minisque partes eas ferire, & acubus perungere necessarium est. Cum uero altius ascendens, & cartilagine narium attingerit, tum difficultatis plurimum, & laboris non exiguum, in conformando annectitur, maiusque est, & acerbius, quod aegrotum decet perpeti. Sed narium differentia, quae tertium occupat, haudquaquam, ac fere superiores, simplex est, sed quandam compositionem habet, si eò usque nares dissectae fuerint, ut in ipsis globus, columna, atque alarum partes, eaeque non exiguae desiderentur. Haec turpis sane detruncatio est, uniuersum faciei nitorem, & formam de-

corem destruens, & reliquis, quod aptè conformari nequeat, curam multò difficilior. Non tamen eam, quæ opus excludat difficultatem intelligimus, sed quæ in naribus efficiendis, diligentiam artificis excitet, & animum in agendo circumspèctum magis reddat. Sic enim moderandæ sunt sectiones, in hac narium efformatione, ita subtilis instruendæ, sic integumento dirigendæ, statuendæ, conferuandæ sunt, ut ad typum, quem antea natura expresserat, quantum industria nostra, & ars patitur, proximè accedant. Sed dictis hæcenus & illa differentiâ annumeratur, cum nasi portio maxima, excisis etiam imis alarum fibris, quandoque detruncata fuerit. Hæc noxa omnium facilissima, & iniquissima est, & faciei formam, hominisque imaginem tantopere destruit, ut nobis benè notos quandoque vix dignoscamus, & quasi nunquam antea visi sint, eos penitus negligamus. Itaque apud inferos, hoc inhonestum Deiphobivulnuseffe, ait Virgilius, dum sibi lacerato labia, aures, atque nares, vna cum Iybilâ comite Aeneas occurreret. Porrò hæc reparatu omnium difficillima est. Nam imæ alarum partes, quæ alioquin, ut propago inferatur firmam sedem, atque tutam exhibebant, iam plane resectæ, implantationem aut uacillare faciunt, aut molestam reddunt. Sed enim illarum detruncationes laboriosæ, & intractabiliores, in hac chirurgia sunt, quæ offcis earum partibus è vicino ponuntur, & nonnunquam ossa contingunt. Quoniam, & insignem nasi portionem reficere hæc ita facile est, & in ea parte propaginem inferere, non tam possibile, vel quod eo loci lubrica futura sit, vel quod maximam perficiendi id difficultatem, negotium includat. Non enim, ut ab hac exordiamur, futuram rectis acubus administrare possumus, ob figuræ narium conditionem, & oculorum impluua adiacentia, sed eas incuruatas, & inflexas adhibere conuenit. Quæ res, quantum, & confluendi tempus proroget, quas dolorum torturas moueat, si planè intellexerint, qui vel semel tantum acubus incuruis, in quacumque futura vbi fuerint, vel alios viuentes viderint. At nos de futuræ inconstantia natura cutis admonet, quæ minima quavis occasione, cum tenuis, nec satis firma sit, laxata, sinuulorum disruptioni locum dabit, ideoque inanis erit, & cauidâ. Quod periculum, qui circumiacent, oculi adiucent, qui, & ex propria dignitate, & ob humoris affluentiam, dum vicinæ partes feriuntur, ex dolore intumescunt, & nullo negotio linum extrudunt. Accedunt, & alia angustia, eaque maximè, cum aliè adeò nares excisæ fuerint, ut & labij superioris portio, & columnæ inferius contermina detrimentum perpessæ sint. Neque enim vel peritissimi medici ingenium hoc malo mederi potest. Vulnere enim consolidato, & cicatrici obducto, tractum acuum pars illa plurimum detracta, & fauissimos dolorem aculeos promouet, cum in excoriando, tum vbi forcipe adacta, ut acus transmitti possint, cutis ipsa subleuanda est. Postremo quibus sublimius nares dissectæ refarciuntur, in delegationis, & infitionis curriculo, quicquid est temporis, molestè nimis, & cum acerbitate tranfcunt. Nam vnicuique prolixa, & liberalius educta sit, plurimum tamen propago debet ascendere, itaque facies humero propius attingit, & ægius eò adducitur, nec non alimentum, ob loci angustiam, incommodius suppeditatur. Adijciendum etiam est, dissectiones curtorum obliquas, & incuruas ægerimè omnium consot, & maiorem artificis requirere industriam, ut iuxta proportionem spatij aptior futura fiat, quæ intercurtas nares, atque, quæ conlui debet, propaginem, tam ob coalitam, quam ob vulneris decorem necessariò expetit. Quod profectò non intellexerint, qui huic future administrandæ bis ad minimum non interfuert. His porrò, quæ hucusque diximus, & aliud curtarum narium genus apponendum est, quod nasi medio quadantenus excuato fit, & fummo eius dorso inciso. Contingit enim quandoque, ut enscadactò, media tollatur ipsius nasi caro, & velut infixa forcipe pars eius euellatur. Hinc insignia narium foramina patefcunt, ac velut per euripum spiritus ultroque citroque remeat, scedaque illa humorum uligo perpetuò destillar. Hoc porrò curtorum ge-

nus raro admodum occurrit, idque nos bis tantum modo vidimus, & diuino auxilio feliciter satis curamus, quinimo dum hæc meditaremur, obulit se eques quidam Melitenis, cui in monomachia, quod mirum est, hanc ipsius nares calamitatem exceperant. Sed hæc tamen de naribus; nunc labiorum, & aurium differentias prosequamur. Labia certe ex brachio propagine educata restitimus, non tamen eas, quas in naribus eorum plurimum distat, quod causæ est, cur in illis secus atque hic, maior quandoque in refectione difficultas emerget. Quare ex labij duntaxat quantitate, siue facilis pender operatio, siue difficilis. Nulli autem dubium est, exiguum portunculam commo- dius, quam maiorem, refarciri posse, & maiorem minori longe molestius restitui, præsertim ubi alius in labrum vel superius ascenderit, vel inferius læso descendit. Auger tamen aliquo pacto hanc difficultatem, eadem, quæ fuit in ipsis naribus incisionis figura, vel obliqua, vel curva, vel angularis, quæ non minimum in reparando, negotium medico faciunt, longè tamen clementiora sunt, & curam faciliorem, quam si tale quid, naribus acciderit. Sed hæc pauca de labijs admonuisse satis sit. Non enim natura rei plura requirit. Est quidem, & alia labiorum differentia, qua cicatricosa, vel leporina vocant, quæ tamen artis nostræ limites non ingrediuntur, cum incisionem haudquaquam exposulent, sed leui prius facta excoaratione, commissa protinus, & confusa restantur. Quare maiorem verborum apparatus minimè requirunt. Aurium porro curtatum differentia ex quantitate mutilationis pendet, atque adeo ex figura, vt de cæteris dictum fuit, quæ si rectè percepta sint, vniquemque in cognitionem læsionis harum partium non obtusè didici, & quid de operis successu sentendum sit, liquidò commonstrat. Superuacaneum verò admonuisse chirurgos omnino arbitramur, auriculas ex toto abscessas humana industria refici nequaquam posse, cum id nature partis, & materie promptitudini maxime repugnet. Illud verò eos nouisse volumus, quod dimidia partis altera, atque inferior facilius restitatur, si superioris dimidij opus respiciamus, difficilis verò altera atque ea, quæ superior est. Hæc enim cum figura varia sit, atque multiplex, cumque longè incommodius nutrirî possit, quoniam emineat, non minimum in opere difficultatis portendit. Illa autem quæ in decliuori consilens prolabantem nunc suo humorem fecerit, facilius recipit, simplici quæ, & uniformi consistat substantia, nec eos figure anfractus habet, & ambages, benignioris multò atque felicioris euenus nobis occasionem præbet. Hæc itaque sunt, quæ de curtorum differentijs, atque de operibus atque eorum in operando præcipijs dixisse non incommoda nobis videntur.



In quo restituta nares ex cutanea propagine, a naturabus ante reiectis differant.



ECLARABIMVS modo, quibus notis, atque indicijs hæ nouæ nares à prioribus illis, & vnicuique natiuis recedant. Patebit autem quousque artis terminum progrediantur, & quanta sit naturæ maiestas, quam aditu difficilis, & quam longè artem superet. Non enim fieri potest, vt si omnes neruos intenderit, & quamcumque diligentiam, vel operam adhibueris, reconditum illum, & imitatione inaccessibilem naturæ characterem assequaris. Ob quam causam, si quis operationem in hanc calumniari velit, fat sibi anas ex his præberi haud obscure videbit. Sed hoc loci illud accidit, quod in cæteris artibus vlti venire videmus, quæ proposito sibi quodam, aut hominis, aut animalis exemplo, naturæ pulchritudinem, & perfectionem atque in superficie solum exprimerent conantur. Veruntamen qui pictor ita pollens ingenia, adeo diligenter instructus, tanta cura exercitatus, ornatum naturæ penicillo, satis assequatur, satis commendat, satis imitatur, quin longius ab iuio illo, & absolutissimo eius typo discedat? Non iam dicam de plastis, de sculptoribus, de statuarijs, quorum materia intragabilior est, & opera maior: illos, debeat quis desiderare, haud quæquam in opere suo peccare. Quid ergo delideremus in hac nostra chirurgia, vbi non saltem, quæ in superficie sunt partes, sed internæ etiam reficiendæ sint, vbi materiei neque tantus est apparatus, neque adeo exquisitus, & qualicumque tandem fuerit boni consulendus est, vbi tanta instrumentorum, quæ parare decet, adest difficultas, & quod figuram, quam semel in parte efformanda expresseris, quod in alijs abique culpa sit, eam corrigere hic non possis. Non enim tibi, si nequaquam ardeat, iterum rursus recidendus est, & denuo conficiendus. Itaque plures à calumnia abest hæc nostra ars, cum tot, & tanta hinc, inde emergant incommoda, quæ operis perfectionem diminuant, sed summis potius laudibus extollenda, quod locustum illius barathri indignum spectaculum corrigat, & pristinum faciei nitorem, si minus integrum, tamen ex parte restituat. Sed profequamur in quibus nares secundæ, & arte fabricatæ à primis illis, & natiuis discernantur. Fit autem hoc colore, molliæ, sensus vigore, magnitudine, pilis, atque foraminum angustia. Nam narium cute, atque etiam faciei totius, quæ in brachio cutis exiit, semper est albicantior, itaque, & nares refectæ pallore quodam inficiuntur, & si ambiens frigus illis incubuerit, quamprimum litore suffunduntur. Sunt præterea nares hæ ipsæ natiuis multo molliores, atque ob cutis brachij naturam laxiores, quæ licet à circumfluo aere cidentur, quadantenus, eam tamen soliditatem, quam primus opifex indiderat, attingere nequeunt. Veruntamen illud necessario nobis concedendum est, quod post coactum, longo quidem temporis spatio, à semetipsis nares hæ plurimum distent, & cum primo rariorès fuerint, & tenuiores, tandem solidiores multo, & duriores euadunt. Sensu etiam restituta, nares à congenicis longè differre semper aduertimus. Prims enim diebus, à perfecta coitione, nullo ferme sensu vigere videntur. Is mox post aliquot dies obscurior aduenit, at in progressu temporis adeo increfcit, vt partes hæ primas eas atque naturales vegetiori tactu, & perfectiori longè euincant. Quæ res licet inter miranda naturæ opera reponi debeat, existimamus tamen effectum hunc à ratione minimè alienum esse, & causam illius non malè inuestigari posse. Quare cum paucis

LIBER PRIMVS.

89

paucis nunc declarabimus. Clarum est vniuersis corporis partibus, per nervos quasi perpetuos riuulos, communicari animalem virtutem, atque eorum vim è cerebro tanquam à fonte, & principio derivari. In eorum ^{a Gal. 4. de} distributione triplicem naturam scopum obseruauit. Horum primus est vt instrumentis, que motui destinata sunt, vis motrix delegetur: alius est, vt sensorijs sentiendi virtus imperietur, tertio, & postremo, vt cæteris partibus facultas quædam demandetur, quo iniurias, que aliunde ipsis incidant, saltem percipiant. Cæterum cum propter temperiem suam, que proximè ad æqualitatem accedit, tactus organum ^{b Gal. 2. de} constituitur, illud dubio procul euenire necesse est, vt ^{si cap. 4. de} quotiescumque natura temperie gaudeat, acutior etiam sensus in ea vigeat, at corrupta, & ab hac moderantia deiecta, pro substantia tamen intemperiet, minus aut nihil percipiat. Accedit, & aliud, quod vel obuius, vel acrius partes sentiant, qua maiores uel angustiores neruorum ductus participant. Quibus hic constitutis cum brachia cutis, postquam coaluerit, ex translationis impetu, & natalis soli defectu, à pristina integritate plurimam deturbata sit, non mehercule mirum est, si tum sensu ferè penitus destituatur, præsertim cum natura de rebus necessarijs magis sollicita sit, & quod primò urget, prius etiam administret. Etenim post coalitam uitam, & nutritio necessaria est, minus verò opus est, vt partes tantopere sentiant. Itaque parcius animales spiritus demandat, largius verò alimentum atque vitam, ut hæc de causa nutriantur quidem nares, atque vita fruuntur, prius tamen sensu, ad quædam temporis momenta appareant. Cum autem ulterius progressa eò quo recessit, curis redierit, liberaliùque recipiat spiritus animales, ideo increfcere sensum, & ad munia sua partem redire videbimus. Quoniam igitur ipsis naribus, ex natura sua longè sensilior brachij cutis est, itaque, & recessus natus multò sentire excellentius, & pristinam partem, atque adeo totam faciem superare tactu aduertitur, quandoquidem tunc, & natura fruitur temperie, & vberimo spirituum fluxu perfunditur. Magnitudine etiam vincere, primas illas, & congenetas partes, nares nouas constantem est, si postvnum vel alterum operationis annum, veram detruncati membri effigiem præ se ferre debent. Etenim ab ambiente frigore sensum contringuntur, & contrictæ contrahuntur, vnde plurimum de magnitudine illis decedit. Sed si à principio ad eam, quam natura præfixit quantitatis normam accefferint, cum necessario semper decrefant itaque multa potius membra, quam perfecta erunt, neque faciei decorem, sed deformitatem afferent. Quare hæc incommoda vt fugiamus, quod suo loco docebimus, multò largius ipsius propagnis moles educenda est, & quantum fieri potest, magnitudo eius adaugenda. Minus enim inalam est, amplas gestare nares, & prolaxas, atque id per breue saltem spatium, quam imminutas, & deformes, per integrum vitæ curriculum circumsistere. Non raro præterea contingit, vt in nouis naribus pili expullent, atque in eam longitudinem eluxurient, vt nouacula aliquando adhiberi necesse fit. Id tamen siue turpitudinis, siue incommodi ab naturalibus illis partibus plurimum aberat, Multo enim densior narium cutis est, & ob cartilagineam naturam siccor. Accedit quòd ea pars, cum faciei ornamento esse debebat glabra penitus, & leuis, summa quidem ratione, ab natura sapiente exculpata fuit, ad quam macieffatem nempe remotissimam ars nostra nequit accedere. Diferunt postremo restitui nares à naturalibus foraminum angustia. Et si enim ampla satis, & aperta ab artifice primùm fabricata fuerint, aramen cum callo statim obducantur, & quia curis cum mollior sit, per se contrahitur, ductus illos plurimum coactari, & contrahi necesse est. Atque id nisi tubulorum quorundam opera, quos eius rei gratia factos, naribus indimus, folerter caueamus, ad eam tandem nares deueniunt angustiam, ut, & spiritum per eas ægrè, & non nisi maximo conatu atrahamus. Hæc itaque sunt, que, qua ratione nares artificiosè à naturalibus discrepent, liquidò ostendant, quibus ob oculos positæ, & in operando inspectis sit, ut plurimum gratiæ

sedulus opifex operi suo comparat, & quæ sæpè res concomitari solent, incommodè cautè declinet.

CAPVT VIGESIMVM QVINTVM.

*Solutio quorundam problematum, qua in hoc tractatu
occurrunt.*



SE ò iam pro coronide huius libri primi pauca quedam, ea tamen non ingrata, in medium proponenda, & discutienda esse duximus. Horum alterum est, ut declarem, quonam pacto nouæ nares nutrantur, viuunt, & sentiant, alterum verò, ut symptomatum quorundam, quæ semper has nares restitutas à principio subsequuntur, rationem reddamus. Ad primum sanè illud conspicuum est, quod ex humero cum dissecta nondum, sed partibus curtis iuratis commissa fuerit, ipsa curtis traductis, beneficio caloris infiri, coalescat, & valde conglutinetur. Is enim, ut communi medicorum assensu concessum est, operationum omnium, quæcumque in corpore nostro admittuntur, instrumentum est præcipuum. Eiusdem caloris efficacia, & curis iam agglutinata, & nuper restituta ali, viuere, & sentire affirmamus. At quonam pacto id contingat, res anceps est, & ambiguitatis plena. Itaque id vti declarem, hanc iam prouinciam nobis desumpimus. Scimus in corpore nostro terna vasa prudentem naturam ad utilitatem communem architectatam esse, uenas nimirum, nervos, atque arterias, quorum ductu, & vita, & sensu, & nutrimento partes impartantur. Scimus etiam atque id oculis ipsis videmus, & nutrire, & viuere, & sentire cutim illam, quæ partibus deperditis ex arte nostra affixa est. Dicendum itaque est protectio vel nouam uisum sobolem denouò regenerari: vel conseruatis ijs, quæ cum brachio inhereret, aderant, cutis ductibus, & eorum oris, cum ijs, quæ in curtis sunt, canaliculis commissis rursus coalescere: vel si neque hoc fiat, uasa illa in curtis existentia, has nouarum partium ductus excitare, & agendi vim tribuere. Sed nemo unquam asseruerit nervos, atque arterias de nouo gigni, cum membra sint ex femine genita, & genita ex femine membra, atque sensu deperdita omnis medicorum schola, unanimi consensu neget restitui. Venas quidem denouò oriri quis asserere possit, quod hæc sententia videtur aliquando Galeno artuisse, dum uenas^a aspectabiles, atque prioribus non similes, sed planè easdem regeneratas se uidisse affirmaret. Sed id rarum esse, atque insolens idem Galenus alibi asseruit. Vis enim requiritur, quæ partes efformet, ualidissima, & materiae spermaticæ apparatus quam copiosissimus, quæ duo non ita frequenter, in lætis partibus solent suppetere. Sed ipsius uerba ascribamus. Primum^b dicendum, rarò uisum esse uenam renasci, deinde nihil omnino ex alijs. Vas enim, quod accrescendo recens uenæ ueteri adiungitur (hæc enim parte scilicet continuum est) non in qualibet corporis natura materiam copiosam ad generationem habet. Si igitur neque caro officium uenæ abscissæ circuncrescendo occupauerit, neque abundantis materiae humor defuerit, gigni iterum uena poterit. Oportet etiam simul vim, quæ est in uenis abscissis validissimam reperiri, quippe quæ partis adnascens fabricatrix est, & materiam feminalem tantam etiam suppetere, ut ab increfcente carne obstrui os non permittat, quæ utraque simul rarissime conuenire afflueuerunt. Quare generationem uenarum in his nouis uenis, si rectè Galeni uerba perpendamus, longè difficillimam esse, imò planè impossibilem rectè statuimus. Cum enim curturarum partium non adeo uegeta facultas sit, quod cutaneæ sint, & absque intercuru aliorum ossibus partibus frigidis si-

^a Gal. de med. cap. 16

^b Gal. 1. de fem. cap. 13.

hiectæ, neque tanta materiæ supellex, quanta opus esset, in promptu sit, quo modo quis uenas, easque nouas repullulare exilimauerit? Reiecta igitur secundum huius uasorum feminalium ortus in curvis partibus sententia necessitèrò fieri cogimur, aut uasa pristina utrinque partis, & canalicis, & farsculi coalescere, aut horum vim illorum influxu reuulserit, & ad solita munera vocari. Vasa certè in infra cutis propagine contineri nemo quis rectè negauerit, cum aliquando, dum myxas, & infimam columnæ partem, conformationis gratia incideremus, profluxisse sanguinem uidimus, tam large, tam impetuose, ut non sine difficultate compesci potuerit. Absolum esset dicere, eundem humorem conseruari intra cutis poros, & illis incisis promanare. Non enim magis in vna parte, quam in alia, atque id præter impetum, hoc sanguinis effluuium non contingere impossibile est. Hoc tamen eadem penitus vehementia, quæ cæteris uenis, si incidianur, vbi venit, subséquæ experti sumus. Quare rei necessitas, ne uenas in traduce adesse non fateamur, nos omnino adiigit, cum sanguinem hoc pacto extra uasa sua, alienus locus caperet. quod Galeno teste non nisi de corde dici potest, & cum peregrina in regione delitescat, hac ratione ipsæ putresceret. Itaque tam ea, quæ sunt in traduce, uasa, quam in stipite narium, conseruata hæcenus coire, & oculis adiunctis inuicem coalescere, si quid ratio ualet (nam hic oculi coeunt) proculdubio affirmabimus. Si enim sanguinem, ut dictum iam, necessarium fuerit in suis receptaculis includi, & per eam iugiter, tanquam per riuulos aliò deferri, quid fiet, si huic uasorum coalitum reijciamus. Nam aut aperis uenarum oris, vel residendo sanguis excidere, & uasa quæ in cute traduce collocantur, nouo ordine intrare debet. Sed cur non dispersus potius dilabitur? cur per carneam substantiam non diffunditur? quæ quæso vis hunc fluorem tam ritè moderetur, ut denuò ad fontem quasi nouum, & scaturiginem ad principia scilicet uenarum, quæ in traduce sunt, accurrat? quis tantam attrahendi uirtutem, præter rationem uacui, ut & sese, & alios simul nutriant, in uenis concedat? Itaque dicemus omnino iam uasa dicta inuicem coniungi, & accretione colligari. Etenim, & ma iuculas uenas conglutinari posse, haudquaquam impossibile est. Neque hic agitationem quandam, & influxum occultum concesserimus, quem si in corporeum quis, uelut celorum in hæc inferiora impressiones, si tamen fas est credere, esse dixerit, proculdubio errauerit, cum nullo non obstante obice uirtutes illæ infundantur, & causis generalibus solum influxus hic conueniat. At non eos, sed corporeos influxus habet hoc corpus nostrum, in materia quadam, non tanquam domicilio, & sede, quæ immota sit, sed quasi in causa, quæ, & ipsa efficiat, reconditos, quorum uires per instrumenta corporæ, & aspectabilia aliò transferuntur, in quibus si quid in sit obstaculi nulla uis, nulla facultas fuerit, quæ hos potes effringere, & aggerem appositum possit perumpere. Nam sic etiam nerui, & arteriæ, si mutuo consortio sui generis leungantur, agitari per uicinas, & moueri queant, quod tamen saluum esse is experientur, qui ex eò unus digiti neruulo, ad iucinum comitem, uim proximi penetrare crediderit, aut adiacentium ope arterias difcissas conseruari putauerit. Ut enim res difcissas, difcissis funibus alligatas, abscisso uno, id cui hic destinatus erat, alterius fune non attraxeris; ita neque in hoc corporis ergastulo, ubi singulis partibus singula organa legata sunt, si alterum lædatur, alterius nutu illud non adiuueris. Ergo hæc uasa inuicem coniungi, & omni dubitatione remota, uerè coalescere, rectè dicemus. Id enim, quod sentimus, si neruos spectemus, & uenas, non penitus impossibile est. Et si Galeno* credimus, tota cutis continua est, & neruosa adeò, ut eam non abs re exilimemus esse aliud, quam neruum quendam expansum, & ad minima, quæ que suis difcissis fibris explicatum. Præterea, si eundem conuilamus, uenas omnes in flagella quadam tenuia desinunt, quæ rursus extenuata sensim in tenuissima capillamenta abeunt, & vndique dispersa, ad summa uisque cutis concedunt. Itaque cum ipsa cutis totæ, & tam densas neruorum fibras habeat, cumque tanta

tae sunt tenarum illam intercurrentium summitates, quis neget has inuicem non aptari, non connecti, non agglutinari? & si non primas, saltem secundas, si neque has, at tandem tertias; & si, neque rectas, solummodo obliquas aut transuersas, cum Galenus* ipse in omnibus venis, occulta quaedam spiracula, & mutuas cum arterijs *de arterijs quibusdam* concedat. Et quid? si dicamus cutim non esse aliud quam fibras nerveas, atque venosas, minimum difficilis, commixtas, & in cutis formam explanatas (est enim cutis secundum Galenum^b sanguine praedius nervus) quem haud abominem componendi modum, ut potest ex fibris tam nerveis quam ligamentibus, dum tendines eformaret, folers natura obseruauit: itaque, & tunc absque ulla haesitatione mutuas vasorum coium concefferimus. De arterijs quidem, quod iam diximus minime certum est, cum ea eadem videamus non tam alte ad exteriores partes penetrare, sed in tro absconditas euanescere. Itaque, & ad curtas partes eas haudquaquam accedere, neque vita perfundere quispam existimauerit, quamuis tamen id Galenus^c alibi concedat. Sed neque, ut hoc fiat, apprimè expedit, cum tenuis sit substantia sanguinis vitalis, & ignea, quae facile quocumque subit, & vim suam si non diffusibus, saltem propinquis communicet. Quod, & ipse Galenus^d multoties affirmat, & in corpore nostro ipsum iecur, quod neque insignes arterias obtinet, neque in totam eius substantiam, quae tamen viuit, dispersas, insipientibus testatur. Sed id etiam de spiritu animali enuntiandum est, longe tenuiori, & penetrantiori: an id fieri nequit, quod vitali spiritui, qui semper vna fertur cum sanguine multo tenuior sit, & limpidiior, & priusquam accedat ad partes destinatas, dissipetur. Nam vitalis vis, cum densiori sanguinis corpore immoretur, vno icu transpirare nequit: ille vero, quoniam rarissimus est, & tenuissimus, nisi tunicarum obice cohibeatur, momento euanescit. An sensus ea ratione impertitur, ut terram à sole illustrari contingat? Quis neque si aër non aduenit, ut sic ponamus, aut si per spicacia sua defluatur, terrae potest communicari: ita, & in sensu si nerui non adfint, quos aeri Galenus^e rectè comparat, aut si oppositum fuerit inter cerebrum, & partem eam, quae cerebri influxum recipiat, aliquod obstaculum, neque tunc vlla fiet sensatio aut factus animalis impressio. Sic enim abscisso neruo, & obstructo uis sensitua intercidit. Itaque necessario neruorum copia, ut sensus potestas membris adueniat, tanquam aer ad excipiendum solis fulgorem expetitur, & si sensu gaudere partes refinitas concedimus, munum neruorum aut neruearum fibrarum in curis relictis congressum fieri fatebimur: e contra uerò arteriarum coalitum, ut potest superuacuum, & à naturae prudentia alienum expeditè minime dicere cogemur. Aut si quis his ipta, quae à nobis dicta sunt, non assentiat cum eo, atque Hippocrate, in naturae admirationem abrepti facile exclamare possumus, consensus unus, una conspiratio, consentientia omnia. Vt enim in horum irrigationibus, aut per occultos meatus, humor ipse penetret, aut abdita plantarum vi à longinquo etiam allucitur: ita, & in corpore nostro tam sentiendi, quam uiuendi, & reuicendi materies per uias nobis incognitas demandantur, aut ordine quodam inuestigabili, & in explicabili partibus administrantur. Cuius rei gratia naturam ipsam, sepius benigneam, optimam, sapientem, diuinam, diuinus Hippocrates pronuntiat, & potestatem illius, bonitatem, & prudentiam illustribus, & praeciarissimis laudum elogijs praedicat. Atque sic quomodo partes nuper infitae uiuant, nutriantur, sentiant, satis superque diximus: iam accedamus ad ea, quae nobis eorum symptomatum, quae naribus relictis accidunt, rationem patefaciant. Sunt autem haec sensus ignaui, color narium albicans, flacciditas, frigiditas, laxitas, liuor, & rugositas. Sed omnia haec ex uirtute operationum, quae iam diximus, nempe vitalis, naturalis, animalis, non penitus quidem exhausta, sed admodum imminuta, pendere rectè dicimus. Etenim plurimum translationis vehementia, & infolita partium sedes, à genuina temperie, quae praecipuum functionum naturae instrumentum est, partes ipsas deiecit, quae tamen, cum vis ipsa

* Gal. de aff. p. 11. 17.

^b Gal. 7. de temp. alim.

^c Gal. 7. de simp. medic. facul. 11. ^d Gal. 16. de uis. 12.


^e Gal. 7. de dec. Hip. & Plac. 5.

ipsa defuerit, & partes mutiam ex confuetudine societatem inierint, tandem aliquando recte, & in pristinum vigorem restituitur. Huius autem re-
 stitutions, haudquaquam certa tempora definire possumus, cum in calidis
 temperamenti, ipsique tam humidis, quam ficcis, ob copiam sanguinis, & be-
 nignitatem, oculus ad ingenium suum partes redeant: at in statu corporum
 frigido vel humido vel sicco ex humoris inclementia, tardius multo membra
 reuiuiscant. Non tamen a quo passim iam dicta vires accedant, sed easum
 alia prior, alia posterior. Nam longo admodum post intervallo sensus fu-
 peruenit, cum facultatis huius ratio in exquisita quadam qualitate omnium
 symmetria consistat, quae & nutriciae potentiae subsidio reparanda, & diurna
 confortij mora confirmanda est, quaeque indiuiduum comitem nempè vi-
 tae nostrae famulum fecum affert. Non enim in eorum accessu quandam ordi-
 nis eminentiam obseruari par est creditum: Si quis tamen uitalem faculta-
 tem, eo quod sanguinis tenuitate facile sese infinet, potentiam naturalem an-
 teire affereret, id quidem exiguo spatio fieri existimamus, & quo vna cum ui-
 ta, & nutrimentum defertat. Nam multoties uitalem sanguinem, & praecipue
 Galenus alere docuit. Modicae tamen quae huiusmodi vires inuicem diuisi
 possint, cum tanta & tam insigni nutritionis necessitas fuerit, ut partem eam
 emoriam esse dixeris, quae aliquando, atque idem per exiguum saltem spatium
 non nutriatur. Nam in continuo motu ipsa natura est, abque interruptione,
 & ordine prior est ceteris potentis omnibus, quae huius adminiculo, ne-
 que ad oculi nictum, uacare possunt. In curis igitur partibus, quae artis no-
 strae beneficio restituantur, primum natura, & uita uiget, & cum ad inte-
 gritatem horum influxu, & uigorem deuenierint, tandem animalis uirtus ac-
 cedit, quae cum singularem mediocritatis apparatus expectabat, sua munia
 prius explere haudquaquam poterat. Atque ex his symptomatum, quae iam
 iam enarrauimus, ratio facile patet. Quod enim aut parum, aut prouis ni-
 hil in primis nares sentiant, sed ignauia quadam torpeant, id accidit propter
 partium illarum immoderantiam, ex operationis uehementia, ceterisque
 iam dictis, concitaram. Reliqua omnia autem, tam in naturalis quam ui-
 talis potentiae labem referenda sunt. Albet enim cutis, ob defectum sangui-
 nis, quem adesse alias, rubor certissimus index comonstrat. Friget cutis,
 quia calore, qui in sanguine subsistit, haudquaquam fouetur. Flaccescit ea-
 dem, laxatur, atque rugis contrahitur, quod alimentum non suppediet;
 Alias exuto ingenio illo caudicis nouercae felicius enutritae partes, quam
 primum inuiscunt, nitent, & solidescunt. Luent etiam noue nares, ob
 caloris, & spiritus penuriam, quorum uis intro refugit, cum ob infitum tra-
 ductis frigus, tum propter partium illius raritatem, quae quaeque aeris externi
 iniurias facillime recipit. Sed symptoma hoc ipsi familiare est, quibus ante
 hyemem paulo nares restitutae sunt, & qui nulla integumentum cura adhibita
 ambientis iniquitatibus sese exposuerunt. Atque ex his unicuique licet co-
 gnoscere, quae sit ratio nutritionis, uitae, & sensus, quibus notae narium partes
 fruuntur: quidque causa sit, ut accidant ex naribus affectiones, nimirum li-
 uor, rugositas, flacciditas, & reliqua iam enarrata, quae naribus iam restitui-
 tis, uel omnes, uel potiori ex parte superuenire solent. Sed iam diu in hoc a quo-
 re nobis prius incognito uersamur; tempus esse uidetur, ut aliquando uela
 contrahamus, anchoras eiciamus, saluti consulamus, & robori, ut uiribus
 refectis, quod reliquum est itineris, commodius conficere possimus, post-
 quam, & medium ferè itineris superauimus, & a longe litus ipsum, & por-
 tum iam expetium aspiciamus. Cum enim finis, & scopus operis nostri sit
 curtarum partium refectio, quae in instrumentorum, & auxiliorum, quae nos
 ad exitum perducant, ratione inuentis consistat, atque horum facultas nisi ex-
 partium statu tam natuo quam alieno, praeterea minimè pateat, itaque dixi-
 mus iam, quae sit partium earum, quae arti huius subijciantur, & natua, & mor-
 bosa essentia: explicuimus quae sint media, qui materiae apparatus, unde peten-
 dus

Gal. 4. de
 uis. 13.

us sit, in qua quantitate eligendus, quomodo, & quando administrandus, atque id an sit cum exitio, an cum salute coniunctum demonstrauimus. Non omiffimus etiam, quæ artis huius origo fuerit, & quid alij sentiant, quidque cum ratione, & experientia respondeat. Quibus omnibus huiuscæ negocij contemplatio, tota mihi videtur absoluta esse, atque id faltem reitare, ut ad ipsum opus accedamus, & rationem, qua partes curas reñciamus, uerè, & secundum methodum tradamus, de quibus, Deo fauente, uobiscum libro sequenti ageur iufus.

Finis Libri Primi.



GASPARIS
TALIACOTII
DE CVR TORVM CHIRVRGIA
PER INSITIONEM.

Liber Secundus.

QVI EST DE HVIVS ARTIS PRAXI.

CAPVT PRIMVM.

In quo scopus huius libri, & ordo actionis, atque cum his vniuersales agendorum intentiones traduntur.

NACTENS quae ad artis nostrae partem contemplatiuam spectare uidebantur ea satis superque iudicio meo iam transigimus: superest ut operi manum admoeamus, & de ipsa curtorum actione, qui scopus noster est, sermonem habeamus. Cum ergo paulisper subsiterimus, ut resque iam refererimus, agere soluemus anchoras, erigamus malum, antennam attrahamus, uela explicemus, & quod reliquum est itineris superemus. Sed non ea maris est tranquillitas, non ea aeris serenitas, quae primum hoc aequor ingressis affulit. Non enim de uenustate aut utilitate partium disputabimus, neque aliorum sententias enarrabimus: non praecipua exanguia condemus, aut subtilitates enodabimus; sed cultros acuemus, acus, nouaculae, ferrum parabimus: incidenda cutis est, partes amputandae, membra conuellenda, constrictandum cum dolore, cuncti molestissimum, pugnantium cum grauius symptomatis, & dura quaeuis, atque acerbis nunc nobis perferenda sunt. Non tamen isthaec dicta uolumus, ut rei difficultate, proposita, uel obice quodam interiectione ad artem nostram accessum prohibeamus (id enim hominis est inuidi, & parum candidi), sed ut ingenia obstaculis excitemus, & manus ad actionem hanc promptiores reddamus: omnino uero ipsi temeritati, qua nihil peius aditum intercludamus. Omnis enim actio, secundum Ciceronem, negligentia, & temeritate uacare debet. Neque ut supra diximus, adeo uerenda est haec operatio, & euitanda, cum multis actionibus chirurgicis longe clementior sit atque benignior. Id igitur consilium nobis est ut eum, qui operabitur, neque cupiditatem in rebus non adeo momentaneis, neque penitus irreparabilibus, & praecipitem in negotiis haud plane contemptendis efficiamus: Ordinem cum obseruabimus, quem non natura rei, sed actionis consecutio nobis demonstrabit, ne artifices paulo imperitiores confundantur, quamuis, & peritionibus illud facile potest imponere. Aliud enim est rem quamque in ocio perlastrare, aliud actione ipsa experiri: & sepius, quae domi nobiscum diu multumque uersauimus, si opus aggrediamur.

nam ingenio excidunt, & quasi non lecta habeant, nequicquam conducunt. Ita que
 studebo, ut actionis rationem sic vobis proponam ut ex ipso libro, tanquam
 ad Theſei ſila, opus aggredi, perſequi, perſicere, & quati directorio, quod uo-
 cant, recta, & nullis ambagibus circumduci eò, quo uelint, poſſius perue-
 nire. Primum enim rerum ſpices, quos medicorum uulguſ intentiones, ſco-
 pos, actiones appellant, quibus omnis actio noſtra dirigatur, atque eos in ge-
 nere eò oculos ponam: deinde interſiam corporis præcautionem, quod in om-
 nibus ubique methodica medendi ratio locum habet, obſeruetur, inſtituam:
 poſtea ad particulares operationes accedam: Et quæ earum primæ fuerint, pri-
 mo loco, quæ ſecundæ, ſecundo, quæ tertiæ, tertio, quæ tandem ultimæ, ultimæ ca-
 uia & methodo, qua ego uſus ſum, nullo uel obliterato præſidio, quod negligentis
 eſt, uel ſuppreſſo, quod inuadit eſt, integrè ingenue candideque abſoluam, & ſinem
 dicendi faciam. Sed iam ad primum quod propoſuimus paulò ſupra accedo.
 Quare priuſquam rem ipſam aggrediamur, quod ſerò circumſpicendum non ſe-
 mel Galenus, ſed plus multibgin locis atque una cum eo uniuerſa medicorum re-
 publica dicitur, eò oculos uobis ponenda ſunt fines agendorum, & rationes, ad
 quos omnis actio noſtra tanquam in ſcopum collimare debet. Vt enim nulla pe-
 nitus actio neque conſilium inſeparatum inſtrumentorum peculiari conſiſtit: ita
 inſtrumenta inania, & ſuperuacanea, niſi ab obiecto, & fine operis tanquam nauis
 ab Cynoſura diriganſur, & quo ſeſe operatio noſtra conperiri debeat uelut Hera-
 clius lapis demonſtrant. Alias ut in pelago ignoro ſine duce uagi oberrabimus, &
 cum tempore, niſi peiora ſiant, & oleum, & operam profundemus. Verunta-
 men præſidia hæc, ſiue ſcopus, ſiue intentiones dicas, non aliunde petenda ſunt,
 quam ex artiſticiã ſcilicet arborum inſitione, cuius æmulam hanc noſtram chirur-
 giam ſuperiore libro diſimus. Accedite item his ad Arſtolim quædam arti no-
 ſtræ proprium, & natium. Quare ſi ordinem, quem ruſtica ſedulitas, in inſitione
 ſua obſeruat, aſpiciamus, & ſumma operis capita perfringamus, ſimul etiam uelut
 in diagrammate apices rerum, & ſcopos artiſtici noſtræ ab oſis poſitus uidebi-
 mus. Conſiſtere igitur uideatur inſitio, ut ſupra habuimus, in præpaginis uel ſurculi
 electione, in arboris quæ inſeri debet præparatione, mox in ſecta ſurculi cum tra-
 dice coniunctione, atque in ſedula ad coalitum uique conſeruatione, tandem
 quod extremum eſt huius ruſtici operis, in præpaginis a matre antiqua reſiſtione.
 Sed ut clarius rem intelligamus, agite, exemplum quoddam huius negotij ſu-
 bjiciamus quod licet ſuperiori libro ſatis ſuperque explicauimus, tamen neque
 hic præter rationem præteremus. Sed aſſiciamus hoc in loco ſuffragium Plinij, ho-
 miſis in noſtra Repub. non poſtremæ autoritatis, qui hæc uerba habet: Eſt etiam
 nona inſerendi ratio Columella: excoꝛgata, qua uel diuerſa, inſociabileſque
 natura arborum copulentur ut ſici atque oleæ. Iuxta hanc ſeri ficum iuber, non
 ampliori intervallo, quam ut contingi large poſſit, ramo oleæ quam maximè ſe-
 quaci atque obedireturo, eumque omni interim tempore edomari meditatione cur-
 uandi. Poſtea ſico a depræſuris (quod euenit trima, aut utique quinquenni ſo-
 ler) detruncata ſuperficie ipſum que deputatum, & uelut cum eſt, adraſo cacumine
 deſubi in omni ſerici uſodinum uinculiſis æturaturat. Ita quædam propagi-
 num anteriorumque temperamento triennio compoſiti inter duas matres coale-
 ſcere, quarto anno abſciſſum totum ad opus eſſe hac igitur oleæ cum ſico co-
 pula hæc præſertim opera requiri uidentur, primū rami inſerendi ſectio, de-
 inde rami inſitio, poſt hæc partium inſitarum uel conſundarum uſque quo coalu-
 erunt cuſtodia, & demum rami iam firmiter adnati reſectio. Quæ omnia ſi ad chi-
 rurgiam ea methodo, qua tradita ſunt, adaptauerimus, tunc eius quoque partes
 inſerendi exiſtimabimus non equidem omnes, ſed primas, & ex agriculturæ arca-
 nis depromptas. Nam, & artiſtici ingenio huic operi, quod infra uidebitur, aliquid
 accedit. Olea itaque, & ficus, que inſeri debent arbores paribus curſis ac humero,
 præſertim in narium, & labiorum opera, ut in auribus, regioni poſt aures ſimilitu-
 ne reſpondent. Vt ergo in illis prima cura eſt, ut ramulum, qui implantari debet,
 ſeligamus, hic prima conſilia in arte noſtra eo ſpectabunt, ut de traduce cute, quæ

LIBER SECVNDVS.

3

ex humero, aut è regione aurium educitur, cogitemus. His succedit rami oleaginei in fici truncum initio, cui in hoc chirurgico negotio cutis traducis, uel cutaneæ propaginis in curtas partes siue curta dixeris, immersio, aut reclusus implantatio æquiparanda est. Tertium autem operis rusticum est, ut ramulus infusus iam, & incuruus uinculorum opera arte contringat, ne uel exiliat, uel quouis modo declinet, atque ut ad firmam unionem usque conseruetur. Sic tertio nobis spectandum est, ut fascijs circumductis, & innodatis iam humero infra partes illaqueantur, ne aliqua uiolenta aut diuellantur membra, aut oblique, & distortè uniantur, quod eouque sedulo curandum est, donec partibus detruncatis cutaneis trahis, forti & indissolubili nexu adhaerent. Postrema tandem cura agricolis in reficiffione iam in fici rami ueritur, in qua totius operis summa consistit, & ad umbilicum res deducta est, si nonne matris furculus inlucuerit, & in alterius arboris ingenium abierit. Non tamen hæc mera est laboris nostri, scilicet, ubi propaginem resciderimus, sed aliud quid ars nostra machinatur, maius, & in quo naturam superari ab illa rectè quis contendat. Hoc enim loco ingenium natura deficit, & admiranda illa conformationis solertia, & prudentia elanguet, cui obstricari artem nostram, ut pote famulam illius integerrimam, & gratas suppetias afferre decet. Rudis enim illa, & indigesta cutis moles, postquam ab humero auulsa fuerit, in formam partis relecta ducenda est, & genuinum illud narium uel labiorum exemplar exprimendum ut decor suus, & grauitas partibus detruncatis restituatur. Quo loci naturam accedere neuisquam posse, nullus certè dubitauerit, cui materia ratio saltem perfecta est, quam non nisi puram, & sedulo elaboratam, nec non peculiari imperio partibus singulis neque largius neque parcius dictam esse, nature leges decernunt. Hinc monstra fæpissimè contingunt, & abominanda animalium conspiciuntur facies, quod operi subiecta materies uel abundet uel deficiat: uel quod manum nature artificiosam haud sequi uelit, aut quod aliena humoris substantia, & distentanea, natuam rerum perfectionem impediatur. Conformationi autem narium artificiosa illud postremum accedit, ut diligenti cura, & magna industria, iam confirmatas partes conseruemus, robur addamus, & ad constantiam perducamus. Ut enim natura non solum ortui rerum, sed conseruationi, curam fuderit: ita neque profuerit hic rem aboluisse, si opus, uix dum in lucem proditum, quamprimum intereat. Operis enim imbecillitas rudem summo opere, & imbecillus ingenij opificem offendit: & id in artibus tam laboriosis, & negotiosis, quam liberalibus laudamus, si opera eximia fuerint atque constantia. Quis eum commendabit Architectum, qui domum efficiat adeo infirmis fundamentis innixam, ut tecto uix imposito, quamprimum corruat? Quis mercatorem prædicabit, qui corrals tanta cura, & difficultate opibus, eas uel malicia, uel negligentia profundat? Quis leges, & arma laudibus extollet, si pacem, cuius ministri sunt, concilient quidem, non itidem conseruent? Non enim rem quandam tueri, quam acquirere, minor uirtus est. Itaque, & in hac nostra operatione studebimus tandem ut partes nouellas, & teneras, & propter labores exantlatos maxime imbecillas, ab omni ingruentium nozarum incommodo tuamur, ameamus, & confirmemus. A fine enim fere nostrorum operum pendet commendatio. Et quamuis non cuncta rite, & secundum modulum gesta fuerint, plurimum tamen si ultima rectè procedant, primorum defectus, & error obelatur. Sed quæ hæcenus dicta sunt, iam colligamus iterum breuibus, & in vnum fasciculum congeramus. Prima artis cura est ut cutaneam propaginem apparemus. Secundo ut eandem cum partibus curtis inferamus. Deinde ut in fici inuicem colligata usque ad coalitus tempus conseruemus. Postea ut ab sede antiqua furculum rescemus. Tunc ut partes nouas efformemus. Tandem ut iniurias ab ijs arceamus, & opus iam perfectum ad constantiam perducamus. Atque hæc omnia tenario comprehenduntur. De quibus in ceteris uobiscum eo ordine quo diximus integre, & perfecte, ab ique dolo malo tandem sermonem habebimus.

LIBER SECVNDVS.

5

opem ferendi gratia adhibentur, quæ in manuum opera, quam chirurgiam vocant, & medicamentum apparatus, quam pharmatiam appellant, consistunt. Vixens autem ratio illud totum moderatur, quod ægris peræque ac ualentibus ex usu est. Vnde tres illæ medicinæ actiue partes nempe diætetica, pharmaceutica, & chirurgica promanarunt, quæ lege non ita stabili atque certa cuique morbo peculiariter sunt, quin in quam plurimis etiam nullatenus coniunguntur. Sed temperierum ratio superius quintuplex à nobis constituta fuit, quibus omnibus, & uictu, & auxilijs, instrumentis iam enarratis prouidebimus. Cum autem, & habitum corporis spectare necesse sit, itaque studebimus, ut quos humorum malitias occupauerit, & ad ingenium suum transtulerit, quos habuit cacochymos uulgo appellant, ea ratione, ut in cæteris, & quantum fieri poterit expurgemus. Non enim que iam in præuam naturam penitus abierint, in uictu ad bonitatem transferri possunt. Nam confuetudo, quæ firmiores radices egerit, diuiculter euellitur. Videndum itaque ut non quid debeat, sed quid fieri liceat agamus. Habitui præuò annectitur confine malum (nam id statum corporis penitus transformare solet) nempe illa pestis amatoria, lues gallica, quam non uulgaribus illis machinis, sed arctibus dedita opera ad id confectis expugnabimus, quæ tamen ad eadem capita quæ antea remissionis, a se ipsis possunt. Cum autem sub hunc censum temperamentum illud uictus haudquaquam ueniat quod cum iam obtineat, quem desideramus humorum commentum, agere à calido illo, & humido exordiamur, in quo duplex illud plethorij genus facillime suboritur, nempe cum succi ex equo in uenis redundant uel cum integer ac purus sanguis reliquos in permixtionem succos uiuic magnopere, ut uenæ benigna humoris affluentia turgescentes quoquo uersum distendantur. Ne autem in propaginis apparatus humor hic molestias exciet, aut affluxum nimio, aut profusione immoderata atque adeo inflammatione, id cauebimus certè unico illo ac peculiari remedio, larga scilicet, & liberali sanguinis missione, scilicet uena iecoraria, quæ, & recto tramite, & affatim, & ipsis cordis, & hepatis fontibus sanguinem effundit. Nam præter subiacet plethorij emolumentum aliud etiam consistit bonum, ut nimirum attemperatis uenis, & uisceribus, atque adeo retulo sanguinis seruore, omnes in corpore functiones feliciter proueniant. Porro sectionem uenæ subsequitur uictus ratio accommodata, & opportuna. Hac tenuis effert debet, si quantitatem respiciamus, aut paritati quam proxima. At si qualitatem cõsideremus ab humiditate ad siccum declinet modice, eo tamen moderamine, ne ampliori, quam par est exiccatione prouentum bilis adaugeamus. Cuncta ergo, quæ ad res, quas uocant non naturales spectant, ea æquitate administrare oportet, ut sanguinis luxuriam remouentur, humiditatem uerò, quadantenus abluant modo id parce, & iuste fiat. Quibus uero rationibus iam dicta expleamus, id distisse non necessarium duximus, cum uincuique mediocriter quidem in artis officijs instructo pateant: fatique esse putauimus iam summas rerum, & apices tradidisse Pharmacia: hic nullus locus est. Non enim modo superuacua nea est, & inanis, sed corporibus hæc prorsus inimica, cum non purgantur, sed colliguntur id generis corpora, si quod infra deiciat, medicamentum assumperint. Namque cum occulta natura sympathia aut pituitam, aut aquosa superflua, aut bilem utramque attrahant, quare illi succi defecerint, nec habeat, in quod uires suas pharmaci exerceret, caliditatis suæ impetu una cum carnibus fundunt, & colligunt sanguinem, & protinus uertiginos, & tormina ingentia excitant. Huius rei testes locupletissimos Hippocratem, Galenumque Medicina principes habemus. Cui corporis status proxima est temperies calida, & sicca quam uulgo biliosam uocant, iecore & corde, & mox cæteris uisceribus calore, & siccitate affluantibus. Hoc perimecasmus plurimum nisi efferam eius uim, & indomitam quasi rabiem mitigemus. Primò itaque consultum est, ut uentrem ac primas uenas eluamus, idque tentandum leni pharmaco, ne magis magisque ex commotione bilem accendamus. Opportuna est cassia pulpa ad unc. j. s. uel electuar. lenitiuum. Potiones ubi placuerint sunt. fyr. ros. solut. fyr. uiolat. solut. alterutro ad vnc. v. uel decocto cordiali, uel aquis refrigerantibus diluto. Commodiores fuerint, nisi ex

herbis ipsi parentur decocta, oxalidis aqua, fonchi, endiu, borag, & id generis alia. Quibus si tamarindorum pulpam uel prunorum infundimas fauisculae fient potiones atque adeo leniores, & quae in huius temperamenti, etiam leui de causa effluentibus, multo tutius admittantur. Alio subdugta biliofam colluuiem, simulque eiusdem ferocitatem, quae maiores venas occupant, auxilij peculiaribus, & quae eorum uim respiciant, attemperare oportet, quo pharmaco sefe educituro magis obtemperent. Praestabunt haec terapia ex succo endiu: ex succo oxalidis: cichor: oxyfacc: simplex & alia per multa: quae diluantur vel decoctis herbarum ac feminu uel aquis ad ea destinatis, ut sunt oxalidis, endiu: capill: Veneris ros: cicher: cicer: fonchi cum reliquis. Interea praeparationis iccorariam venam aperiamus, sanguinem educamus, circumspicio tamen uirium robore, & aetate ac reliquis auxiliis medica moderantibus. Quarta uero vel sexta die ab uena sectione, uniuersum corpus pharmaco expurgandum est, atque id, quam prius validiori. Talia sunt elect: cathol: diaprunis foliar: admixto uel elect: ex succo rossuel: ros: Me-fues: horum quae posteriore adiecta sunt, rhabar: maturi pollen vires sustinet. Sin diluta magis arrideant manna cum rhabar: opportuna fuerit uel decoctum ex pulpa tamarind: myrob: citrinor: cum rhabar: per noctem infusum. Interim tamen uictus ratio accommodata sit, quae incrementum bilis arceat, & omnem iccoris aetum demulceat. Res igitur omnes non naturales ad frigiditatem, & humiditatem inclinant. Vinum album probatur, & tenue. Probatum pitianae cremor, & feminum peponum fercula ex oryza, ex cucurbita. Haec succum generant uiscidulum, nec ita prompte fluxilem, cui rei maximo opere studere oportet. Carnes sint utiuline, haedine, pulorum elix: non affe. Humor enim illis permixtus calorem quodammodo reprimat, ac siccatatis impetum sustinet. Pifces sint saxatiles. Acetaria ex borag, endiu: cichor: oxalid: pro temporis ratione ficus, uuae peniles pruna dama: scena: pepones. Non respicimus pyra, sed cocta, neque poma. Caueant uero sibi aegi ab uigilijs, curis, & animi molestijs, ueneri praefertim, quae licet excicet, & refrigeret, effozum tamen corpus, & uires imbecillas exhibet, quarum conseruatio, tanquam thesauri preciosa, non negligenda est. Interim alius, si subsistat, passulis proritabiar, seu chylifinis lenientibus. Alioquin pigra, & ignaua, uenarum ac iccoris incendium suscipit, cum quod uapore retortidi eleuentur, cum etiam, quod excrementum illud biliosum in uenas regurgitet, quo uelut calcari ad excitandam facultatem propultricem, atque ad detergendam a fordibus uentris spacia, solers natura abutitur. Histertium in ordine temperamentum succedit, frigidum aequae ac humidum, quod omni ingenio, ob impurissimam humorum colluuiem, & per quam diligenter eluendum est. Initium curationis ab uentriculo est tanquam a gurgite, & sentina huius recrementi, sensim tamen, ac quam fieri poterit, blande. Inter solida hiera est cum speciebus, elect: hiera: cum polline trochisco rum ex agarico. Potiones commodabunt mel: ros: folat, & cathol: ex decocto cymarum abinthij. Caffie pulpam, quod alij nescio quo consilio faciunt, non approbo. Non enim minus ac anis, & coriandris a peris, in hoc stomachi flatu flatu excitat, ac ingentia faepius tormina, praefertim si corpora his obnoxia fuerint. Si qui tamen paulo firmiores sint, illud cassie extractum ad unc: cum ij. antij: 3. elect: ex hiera piera aut cum polline eiusdem hiera: ad 3. 5. multo tutius deuocabunt. Hoc absolute phlegma praeparandum est, & uiscerum infarctus, quos materij tenet, & crassities generat, expediendi. Ita enim vel uuo uel atero pharmaco, pituitosae fordes eleuentur. Conueniunt igitur oxymel, syr: de beton: mel: ros: zaccar: syr: byzant: ex quinque radicibus, & omnino quae lentorem incidere, crassitatem extenuare, & uisceribus incrassatum humorem norunt abradere. Quorum mentura fit ad tria coellearia. Haec uel decocto betonice si placbit, uel abinthij, mente, origani, floechados, iure passulae uel aquis eorum dem dilui poterunt. Potest haec pharmaca, propinquentur, & quadantenus ualentiora, ut mei: ros: cum melle: co diaphoenic: elect: cathol: diacartami semiuiscia: infusio agar: trochisc: ex oxymelite. Ab horum confortio non sum moueo rhabarbarum. Nata pntiam crudam, & aquosam probè elicit. Pilulae octauo seu decimo quoquo die exhiberi

poterunt. Nam ut diximus hoc humoris saepe expurgandum est. Tales sunt ex hie-
ra cum agar. de tribus cum rhabarb. cocchiar. & si dolores artu ulos afficiant, ex her-
modachylis aut si hiberit, quæ his magis ualeant. Maxime enim studendum horum
corporum munditie. Neque interim cessandum, quin uentriculum oleis uel ce-
ratis ut robur sibi addatur, & quam liberaliter foueamus. Ab phlebotomia absti-
nendum est, nisi uel ætas, uel anni tempus id nobis per sua deat. Sit autem parca, ut
pote frigiditas corporis, & præcipue uentriculo inimica. Ab hinc uicereum frigiditas
atemperanda, & uilgo uilla cõficienda est electuarijs, & trochiscis. Talia sunt diaga-
langa, rotula ex aromatis Galeni, rhenica seu Mithridatica ad d. j. alternis diebus
exhibita: ur, & elect. ex beton. maior. cichor. additis simplicibus specibus, & refor-
matis uel syr. de corticibus citri, uel syr. stochados. Videndum præterea ne ali-
quis in uictu error obrepatur. Quare cœlium humidum uitandum est, & frigidum.
Carnibus utendum eucharis, si quæ alijs potius quam elixis, quas aromatisibus cõ-
diri non fuerit absonum. Pices ablegantur qualescunque, præter saxatiles. Et ut
breuitati consulamus, deiciantur omnia, quæcunque crassum aut lenum humo-
rem progenerant. Causæ enim sunt caro bubula, suilla, agnina, uenuecina, pedes,
& cætera extrema animalium, caseus, lac, fructus horarij, & huius generis alia. Vi-
num concedimus generosum. Nam uentriculo uires *ωυρσος* una deiciant. Eo
parcius utendum: imo licet fiat, ab hoc tamen æger quandoque abstinere. Siti
enim per calorem interius accendit, uel ut terra humor à sole, ita omnis superflua
uilgo confumitur. Nec cibum ad fatietatem usque assumere oportet, & si fieri po-
terit, quoadque à cena abstinere. Venus, si quid aliud perniciosum est. Motus, & cor-
poris exercitatio inanis, si non à cibo statim, quod maxime noxium est, sed mæne,
ad sudoris usque eruptionem fiat. Atque hæc de temperamento frigido, & humi-
do unde ad ultimum nosmet conferimus. Eadem ergo præcautionis ratio, quam
supra de cæteris habuimus, inenda est. Quare alium quam primum subducamus
elect. dia lenæ ad 3. vj. syr. de polypodio, sero ex infuso sol lenæ, & passulari de-
cocto. Postidæ serapia propinanda sunt, qualia sunt de succo borag. de lapulis,
fumaria cum aquis eod. destillatis, aut decoctis. Aquæ illæ sunt, ex borag. melisso,
phyllo, callitricho, glycyrrhiza, passiflora, spleno, cæterisque eius generis p. multis.
Pharmacum autem fuerit ex conf. hamech ex decocto myrobal. Indorum, ex infu-
sione sol. lenæ, ex syr. de epithymo, aut polypodio. Præstabit etiam quandoque
pilulas exhibere de lapide cyaneo, de fumaria. Venæ sectio ex usu erit, nisi ætas,
& anni tempus obstituerit, cum sanguinis effluuium non largo. Ea sit iecoraria aut
quam uulgo uocant, saluatella sinistra. Harum uicem hiruines supplebunt ani-
venis applicata, & præcipue ubi uel anni sectionem venæ distulerit, uel
natura expellendis superfluis per eas partes inueuerit. Verum tamen si corpora
agrotantium horum ut assolent tenuia fuerint, & exanguia, tollenda erit macies
aut ex parte corrigenda potu lactis uel caprini, uel bubuli uel asini ad multos
dies, quousque partes alimentum sentiant, & recreatæ in molem leuiter attol-
lantur. Sic uicereum intemperiem hæc electuaria emendabunt, nempe ex borag.
ex bugloss. ex violis admissis puluisculis, qui idem prætere ualeant. Interim stre-
nuo uictu cauendum est, ne humore melancholico corpora demum repleantur.
Itaque omnis diæta humectationem spectabit. Proderunt ergo carnes uitulina,
uenuecina, pullorum, autium paruorum, & si quæ alia carnes fuerint eucharis, eli-
xæ potius quam assatæ. Parentur acetaria ex borag. ex caparibus arcto passula-
to. Coquantur poma, pyra, uasè duplici, uaccaro alperia. Potus uinum esto al-
bum, subdulce. Reiciendum est crassum, nigrum atque dulce. Hoc enim uini ge-
nus statim mouet, & cum difficultate in nutrimentum abit, simulque id uiscus affi-
cit, quod alijs in melancholicis perraro suo munere fungitur. Curer æger, ut dor-
miat: (somnus enim humectat) curas simul, & sollicitudines ex animo abigat, &
hilarum iucundamque uitam uiuat. Venerem autem, uelut anguem fugiat, quæ
corpus reddit exsiccum, & nature caliditatis, spiritusque plurimum exhaurit. Hoc
pacto igitur intruenda sunt, & dedolanda corpora, si quæ à moderata illa, & om-
nium exactissima corporum consuetudine defecerint, priusquam ad alias opera-
tiones

8 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

iones nobis propofitas defendamus. Superfunt tamen ad huc, & alij duo corporum ftatus, de quibus nunc paucis agendum, quorum alter cacochymus eft, alter gallica fcabie infedus. Corpora igitur cacochyma, quamvis procul hinc ab opere noftro exulare debeant, ut pote ob humorum permittentem ineptiffima, cum tamen medicina in omnium ufum à Deo opt. maximo creata fit, & boni viri fit fuam nemini denegare operam, & humanæ fortis meminiffe, quo propter non a fpernabimur talia corpora, fed quouis modo auxilium cum arte noftra afferemus. Adhibenda autem eft diligentia, vt in cæteris, ita in vna uniuerti corporis expiatione. Praui enim illi humores, & maligni efera cere inducunt fymptomata, dum propaginem uel fecerimus, uel inferimus, excitatis ulceribus adeo grauibus vt omnem partium coalitum interrumpant. Quare propinanda funt pharmaca, ea que bis teruè repetita, præmiſſis tamen, ut aiant præmittendis, & interpoſito aliquot dierum ſpatio, vt lenſim impuritatem hanc & blandè educamus, malitiam ut ut poterit, tollamus, & quod inflat, periculi metum imminuamus. Non enim una deiectione hanc camerinam extirpabimus. Quæcunque diuturno vlu confirmata funt, non tam facile atque vno impetu poſſunt corrigi. Præſcribentur vero pharmaca ex peccantis natura humoris petra qui, & phlegmaticus, & melancholicus, & bilioſus eſſe ſolet, aliquando quidem per ſe, quandoque vero iunictem permiffus. Ita que paranda erunt medicamina uel ſimplicia uel iuſta facultatis, prout humorum ratio nos edocebit. Quæ cum ex ſuperioribus abundè pateant, ab eorum enarratione ſuperſedemus. Interim tamen æger commodò cibandus eſt, ſelectis ad hoc negotium cibis quam maximè euechymis, & qui non facile corrumpantur. Nam ſi qui talis exhibear quamprimum præuè illi colluicæ permiffus, contagione quadam in alienam, corporique inimicam ſubſtantiam conuertitur. Sed id noſtra ſedulitas uix aut nullatenus præſtabit. Iactis enim fundamentis ijlique perualidis hæc humorum noxa funditus tolli nequit: & ſemper quod putrido coniungitur idem etiam putrefcere neceſſum eſt. Euitendum tamen, ut quo adliqueris, ſedulo, & omni cura illa corpora eſpicias, nec noſtro deſimus numeri. Coctiones adiuuante ſunt, & promouende. Vt enim omnium uitiorum concoctio correctrix eſt, ita cruditas uniuerte ſalutis noſtræ deſtructrix. Id auren præſtabimus tam interò quam foris adhibitis auxilijs, elechnarijs nempe pilulis, trochilicis, perſuſionibus, inunctionibus, fomentis, ceratis, cæterisque eius generis, quorum ſyluam neminis prolixiſſimus, aliunde oportet petere. Id tamen ſerio conſulimus ut præcipue ad iecur animum adhibeatis, quo nil ad obſtructiones aptius eſt, & quod in cacochymis ſere ſemper afficitur. Si qua igitur inſarctum fit humoribus lenis atque craſſis, itaque obſtructiones amouebimus bolis, & trochilicis ex eupatorio, ex rhubarbro, ex abſinthio, dialacea, diatrium ſantal alijque quamplurimis que, & obſtructa referant, & non mediocriter iecori robur conciliant. Atque hæc ratio fit in primis obſeruanda ſi tale quoddam corpus, cuius iam meminimus, ad manus noſtras deuenierit. Alterum autem eſt, quod ex lue gallica quandam labem contraxit. Hoc mali genus quanto eſt ſeuiffimum, tanto cæteris eſt peſſimum cum ex maligna, & uenenata qualitate originem duxerit. Protinus ergo ubi corpora hæc contagione inquinata ſefe obulerint, æſtimare ante omnia oportet morbi uires, & ætatem, vt rabie eius, & immanitate uel edomita, uel quadantenus delimita hæc corpora tutius contredare poſſimus. Eſt enim cum nuper uitium contractum fit mali labes in ſpiritibus, & humoribus leuiter latent atque in ſuperficie affectus caribus, ideoque malo benignior, & maculis puſulifque hinc inde erumpentibus haud difficulter innotefcit. Quod malum, tanquam recens natum, iugulare licet protinus in ipsis incunabulis, niſi corporis affecti habitus aut uiccerum, & præcipue iecoris ftatus atque tæperies repugnet. Symptomata itaque diligenter inueſtiganda ſunt, & pernoſcenda tam ab ægris, quam ab alijs quam diu ægrum affixerint, & quiſnam illorum cumulus fit, & congeries. Nam ex horum cognitione omnis cura inſtituenda eſt. Quod ſi penitus uenenum irreperit, & præterlapſo principio malum in ueterauerit, quod offium caries alliarumque partium exefio patefaciet, id ſolum conſilij ſupererit, ut furore represso morbum mitigemus, ne uirus ex-

candelecens

LIBER SECVNDVS.

9

candescens aut in propaginem sese effundat, aut ulcera chiroia, & maligna circa arcam atque furculam exsistat. Quatuor ergo ante nucleis inuicentia huius mali est curatio, & ea in primis adhibenda, que vniuersi corporis saluti consulant, eluendo primas venas, humores digerendo, eos euacuando, cum phar macis, cum phlebotomia, obseruatis tamen ijs que recta ratio, & experientia omnium Medicorum assensu confirmata nobis prescribunt. Arripienda posthac, & iustranda ea tela sunt, quibus solis hoc malum si non conficere, at uires illius non mediocriter labefacere datum est. Tale est ligni guaiaci decoctum, uel per se uel cum sarfa parilla: prouocato interim sudore, & eo uictu proposito, quem mali natura, & substantia nobis insinuauerit. Que omnia ex suis locis petenda sunt. Non enim diutius hic immorabimur, que feliciter alibi dicta sunt, & commodius huc transferri possunt. Nec fastidio legendus esse uelim, quos ad ipsam rem proximus accedere, & in artis nostre sacraria introducere quo primum expediat. Illud tamen disertim, ut uinum aliquod, cum guaiaco paratum sit, quod tam in prandio, quam in cena propinemus. Non enim conducet modo sed, & decocti illius uicem feret, quod alijs exhiberi in more positum est, tanto quidem conuenientius, quanto id naturæ gratius est, & medicamenti uires subeunt, arque in medullas usque penetrant. Hanc igitur rationem inibimus, hanc methodum insequemur, quam primum nostræ curæ corpora quadam concedita sint, in quibus hanc artem nostram exercere integrum est. Exonim propiciendum primo, & in id sedulo enitendum est, ut corpora non impura sed, defecata, & omnis labis expertia recipiamus, quod quantum utilitatis habeatis facile cognouerit, cui perispecta fit earum affectio numq; uarietas, & copia, que corporibus cacochymis, & prauis quandoque insitatis, quotidie contingere experimur.

C A P V T T E R T I V M.

Enumeratio, eorum, que pro cutis propaginis delineatione necessaria sunt, ac omnis supellectilis apparatus.



VONIAM hucusque de corporum expiatione differimus quo salubriora ut ut fieri poterit, huic chirurgico negotio subiciatur, iam operi insistentem & de apparatu cutis traducis, siue cutaneæ propaginis, que operis nostri materies existit, cogitandum est. Hic enim statuitur carcer, a quo in opus, non fecus ac in metam sibi propositam artifex excurrit. Præsertim tamen de operis administratione loquamur, ante omnia, que ad opus præstandum necessaria sunt singillatim enumerare conuenit, ut edocentur chirurgi, quo rerum apparatu, & supellecili instructos esse deceat, cum primam hanc cutis traducis delineationem aggrediantur. His enim perspectis, & rite digestis, pro dignitate negotium administrabunt, & summa plane omni confusione cuiusuis erroris, qui subinde potest intercurrere, aniam præcedent. Eorum autem, quorum delectus habendus est, uel artificem respiciunt, uel ægri uolunt. Et que ad artificem spectant ministri sunt, & coadiutores. Nequit enim vnus solusque artifex huiusmodi præstando operi sufficere, cum sane multa peragenda sint, & eodem prorlus tempore, que aliorum operam, & subsidium desiderant. Necessarii itaque sunt chirurgo ministri saltem duo, qui non solum corporis ac manuum agilitate prompti, sed & oculis uigilanti firmis illi iugiter assistant, & mandata eius exequantur. In his uel scientia uel peritia huiusce chirurgiæ necessaria existit, aut summa omnino prudentia, & acerrima diligentia. Etenim opera eorum non modo chirurgus indiget in medicamentorum præparatione, sed etiam in dissectione faciunda, in deligatione delineatæ propaginis, ac demum in eiusdem cum partibus cutis insitione, quod uinum opus ceteris in hac chirurgia præstanta necessarijs difficultate longe admodum

dum præstat. Seligat itaque artifex, nisi doctrina peritos, ac vfu dociles habuerit, quos mente, sensibus, & corporis dexteritate vigere animaduertit, ac si rudes illi contingat, subinde ante operis administrationem edoceat, de ijs omnibus, que in hac operatione præstanda veniunt. Ita enim promptiores ad famulitium reddentur, habebitque eos ad nusus suos, quoscunque etiam, maxime fequaces, & longe obedientissimos. Intereft præterea, & loci opportunitatem seligere, in quo faciendâ sit operatio, quemadmodum, & lectuli in quo æger decumbat, & eorum, quæ huc pertinent, diligenter rationem habere. Non enim minimum refert, quis lucis modus sit, quis eius positus, & qualia pulvinaria obtingant. Horum omnium necessitatem infra aperiemus: nunc de loco parum pertransigamus. Cubile profecto pro temporis ratione ipsius administrationis, primas nanciscitur, nunquid uel ad orientem æstiuum uel brumalem, uel in austrum, uel in oppositam sibi boreæ regionem conuersum esse debeat pro temporis, inquam ratione, in quo hæc chirurgia peragetur. Quod tamen, quemadmodum, & regionis, & loci situm, humilis ne sit, an celsus, num caliginosus, an ventis perflatus, iam recensere omittemus, sed id generis studia, quemadmodum quoque alia per multa, non ignoro, & imperito chirurgo committimus atque ad ea tantum definienda accedimus, quæ propius artem attingunt, ac præ omnibus magis necessaria sunt. Nam de omnibus singillatim differere superuacuum nimis, & operosum est. Primum itaque cubile ipsum, in quo lectulus ægro statuetur, splendens sit, & clarissimo lumine illustratum, cum id genus operis summum luminis nitorem requirat, quo singula, quæ sane per multa ac varia sunt, sub oculis chirurgi, & ministrorum facile esse possint. Exigit autem nitorem lucis præfertim vna cutis propaginis delineatio, in quo opere præstando, omni ingenio cuiusuis erroris animum oportet præcidere. Nam vnde cunque, quis tandem ille, quantum siue fuerit irreuocabilis plane efficitur, aut saltem eas difficultates secum aduehit, vt eundem ad æquitatem reuocare arduum nimis, & operosum existat. Vtunque enim cereis accensis tractari possunt cætera, vna tamen propaginis delineatio lucis splendorem exspoliatur. Non enim ministri qui proprijs detraherentur munijs, in cereorum vfas reuocandi sunt, nec alij accendendi, quorum ad minimum duo esse debent, (cum enim bini cerei sint huic muneri obeundo vnus nequaquam suffecerit) qui ministris, & chirurgo quam proxime affideant, & eos hæc de causa loci angustias includant, agentque impediant. Quod quam iniquum planeque incommodum sit, vniuersique per se vident. Nam oculorum aciem candela scintillans, & exusti fungi non minimum perstringunt. Præceptum itaque illud maxime seruetur constans, & opportunum vt clarissimo aeris lumine, semota perinde omni affidentium turba opus ipsum adminutremus. Quia de causa fenestram late patentem lectulus proxime habeat, vel non longe distans, ac omnino facies ægri decumbentis aduertam. Lectulus etiam parte eius superna atque adeo ad ipsâ latera, à parietibus longo intervallo ferungatur, quò circa illum, & chirurgus, & ministri nullis angustijs præpediti, hinc inde discurrere, & circumobire possint, ea pertractaturi, quæ ex usu fuerint. Lectulum pulvinaria excipiunt, quorum vsum per necessarius existit cum in cutis propaginis delineatione, tum pro manu sustinenda, quod suo loco docebitur. Interim tria parentur, quorum rationem conueniundo definiat, & vnum pusillum ad manum componendam. Hæc lanæa sit, uel ex tomento leniori. Quæ enim plumis impacta sunt, subinde incallescunt, & quod mollia sint, prompte cedunt, quorum vtrumque maxime incommodum est. Nil enim peius est, quam si partes vulnerata inualeant, & quod ab initio cauenandum est, humoribus affluentibus distendantur, aut si, quod opus est, dum brachium sulcimus, id nouis motibus concutiamus. Interim vero chirurgum commonefacere oportet quo pacto brachium ægri collocari debeat. Id breuibus transigemus, tam ratione ipsâ quam diutina experientia & usu edocti, & ab omni disputatione, quæ non angusta nobis aperitur superfedibimus. Censemus itaque, & longe aptissimum esse existimamus vt æger in lectulo decumbat, quod & ex superioribus collegisse haud difficile fuerit. Vt cum que enim in lectulo ægro compo-
sitio, propter luminis splendorem, quod vnicum est emolumentum

LIBER SECVNDVS.

II

mentum hoc opus trahari possit, hæc tamen vel ob suum vel ob motum post diffecionem necessarium, cum ægrum omnino decumbere oporteat, molesta nimis, & importuna sedente ægro, delincaende propaginis administratio contingit. Primum enim dum ægrotus feder, ministro indiget, qui cubitum, vñamque sustineat, & brachium stabile plane, & immotum reddat. Nam leuissima quæque mutatio, dum difsecamus, plurimorum maiorum autor esse potest. Sed laboriosum est ac plane impossibile, eo metro, quo conuenit, & regula partes continere, quando vel inguente ferri acie, ob dolorem, percellatur æger, & quomodo unque tandem constringeris brachium contrahat. Has igitur difficultates in lectulo omnes efugimus, si vñ in uero corpore rite compositio in puluillos reclinemus humerum, quam si in fedili collocato diffecionem moliamur. Quamuis autem incommodis hæc aliquo ingenio possimus occurrere, vel scanno quod subtratis pului naribus, quam blande brachium excipiat; vel cathedra id generis in hunc usum fabricata, inepta tamen, & meus plena videtur hæc sedente ægro administratio, quam dico ab ipsa diffecione motus excipit. Nemo enim non nouit confestim atque brachium incisum sit, ægrum debere decumbere, & tam corpore, quam potissimum ipso brachio quiescere, ne ex motu humores concitati ad offensas partes protrudantur, & præcipue tunc cum ab incisione iam perpetrata quasi effertuant. Sæpe enim paruis inijs ingentia mala orta sunt, & exigua scintilla maximum incendium quandoque peperit. Propterea quam lenis etiam deambulatio siue gestatio illa fuerit, dum in lectulo ægrotus ex fedili feratur, quam maximo iure etiam nobis suspecta est. Dum enim æger lectum a deat contendant que utique paruo intervallo diremptum, non potest non aliquantisper brachium moueri, & vulnus intorqueri ynde vel syncopes vbi stomachi imbecillitas adfuerit, uel ob sensuum molliuicem, panicus quidam terror, & corporis stupor hominem corripit. Sic neque gestatio, si deambulationi parceremus, opportuna magis, & vtilior esse poterit. Non enim adeo exquisita, & omnibus numeris abfoluta esse queat, quin semper ob aliquas offensiones, quantumuis leues, periclitemur. Sarius itaque fuerit cum potius, cum ipsius motus ratione ægrum in lectulo decumbentem incidere, quam eo in fedili composito illas subire difficultates, quas iam diximus præcipue verò cum placidissima etiam motio, statim ab incisione facta, humores commoueat, & fluxioni aptiores reddat, quod vñum maxima præsertim cura, indelessoque studio, ac per plurium horarum spatio sedulo cauendum est. Sed hæc tenus fere omnia, quæ ad chirurgum spectant meo iudicio perfrinximus, nunc verò de illis, quæ ægro, seu propagini delincaende conueniunt, agendum relinquatur. Horum alia si rei naturam introspicimus, antequam aggrediaris opus, præagenda sunt, alia in opere, alia autem eo iam confectio. Inter ea quæ opus præcedunt, illud caput est, atque principium, vt quantum poterit, solertia, & conau videamus, quo pacto nobis sanguinis fluxor reprimendus, etique in pedes inhibendus sit, simul atque primo cutim incidimus. Quamuis enim solam cutim cæteris partibus illatis, secundo vulneremus, ne tamen eam inflammatione distendi aut erysipelate tentari contingat, hoc vulnus nobis suspectum esse debet, atque pluribus de causis, ijque non leuibus. Nemini enim non perceptum est, tam ex ipsa Anatome, quam ex ijs, quæ supra adduximus, hanc corporis nostri partem, quæ incidenda est, quam pluribus vasis ijque insignioribus stipari, vñ in nimirum, neruis, acque arterijs, ea que, cum a ventre, per loca ad axillas, decliua, suo singula caudice, perducta sint, ad humeri articulum in minores ramos difcindi, eoique rursus in multam lobolem diduci, & tenuissimas flagellis vñ ueris brachij spatia intercurrere. Hic ergo, qua parte scissio fit, ingentia vasa sub cute delitecunt, & vulneri affibunt, quæ haud difficulter, nisi caueamus, posse ladi vñ quicquæ videt. Accedit, & vulneris amplitudo, pro ratione, & modo ipsius tra ductis, quem non exiguum, sed prolixum fatis atque latum esse, perfectio operis requirit. Etenim licet vna scissione tantum vulnus infigatur gemina tamen illius facies est, simul atque forcipem relaxaueris, duasque habet lineas æquali quidem spatio, at non modice distantes, quas idcirco parallelas dicimus, quorum que ambitu parallelogrammon

grammon exacte circumfcribitur. Quæ plagæ amplitudo feu magnitudo, quam tam vim, quale periculum in fe continet nemo eit, qui non noverit, præcipue cum non raro, & venulam quandam incidit, & partes lubectas denudat necelfario contingat. Illud enim euitare, quocumque tandem velis modo, nequaquam licet, cum quandoque membranam, quam ob fibras carneas, carnofam vocant, editores quandam venula perprent, quas eandem cum cute, violentiâ experiri, & ferro difcindi necelfe eit. Sic vbi cutis, quæ propaginem conftituit, iam incifa feic contraxerit, quod necelfitate quadam confequitur, tum ea, quæ reliquam ambit humerum in infigne fpatium, lacumque panditur ex quo tandem omnes, quæ fubtrate funt, particule in confpectum prodeunt, & nullo tectæ velamine penitus denudantur. Ex quo vulneris hiatu, quantas, & quam multas luboviri noxas accidat nemo certe iuerit inficias, & propter eius infolentiam, nec non quod hinc aer paulo immoderatio irrumpat. Etenim vtrunque partes hæ probe manentur, nunquam tamen eius generis tegumenta, natiuo, & congenito tectorio æquipollent. Cum igitur ex vulneris amplitudine quo loco ingentia vafa natura pofuit, cæterifque his annexis humorum confluum ad afe ciam partem concitari poffe videamus, quare vt velut ab alta specula proudentes, his calamitatibus occurramus, hoc periculum auertere confilium eit, & ad motis prætidij humorum impetum quoad licet coercere, & omnino intercludere. At horum nõ eadẽ atque fimplex natura eit. Vna enim terrena eit, & ficca, aquea, & frigida altera: alia quidẽ validiffima, alia vero imbecilla. Ex leperioribus fere funt lactuca, trifolium, polygonum, auricula maris, lenticala paluftris, p. folijs, vmbilicus treneris, & perunni, porulaca, ovi liquor, & id generis permulta alia. Alterius ordinis eit omphacii, folanũ, rubus, capreoli virũ, plantago, forbi, corni, mepilli, ciconij, myrti folia, eorũque fructus, rofarũ capita, balauftia, fumach, acacia, bolus armena, nuce, cupreffu, galla immatura & multa alia. His adiungitur graecorum poica, acerum nimirum, & aquam ea proportione continens vt gultui minime inliuuis fit, quo pacto huius mixturæ fymmetriam Galenus definiuit. Ex his igitur omnibus, quæ pottiora funt, & magis conueniant, in viam iuam chirurgus feleget, quorum tamen nos, & formulas perferibemus, atque ea tradituri fumus quæ familiaria nobis efe conueuerunt. Sed quando hinc auxilij, quæ in parte aut ficca, prius decernere oportet. Atque vtrã loco incipiamus, certe natura rei docet, ac velut dignis commentat. in propinquo partis, quæ fanguinis impetum expedit, id generis prætidia circumponenda efe, & quam maxime ad fupernam regionem. Ita enim, quafi manuum compreffu, aut vinculo his quibusdam infectis, præfabimus, quo minus ab elatioribus partibus, ad fubiecta loca, & plagæ vicina fanguis poffit conflueret, fed confpatis quæ fubiaceat, vafocam meatiõs repellatur. Eit autem locus hic vniuerfa articuli humeri regio tam fuperna quam inferna interior atque exterior, quæ & a capite, & a fubiecto illi thoraco, quicquid fanguinis tranfertur, omne excipit, & ad cæteras brachij partes demandat. Plurimum autem nos fufpendos teneat, illa quæ fub axillis eit humeri regio, quæ ductis quidam ampliffimis genam atque arteriarum per thoracem fublatis, prorumpunt, quæ hactenus ex ipsis fontibus fanguinem, pleno alueo fufcipiunt. Quare parti huic vnde longe vehementior inundatio ingruat maiori fedalitate confulendum eit, quod quam apuffime fiet, fi pilis prius præcijs, iam dictam regionem medicamentis diligenter, & abfq̃ue intermissione foueamus. Cæterum negotio huic perficiendo ea hora accomodata fuerit, quæ fub iplam operis adminiftrationem cadit, dum cætera, quæ vlti futura funt, inter ea adornantur, fiatque id femihoræ fpatio ante. Hoc munus alteri miniftrorum deferri poterit, vbi vna cum artiõce dum reliquam apparatus inffituit, alter detinetur. Illa tamen adit cautio, vt poffit breue temporis interuallum ab ique mora ea, renouemus, ne propter partis calorem vbi ipla quoque incaluerit, minus præfartare valeant, quod ab ipfis expectamus. Sed repellentium iftorum varia, & diuerfa genera funt: alia quidem folida alia mollia, alia tandem humida. Ex primo ordine tale quoddam fuerit. Recip. olei rofar. omphac. vnc. j. s. myrtini. vnc. j. fangu. dracon. terræ figillatæ an. vnc. j. boli armen vnc. j.

vnc. ʒ. camphoræ. dj. cera albæ. ʒ. vj. Cōfundantur quæ conuendenda sunt subtilif
fime, & cera cum oleo eliquetur ad lentum ignem, addantur pulueres, vbi parum
refrigerit & reficiantur secundum artem. His maus, & refrigerandi, & astringendi
robur addemus, si ea aceto rosato abluerimus. Illiniatur ergo lintecolum quod-
dam, & vniuersa humeri regio circum qua que muniatur. Eadem ratione atque
hoc sub linimenti forma aptum fuerit. Recip. olei rosati. vnc. j. smyr. vnc. j. aceti
nigri acerrimi vnc. ʒ. puluer. boli armen. vnc. j. agitentur omnia in mortario
plumbeo, quousque confitent, & obliniatur vndique atque humeri articulus. Sed
si magis arriterit, hoc vti que repellente vtemus. Recip. succi plantag. semperuiui
folan. an. vnc. ij. aceti nigri acerrimi. aq. ros. vel pedunculorum ros. plantag. an.
vnc. ʒ. Infundantur lintea in liquore hunc, atque illis adu frigentibus vniuersas
articulus circum late foueatur. Si tamen decoctio potius conuenierit, eam tali pa-
cto parare decet. Recip. summach. fummit. rubi, myrtill. gall. imatur. balaustior.
ros. an. m. j. fiat decoctio in uino nigro aufero, quousque tertia pars superfaerit, in-
fundantur lintea, & dicto iam modo applicentur. His omnibus sic expositis, quo-
rum opera vtilis esse videbatur ante operis aggressum, nunc ad ea accedendum,
quorum animaduertio in opere necessaria est. Sunt autem hæc forceps atque cul-
tri, quorum cura, dum ministri alijs occupationibus detinentur, chirurgum tangit,
animaduertat igitur nunquid illis desit, an acie valeant, sicine, an focus conue-
niant, eaque in lancem peculiarem componat, ut cum vltus postulaerit, ad ma-
nus esse queant. Et oculis ægri subducatur, ideoque vel linteo, vel alia re quavis ea
obuelauerit. Plurimum verò interest hæc chirurgum ipsam curare, cum non possit
non fieri vt negligentius ijs vel paratis vel collocatis non leues noxas ex mora
vel agendi ineptia incurramus, cuius errati occasio vt & reliquorum, omnis post-
modum in artificem, non in ministros referri solet. Quapropter non tantum hæc,
sed & reliqua omnia, quæ ad hunc apparatus necessaria sunt, acriori diligentia
chirurgus, & scrupulosius rimetur, num recte administrata sint, & suis quaque lo-
cis disposita, ne incisa iam propagine insigni cruciam ægri, & malo vulnere, sua-
que ipsius medici ignominia, & ædecore, mortam quandam interponi, & opus
prorogare necesse sit. Vt enim non satis est agricolas functum fecerere, & ad alte-
rius arboris truncum deligare, sed id quomodo, & quibus fiat priusquam opus ag-
grediantur, diligenter rationem habere, sic boni artificis fuerit non solum videre,
vt recte curam delineet, verum etiam qua ratione iam delineatam deliget, eique
medelam adhibeat, omni studio, & attentione circumspicere. Atque hæc absolu-
to opere peragenda sunt, quorum tamen rationem præmeditatam, & apparatus
instructum habere decet. Hic omnis in his sequentibus veretur. *Primum vt lin-*
teum adit, quod in vulnus immittitur. Secundo vt stuppas in promissa habeantur,
quibus ipsam plagam, & partes circumiacentes muniamus. Deinde vt medica-
menti, quo stuppæ imbuantur adfit copia. Postea vt lintecolum suppediet,
quod super stuppis impostum vulnus ipsam contegat. Tandem verò scia opus
est, vt stuppas eas obuoluamus, & vulnus deligemus. Sed quæ sit omnium horum
necessitas, iam paucis demonstremus. Atque primum linteam quoddam intra
cutim, & subiacentes ei partes immittit, & necessarium est, ut illius interposita à mu-
sculis subreptis iam incisa cutis dirimatur, nec semel dirempta, cum illis de nouo
coalescat. Etenim consilium est cutim à brachio educere, atque eatenus eforma-
re, vt curtis partibus, quæ in fitione reparandæ sunt, sufficiat, qua de causa liberam
est, & nullatenus cum cæteris coniunctam esse decet. Accedit tamen ex hoc linteo, at
que ex abundantia, alia quaedam, & non contemnenda vtilitas, quod eidem me-
dicamenta illiniantur, quibus, & fistendi, & repellendi sanguinis non ignaua fa-
cultas inest. Obseruandum verò est, vt linteam illud eam, quam par est, & latitudi-
nem, & longitudinem obtineat. Etenim si vel amplitudine defecerit, vel excesserit,
& extrema complicari necesse sit, alterum quidem inutile erit, cum partes eas,
quas dispartas esse prestitit, rursus coniungi contingat, molestum vero alteram
quod non leues ex distentione dolores patiantur ægri. Quare ex vulneris ampli-
tudine desumenda mensura lintei est, atque id præstandum, ne quadatenus vel

angustius vel latius fit, sed vt inter extremos plagæ angulos impotium æquè quæ dret. Quo in casu quamplurima lintea ad manus habere, non abs re fuerit, ut quod magis conuenerit, id operi nostro adhibeamus, & præcipue cum incertum fit, quanta fieri debeat cutis ipsius cœmentio. Non secus etiam conuenient, & longum satis, & prolium esse linteam, adeo vt fere humeri crassitatem exequet. Minus enim periculi est, ne forsan elabatur. Sic eiusdem opera licet vti, dum alia lintea atque per familia multoties huc trajcere oportet, quod suo loco docebimus. Opus præterea est linamentis stuppeis, quibus vulnus ipsam maniamus: alijs quicem amplis, & prolixis, alijs verò breuibus, & exiguis, omnibus tamen forma orbiculari, & lateribus hinc inde paulò compressis. Quæ igitur maiuscula fuerint, quatuor numero ad minimum addunt, latitudine trium digitorum, & sex vel septem longitudine. Crassitie verò non excedant, Grauat enim inepta mole, dum, & liquore medicaminis, & sanguine, qui affluerat, aborsio turgescunt, & quod per eas est, vbi semel incaluerint, denuo partes incendant. Minora lata sint binos digitos, & ternos prolixa. Hæc omnia imponere, & plagam probe munire conuenit. Verum tamen non erit incommodum, si plura, ac diximus, linamenta conficiamus. Etenim ea præstat superesse potius, quam deficere. Operæ etiam precium est aliud ab illo superiore habere linteam, quod impotium linamenta confringat, & vulnere subsidium afferat. Sit verò liberalius educum, latum, atque satis longum, ordine duplici, vt humerum inuoluat, & vniuersum vulneris anubium, sic, quo supra infraque emineat, & plagam amplitudine excedat. Hæc omnia imbuentur ouorum albis, quæ uale quodam peculiari obnixus concutiantur, additis superinde aqua rosarum, quo ad suffecerit, & portione quadam sanguinis draconis cum terra sigillata, omnibus inuicem permixtis, & probe agitatis. Tandem uerò faciam parare decet, substantia tenuem, & sibi ipsa capite usque ad eandem maximè æqualem, latam ternos digitos, & quatuor potissimum cubitos longam. Non enim ualidius comprimere plagam necesse est, nec laxam deligationem facere, cum vtrumque incommodum sit. Quare rem ita moderabimur, ut id quod ab arctio re deligatione recedit, uoluntibus orbium refarciatur, & nec desit quicquam, quin fascia toties impleta sat bene comprehendatur. Sic neque angustus fit, neque latior, quam præscripsimus. Horum alterum ineptum est, cum partes eas nequeamus confringere, alterum verò cum molestia coniunctum est, quod quæ fit dior fuerit, in seipsum reuidens, conglobetur, suaque tenuitate, & corporis inæqualitate partes subiectas, ac si laqueis cogantur, angat summopere, & doloribus excruciet. Eligenda itaque fuerit ea fascia quantitas, quæ ad mediocritatem iam dictam accedat, nec quicquam, quod uel nobis uel ægro detrimento sit, secum afferat. Hanc minime aridam sed madidam posca circumponi brachio necesse est. Sic emollita circumducatur lenius, & medicamenti, quod sanguinem inhibere potest, vicem supplebit. Omnia autem singillatim, & peculiari loco decet statueri, ut illico atque secundo fascia fit, ad manus esse possint, nec vlla sit in ætate remorandi occasio. Etenim odiosum est, si quid agatur negligentius, & incusandum, si quis error irreperit, quem declinare poterat: omnia autem loco suo atque modo, nec non cum ordine pro dignitate administrasse id tantum laudandum est.



LIBER SECVNDVS. 15
CAPVT QVARTVM.

Quo pacto cutanea propago delineanda sit.



ACTIVVS dictum est de ijs omnibus, quæ pro delineanda cutis propagine, atque vniuerso id generis negotio secundum rationem periculi, ex viâ esse videbantur, præcipue de chirurgico illo apparatu, quem operis natura exposcebat. Nunc vltra pedem promouere conuenit, & recte declarare in quibus nam propaginis delineandæ ratio consistat, & quo pacto illam turo, iucunde, & cum celeritate perficiamus. Qua in re illud nobis experientia, & longo viu edoctos certe præfari licet, spem nobis fore firmissimam, vt artis ipsius finem consequamur omnino in dubiam atque id clarissimo laudis præconio, eximioque laboris nostri præmio. In hac enim cutis propagine delineatione summa artis nostræ cõsistit, & illi ipsi quasi fundamentis rite iactis totius operis fabrica innititur. Quam obrem maxima cura inuigilare oportet, & summa animi contentione emitti, ut cum ista quæ peragenda sunt iuste, & velut ad Polyceleti regulam perficiantur. Neque enim turpius quæquam, & contemptibilis possit contingere, quam in iplo artis vestibulo impingere, & circa limen, quacunque occasione id fieret, indecore labi. Cogit itaque secum chirurgus uelim hoc sibi esse propositum, hunc scopum præfigi, quod nunc cutaneam propagine seu cutaneum traducem, principium, & basim totius operis delineare velji, cuius quantitatem definire omnino incertum est atque anceps, & quam coniectura solum eaque vt plurimum fallaci, & multiplici inuestigemus. Quam obrem ne hac in parte diligentia eius quoquo pacto desideretur, prudenter circumspiciet omnes illas conditiones, quas supra enarrauimus, & curiose contemplabitur cutis brachicæ laxitatem, crassitatem, eius soliditatem, tenuitatem atque alia quæ in examen reuocanda sunt. Ab hac consideratione, quam exactius insituerit, intrepide opus, ac hilari prorsus animo uiriliter aggrediatur. Principio ægrum lectulo componat, omneque procul offensas femoueat, cum ægro iniquas, tum chirurgo ineptas. Mox illos, qui sibi ministraturi sunt, & quorum subsidio, dum opus administrat, indigeat suo quæque loco, & ordine disponat. Aeger itaque supinus in margine lectuli exteriori decumbat. Hunc locum commutare licebit, uel pro cubilis, uel pro brachij dissecandi insitutum, dum modo lucis, quæ commoda esse debet, ratio usque qua que consistet. Sic collocabitur ad manus ipsi chirurgo, & ministris, dum opus administratur. Brachium, quod propagine comode, denudetur uniuersum, uel manica indusio prius detracta, uel ipsa discissa, ut sectioni, & quæ ulterius insituerenda est curatio, non prompè pateat. Ministri locis æquis stantur. Hac ministreratio decernet. Atque prior ad ægri uerticem, ex parte superna lectuli, secundum artificis dextrum latus resideat. Hic ulnam ægroti dextra sustentet (quoniam cum firmior sit, id opus commodius præstiterit,) læua uerò, ubi luminis occasio fiat, id opportunò administrat, aut si minus, liberam eam, ad alia, quæ peragenda sese offerent, promptam habeat. Alterius officium est cutim attollere, suspèdendo, forcipem adigere, chirurgo auxiliari, mox & forcipem suspèdere, dum sectionem artifex administrat, & patratò iam opere, laxatam remouere. Atque is, iuxta sinistrum chirurgi latus affidebit, aut e contra, si quod ex opposito est, brachium incidendum fuerit. Ita enim uterque illorum, ex loci opportunitate, munia sua promptius implere poterunt, & natus chirurgi, quocumque etiam obseruare, quod sane illis acerrima diligentia faciendum est, cum multa dum opus peragitur, occurrant, quæ nam saltem non uoce indicanda sunt. Erenim ob ægrum consultò uerbis oportet parcere. Interim chirurgus reiecto importuno manicarum defluxu, quo expeditior sit ad opus, & ulnis parumper denudatis, ad ægrum proxime accedat, ac omnino stans; ut quacumque occasione, quocumque libuerit, sese possit conijcere, operi semet accingat. Primum autem cutim ad anticam humeri regionem, & a qua propagine

mutuari decet, leniter manu contrahet, illam attollat, rursus dimittat, in idem que cleuet, denuo remittat, ut hac leni contrahitione à lubricis partibus, quanto poterit, suavius diuellatur, & affidua id generis suspendendi, blandaque meditatione emollita, facilius postmodum obediat, cum illam diffecaturi, comprehensam forcipe omnino suspendimus. Eto tamen ea cautio, ut moderata quadam singula percipiamus, ne infelicitati momenti duriorique, quam par sit, contrahitione partes ex calore concipiant, & noxas incurrant cum sectione facta in vulnus humores impetuosis delabantur. Nam in propinquo sunt vasa venarum, & arteriarum amplissima. Libranda itaque fuerit cutis contrahitione, ne pars illius acerbitate calamitatem quandam posthac subbeat. Cum autem omnia eius rei gratia fiant, ut tra ductis symmetriam, qua magnitudine nempe futurus sit, recte percipiamus, illam propterea chirurgum, ubi singula attente circumspexerit, si vlu ac experientia fuerit edoctus atramento designatim superuacuum foris exiliit (nisi talis sit, qui nouiter ad opus, & prius intentatum accesserit), sed probe animo comprehensam, ubi cutem, quantum res ipsa indicabit, suspenderit, hanc sustinendam tradet ad leuam ministro, statimque utraque manu forcipem apprehendet, & intra ministri manus in traucem demittet. Si tamen interim à præscripta quantitate aliquid decefferit, id attractum attollet, & animaduersa ex parte vtraque, num rectè sese habeant omnia, iam forcipem constringet, ferroque annulo firmabit. Hanc rursus ministro, qui ex finistris est, sustinendam præbeat, atque sic sectionis consilium ineat. Protinus itaque dextra manu cultellum arripens eundem punctum intra lineam forcipis adigat, atque moderata quadam violentia, & facta sectionis initio, ubi fere centrum est eiusdem lineæ, inde cultrum in assidua latera propellat, non tamen precipitanter, sed sensim vique in forcipis angulos, modo illud commodi videbitur. Sectione sic peracta, quod primum artis vestigium, ac velut vniuersi operis rudimentum est, cultroque deposito, vel ministrorum alterius manus excepto per iam hiantis cutis spacia siue stylo specilli siue bafi orbiculari linteolum immittere conetur. Hoc ut lumini streuer, qui ad finistras est, ministro incumbit. Ille ex tanta linteolorum uarietate, id quod commodius est, fecernas, & subducta eius quantitate ad forcipis lineam iuxta ponat. Vbi hoc transmissum fuerit si qua in parte corrugari contingat exacte complanandum est, ac per vniuersam spatij amplitudinem distendendum ea cautione, ut æquis partibus vtrinque ex forcipe dependeat. Namque laxata forcipe, quod mox futurum est intra vniuersis spacia continetur, nec, quod ob inæqualitatem haud diffculter euenit, lubricum elabatur. Forcipem posthac artè laxet, sub lato annulo, quo manubria coniungebantur, & laxatum ministro, ad leuam suspendendam suauiter committat, illicoque dextram manum subijciat humero supino ex parte interna, & brachium parumper cleuet, ut curationi, quæ statim adhibenda est locus non inique pateat. Eodem pacto, & intra forcipis latera quod laxata illius, & hiantis interualum est, finistram plagæ imponet, digitisque expansis linteolum utrinque comprehendet, quod adhuc linearibus forcipis diuisionibus iniectum est. Sic enim non inepte cauet, ut dum subducit forcipem mimiter, quod statim præstare debet, sinui ac vulneri manum applicuisse chirurgum fenerit, linteolum vna euellatur. Quod quam ignominiosum sit in ipso artis limite, & quam diffculter, quantaque molestia reponi linteum possit, nemini credo non apertum est. His peractis iam partes medici fuerint, propaginem componere, atque æquali sinus libramento stabilire. Vocamus autem propaginem eam, quæ iam à subfractis musculis est auulsa cutis, & quæ interna superficie atque externa, nec non vtrinque sectionis lateribus circumscribitur. Hæc quandoque, ijs de causis, quæ infra à nobis dicentur, redeunte in sese cute, atque conuersis intro extremis plagæ labijs importuna conglobatione turgere consuevit. Expediet igitur specillo leniter subiecto vel inter in manu angustias illas explanare, & rectè componere, ut secundum omnes eius partes æqualiter propago extendatur, atque quamprimum, quod cura superest, illi incumbere. Omnis quippe nota inligens noxas accerere videtur. Quare stuppes paratas iam easque breuioribus interiori vlneri subijciat medicus, & extra alias apponet,

ponet, hincque superne maiores infernet, qui subsidio sint breuifcalis ea que non
 incommode tuerentur. Cum autem linamenta maiora, quatuor numero esse
 ad minimum debere diximus, ut ea rite disponantur, vltiori bina iniiciantur, in
 que singula, iudicet que alia duo utriusque fini. Vbi demum vltimum integrum hoc
 pacto communiore, tunc lintecolum illud lauum, conduplicatumque infermat, in
 communiore omnium custodia, & ut aptius plaga deligari possit. Sed hoc fasci-
 um circumiecto sedulus artifex præstiterit. Faciam itaque manu dextra arri-
 piens, & in iugum eius explicans, eandem superiori traducis parti, qua iacta est, ex
 a quo rectam admovent, principium finire pollice inserto, compressenda, non
 reliquam promoveat, & per inferna ad laus internum circumducatur circumdu-
 cta ad initium suum de quo recurrat. Hoc prætergresso brachium leniter confri-
 gat noua que circumductiones molliatur, quas toties repetere necessum est, & sen-
 sim versus inferna uinciendo descendere quouque uniuersa propago, & linteam
 illud latum, quod super intectum est, æquali, & a principio usque ad finem con-
 sentiente orbium implexu penitus contegatur. Dabit uero operam medicus, ne ad
 alteram extremorum, quæ uel in archore contractione, uel in solutione laxitate
 collocantur, imprudenter inclinet, sed quod moderatum est, teneat, & fascias eas
 confringendo laxet, laxandæ uero confringat. Alterum etiam si fecerit, nec ar-
 diori uinculo partes munierit, & pro oppositis sanguinem affluere, & medicamen-
 ta dilabi sineret. Si uero alterum eligit non abest quin partes eas, quas uehementi-
 us coegit, imbecillas reddat in finem que cuticalem stranguet. Hinc si in fini-
 sim tradux deficit, & omnium nis suppediandæ alimentum interclusa sit, quam pri-
 mum emoriatur, præterea cum aliquos dolores deligatio frictio inferat, non po-
 test non affluxum humorum eiectione, & quæ una propagnis periculis est, inflama-
 tionibus, erysipelatibus, aliisque tumonibus aniam dare. Quare, ne quid nimis
 agat, indebiti artifex, cautusque cuitabit, quod arti sine, & expectationi non respon-
 deat, si excessus eius, quos paulo supra addiximus in deligando fugerit, sed me-
 diocritatem, quæ nihil omnino diu nihil apertis, in operando amplectatur. Max-
 imam faciam quam de finit, ad digitum amplitudinem ad interiora conuertat, in finculi
 ter quaterne trajiciat, & moderate confriatum non disirent. Ita enim fasciam ex-
 plicatam tri longe metas aberit. Atque administrationis quidem in propagnis
 delineanda, quod prima hæc sectione molimur, talis maxime ratio est. Sed alia ad
 huc artificem cura manet, quæ est ut tam brachium quam ægrum ipsum ad quie-
 tem securam, & ab molestiis uacuum componat. Huic finis qui commodior sit, pul-
 lus esse potest, quam qui est figura media: uti, & brachio eundem in modum reclu-
 nato. Hæc tamen animaduertat uelim, ut humero parum per subidente, uina cle-
 menter allargat, & a quali moderantia extrema manus ipsi uincula emineat. Primus
 enim ille decubitus atque qualis molestus est. Quæ de causis, & pulillorum ra-
 tionem habendam esse docerimus, atque eos in cæterorum peni retulimus. Ira-
 que dum puluaria chirurgus componit, ministri ambo patientis manum firmi-
 ter sustineant. Horum ille qui superior est, & ad dextram chirurgo affidet, sinistram
 suam ad cauum, quod subaxillis est, dextram uero ad ulnæ articulum iniiciat, ille
 uero dextra manu cubitum firmet, & leua corpus comprehendat. Hoc pacto,
 utrimque ualentius continebunt brachium, ministri atque id immotum plane, &
 stabile quieti dabunt, quod a principis maximo opere desideramus ob sanguinis
 præcipue ad affecta loca, promentis impetum. Quibus sic dispositis ipse brachium
 chirurgus reclinet, ministri opulillibus, & in securam, opportuna que figuram,
 qualis nempe media est, blande componat, ac pro temporis anni coelestis situ
 uel linteis uel parris obuelet. Sic, & minime se mouere, ipsum ægrum in re ferre
 uel leuissimo quidem momento brachij quies interpellentur, & humores qui tunc
 commoti affuant, uehementius ipse motus concitet. Neccessaria itaque fuerit non
 tam brachij, quam totius corporis quies, atque ea quam curiofissima, & ab soluti-
 fima. Non tamen hæc æque suffecerit nisi, & solliciti finis, quem admodum, &
 humores inhibere, & eorum impetum infirere oporteat. Etenim neque leuis illa
 atque mitis contractatio, non laxior deligatio, non brachij sustentatio, non illius

quam finiffima reclinatio, non quies ipsa totius corporis tantum possunt, ut nos
omni metu solutos, & periculo vacuos penitus relinquamus. Itaque vulnerati hume-
ri regionem vniuersam, ac presertim eam, quae ad alas conuertitur, refrigeranti-
bus ac repellentibus praesidijs vnus horum vel alterius spatio, frequenter facta
perfusione, uel per maffros vel affidentium aliquo delectate, & communi re-
tabimus. Ex quorum censu polca fuerit, quantitate liberaliore parata, & ad ma-
nus posita, quo praesidijs genere, uelut promptissimo omnium atque ualentissimo,
quaesumque etiam sanguinis fluxiones, atque sane suspensissimas, quam felici
successu, tam longo uita edocti, iugiter sicut, & compesci dicimus.

CAPVT QVINTVM.

Curatio cutis propaginis iam delineata.



Am uero sequitur, ut cutis delineata, cum primum albumina su-
blata fuerint, curationem instituiamus, & quae ab aggroto interim
uicibus ratio curiose obseruanda sit, atque dum inflammationis
mens recesserit, paucis proponamus. Vertitur itaque vulnerata
partis curatio, primo in suppuratione interim ufu non neglecto,
repellentium. Cum enim perpetuo humores affuant, atque alic-
langente membro ingiter congerantur, chirurgi potiora debent esse consi-
lia, ut quicquid assiduo colligatur, suppurationibus diuertatur: quod uero aliunde
conuenire potest, repellentibus abigatur. Ita enim prompte sanitati pars restitue-
tur, atque citissime, interim non otitante natura, sed munia sua sedulo complente.
Quod innuebat Hippocrates, dum ulcus quamcumque suppurationum tenuissimum
reddi ait ab inflammatione, cito detergi, & carne repleti. Cum autem ea, quae pas-
ducunt, medicamenta non uniusmodi sed uaria, & multiplicia sint, ac protempo-
ris ratione diuersimode utrandi, itaque ea subijciemus, quae & frigidioribus, &
calidioribus anni partibus, quandoque eorum interuenit occasio, aptissima
fuerint, & citra incommodum aut noxae metum recte uti uari queant. Ex ufu igi-
tur erit inter omnia, atque sub ueris exitum, quin per uniuersi aetatis decursum,
quod oleum dulce commune, & ex oliuis exacte maturatis confici solet, adhuc ce-
ram purissimam, ac terebinthinam sinceram liquorem continet, & quis omnino portio-
nibus. Haec enim pus uehementer promouet, ac nobis familiare est. Huic proxi-
mum est, quod in gratiam opulentorum parari poterit cuius hoc est exemplum.
Recip. terebinthinae lotae extrofacea unc. 5. olei ros. coropofunc. j. Addeur cerae
albilissimae, quod par fuerit his omnibus excipiendis, & ex arte conficiantur un-
guentum. Tempore uero frigidiori cum ad interna calor selesceperit, ualentio-
ribus multo praesidijs agendum est. His utemur sub autumnii exitum, ac per he-
mis totius progressum, usque ad ueris initia, quae quid cum bruma commune ha-
bent, nec omnes frigoris iniurias exuerunt. Est autem tale quoddam. Recip.
olei communis unc. viij. cerae purae vnc. ij. colophoniz, picis naualis, fagapeni an.
vnc. j. maffiches, thuris galbani, terebinthinae an. vnc. 5. ubi oleum cum cera ad
ignem probe liquata fuerint, injiciatur colophonia primum, deinde pix naualis,
fagapenum, terebinthina, mox, & reliqua, & refrigerata recondantur. Profuerit
uero, & isthaec. Recip. cerae albae, refiniae, pinif. seu uaccini, picis naualis, terebinthi-
nae, thuris, myrrhae an. vnc. 5. Misce, & in puluerem, quae conuenit, redactis, cum
oleo q. s. unguentum ex arte refice. Sub haec medicamentis repellentibus usus est,
quae cum exterioribus duntaxat plagae, ijs, quae pus mouent, intro reconditis, ad-
hibeantur, atque adeo supernae humeri regioni: Ideo medicamentorum suppu-
rantium, priusquam ad ea descendamus, rationem tradere, & quomodo admini-
stranda sint, dicere fatius esse existimauimus. Sequenti igitur die uel postridie, aut
ubi omnis haemorrhagiae mens deferuerit, ac manente tempore, quod natura sua
opus leuissimum est albumina sumoueat, & quam blandene, si qui uisulae
cuiuspiam

Hipp. de ulc.
ter. 5. de
uuln. cap.
10. 23.

cuiuspiam ramulus iam ante factus fuerit, eo refricato demum sanguis erumpat. In
 quam rem opportunè fuerit parauisse gossipium, uisitatum prius, & ubi expolente,
 applicuisse uulneri. Consiulet autem medicus ut lenissima sit hæc operatio si li-
 namenta, arida iam, & que præficcitate adherent, contumacius, perfundendo, in-
 terim emolliantur. Promptius enim euellentur, si per facta madent, & nulla subinde
 aut motus asperitate, aut doloris molestia, uulneri uulneri detegatur. Utiles est
 potius quam si prædescripimus, & mox oleum ros. ex omphacijs. Hæc nonnun-
 quam commisceri poterunt atque applicari uel frigida, uel leni calore tepentia,
 dum modo aut temporis aut aliorum, quæ in quauis actione medica consideran-
 da sunt rationem penitus non negligamus. Etenim ubi medicum in caluerint, fa-
 cilis se se medicamina insinuat, & felecius, & benigna qualitatibus moderantia id quod
 cupimus præstari posse efficiunt. Caueat uero chirurgus somnium caloris vim, ne fan-
 gus uel hemeria illius existimulus, de nouo erumpat. Præsertim ita que hæc anima aduer-
 tisse opus fuerit, ne dum molestias quaidam atque exiguas, quis letare cupiat, illas
 potius adaugeat, quin fortioribus acceritis, pessimo admodum exemplo condu-
 plicet. Ministri itaque utrinque affideant, quorum alter peluim contineat, ut eo,
 quæ à uulnere femouenda sunt excipiantur, alter uero liquorem habeat, qui
 stupris emolliendis conueniat. Interim fascia amouenda est, & quanta fieri po-
 terit leuitate, ut si minus, brachium atque ægrum non angamus. In quam rem ma-
 gis ex uulnere, adacta forcipe uniuersum discindere, non quidem simul omnibus
 eius gyris inciatis, (namque, & hoc inconueniens est.) sed membrum fingulis, atque
 potius ad partem externam brachij quam internam. Sic enim neque motu partes
 eas concutierunt, neque prope accidemus ad usum illa brachij quam insignia, quæ
 nullatenus contrahi non incommodum est. Vbi autem fasciarum orbes ficcitate
 rigent, aut sanguine imbibito induruerint, ministri partes tuerint, illos liquore
 perfundere, & ab alto destillando irrigare. Etenim hoc pacto, & felecius humo-
 rem abforbent, & opificis manus attrahentis facilius obsequuntur. Tum uero il-
 los specillo attollere, uel digitis leniter connexos diffrahere, & in peluim decet
 conijcere, atque mox ubi rite denudatum fuerit uulnus, id candido linco, & tepen-
 ti contingere, dum se se operi reliquo ipse chirurgus accingit. Humus intum fuerit,
 ut uulnere, quod impositum est, linteum illud educat, & aliud, cui medicamenta,
 suppurantia, illa sint, substituat, & uulneri iniiciat. Hic nobis monendi sunt chi-
 rurgi, quoniam pacto molestijs parcarum ægrorum, & quomodo labore quam tedijs
 plenissimo se exoluant. Censemus enim ab humanitatis officio abesse si ea quæ
 artem condecorant, & tam patientes quam medicos iuuent, non honesto consilio
 occultauerimus. Nouerint itaque artifices illud linteum, quod adhuc uulneri inha-
 ret, haudquaquam eximendum esse, nisi ea obseruata lege, ut nouum illud atque re-
 cens, dum hæc educimus, una ea demque opera introducatur. Atque hoc præce-
 ptum perpetuum esto. Quo alioquin neglecto, pessime ægrorum torquebitur, dum
 educto primo, ad substantiam multiorum, qua propago delineata est, hæc tela se-
 se applicuerit, & quo minus uno impetu imponatur, atque quam facillimè, in in-
 troducendo, moram fecerit. Quare ut non modo ea, quæ iam dicta sunt, eitemus,
 sed & alia incommoda, quam grauissima, scilicet nouas inflammationes, & fan-
 guinis eruptiones ideo linteoli talem impositionem moliri conuenit. Partem lin-
 teoli, quod adhuc iniectum est, & extra uulnus pendentem, è regione brachij exte-
 riori chirurgus attollat, ad nouum linteum oras illius aequaliter applicet, & lini fu-
 niculo utraque conuat. Suturam simplicem, & linearem esse præferit postero-
 ribus haudquaquam replicatis, ne conuulsi moles liquidem duplex fit, ipsum uul-
 nus exasperet. Mox uero ubi dextra linteum uenus arripuerit, in rinfecam eius par-
 tem subleuet, & sublatam ad uulneris altitudinem promoueat, tenim que inde de-
 trahet, nec detrahen do cessabit, quam illo eisdem hoc nouum intra uulneris hiatus
 diucat. Sub eo ministrorum alter uenus præcideret, & in patinam ad alia projiciet.
 Sed si quandoque introuerantur margines, cum cutis propaginem explicet medi-
 cus, & specillo, quam fieri poterit, blandissime componat, modiceque terebinthi-
 nam infillet, uel simplicem uel cum rosaceo permixtam, linamenta undiquaque
 ad dæ suppurantibus oblita, & lata linteola, quæ repellentibus madaent, tepida
 imponat.

imponat. Tandem uero ea moderantia, qua praescriptum fuit facijs cuncta uinciat, ac media brachium figura, non inepte collocabit. Nihil autem aut perquam exiguum ab ijs, quae supra dicta uimus haec in medicamenta repellentia differant, sed liceat nobis in gratiam eorum, qui nouiter ad actionem accedunt, nec singula in numero habent, quaedam praefidia subiicere, nobis certe familiaria. Tum uero id obseruabimus, ut leniora propagini, uehementiora uero superiori humeri articulo, quo uniuersa omoplatarum regio circumscribitur, nec non ad axillae causam applicemus. Sicut enim duo loca, unde sanguinem arcere, & repellere conuenit. Ad propaginem haec opportuna fuerint. Recip. olei rof. omphac. olei ros. comp. an. vnc. j. Misce. Vel Recip. olei rof. comp. myrt. an. vnc. j. misce. His licebit, & per se se fingulis uel, parumper calentibus, & imbuto in teolo propaginem undiquaque irrigare. Pro humero conuict oleum omphacinum cum n. p. r. co. equis portionibus, & linimentum hoc pacto confectionum. Recip. fan. dal. rub. gra. n. myrt. rof. rub. an. ʒ. ʒ. vnguenti rof. mel. vnc. j. s. redigantur in tenuissimum pollinem fan. dal. myrti, & rof. pareturque ex arte linimentum. His omnibus quod nihil roboris addemus, si uale plumbeo, infusa olei rof. comp. parte plumbeae que pila ea agitata uerimus. Haec demum perungenda est, quae circa humerum est, uniuersa regio, & sanguinis compressioni illudendum. Sed inter est etiam aegris, qui conueniat, iunctum infuturere, ubi, & ad adfectum, ad anni tempus, ad regionem, ad aetatem, ad sexum, ad habitum corporis, praecipue uero ad uires, & quae altera natura est ad consuetudinem consilia dirigere oportet. In primis autem parimoniae incumbere, quantum prae acribus licet, ne faccorum mole adacta, in affectam regionem sanguis procumbat. Atque id praecipuum in quartum diem aut ultra obseruare decet, quousque nimirum omnis affus humoris conciderit. Interim qualitas ciborum ea scienda est, quae cum supra enarratis a nobis pugnet, nempe panis elotus cum uncia vna, uel una, & dimidia lactis amygdalarum. In aestate lac femae, lonum aut per se aut cum pane loto exhibeatur, uel succus oryzae hordei uel cucurbitae tercula. Vno uale dicendum est omnino. Eius uicem supplebit aqua hordei cum saccharo, addito aliquotulo uiri granat. uel subdulcis, uel auferi. Praefabit, & propinare aqua oxalidis, artibus in edijs uel endine, atque ijs diplomate educis. Haec uel absque aliorum permissione erunt utilia, uel poterunt auferri. Zula pitum uiolat. aut syr. ex citri succo aut oxia. accar. aut granator. uinum. Semina melonum saccharo inducta poterunt dari ad cochlearia nostraria duo, statim a prandio. Haec ipsa coena paulo largius fit. Hoc uisum infuturum ad quartam uel que studiosè eger colet. Ea tranfada si paulo languent uires capi iunioris aut pulli iufulo alimentum incoquantur, si tamen uentres eorum aut oxalide aut eius femine atque simul plantaginis prius infarciantur. Idem iufulum, si percolatum sit, pro potu substituantur. Licet & quandoque pulli momentum cibis addere, atque id uel malorum citiorum succo uel granatorum conpergere. Septimo iam tranfado ubi nulla de sanguinis affluxu praeter ex fupicio auferi, cum liberalis cibum offerre decet. Non tamen omne uinum ex uia esse uidetur, sed tenue, candidum, quod dicitur *quod dicitur*. Graeci uocant ad primos dies, & praecipue affluo tempore. Omnibus enim in commodis omnis anfa praecidenda est, quod uel leuissimum quouis irritamento humores concitari non sit impossibile. His igitur primam post perfectam paulo ante de lineationem propagnis curationem descripsisse iudicatur.



LIBER SECVNDVS. 21
CAPVT SEXTVM.

Medela quorundam symptomatum, qua cuti iam delineata aduenire solent.



Sed mox subiungere expedit, quoniam symptomata ubi iam propago delineata sit, accedere conlocuerint (non enim adeo in-
munitis ab incommotis penitus hæc operatio est,) & quam ratio-
ne illis occurrere conueniat. Sunt autem tria fere nimirum,
internecio, seu corruptio, ac ut aiunt mortificatio alicuius oræ
cutaneæ traducis, eiusdem inflammatio, ac circumscripturam par-
cium, atque tandem sanguinis impetuosa profusio. Horum quidem singula praua
sunt, non tamen æque exitiosa. Etenim uehemens malum est, si traducis labia cor-
ruptio quædam inuaserit, atque perniciosam, cum intra initia sua subsistere ne-
queat, sed serpendo latius, uicinas partes inuadat, & si quidem negligentior fuerit
medicus, totum traducem depascendo tamen absumat. Quare circumspicius hæc
in parte medicus esse debet, & omnes ingenij neruos intendere, ut huic perniciæ,
si quidem possibile fuerit, nullam occasionem præbeat, aut si quidem curari ne-
quiderit, eam protinus eradiciet. Sed ut ea quæ nobis comperta, & iam usû longo
confirmata sunt, pro malo hoc edomando in medium afferamus, non lufuros ope-
ram nos esse confidimus, si prius naturam huiusce labis, atque effentiam, mox ue-
rò illius causas propoiuerimus, quibus tandem medicamenta subijciemus, non
inuicunda, & nobis familiaria, quorum efficaciam, hanc immanem belluam, euen-
tu sane felicissimo per sæpe confecimus. Primum igitur huiusmodi cutis corru-
ptio, seu mortificatio, ut aiunt, caloris innati, quo singulæ corporis partes uigent,
aluntur, & sentiunt, eiusque effluxi uisum est. Abi uerò calor, ipsius ex parte qua-
dam nostri corporis cum intemperantia cuiusdam ac ystemicæ in parte interna
exortas, copiose influens humoris, que caloré genitum obruat aut si qua exie-
rioris causæ, que calorem opprimat, uiolentia accedat. Porro autem hoc curari tra-
ducis symptoma non ex interiori causa originem ducit, uiciumque interim corpo-
ris conditio plurimum adiuuat, sed quicquid est, principio in exægnam referen-
dum est, ac in forcipis ipsius uolentiam nimis contractionem, ad cuius impressio-
nes, & corporum status non nihil concurrat. Interdum enim tanta ardore cutis con-
stringitur, ut strigulatio partis calore, intra forcipem adhuc emori illam cõtingat.
Huic malo promptissime subijciuntur, quibus laxa admodum, & tenuis cutis exi-
terit, substantia certe minimo atque quam imbecillo calore perfusa, & præcipue
cum tanto impetu tanta conuulsatione ab anæstis partibus distellatur. Ad hæc
per sæpe hunc partis interitum, atque iam incipientem promouet, si uolentiori,
paulo, & acriori constringitione, exigui illud caloris, quod in propagine inest, suffo-
candò refingamus. Nec desunt præter illa cutis uitia, & alia incommoda, quæ ab
ipsis corporis penetrantibus accita calore partium interimant. Nam, & plurimum
potest corporis habitus, quem praua quædam colluies, & fœda humorum senti-
na obfuderit, & in quo ulcera ad integritatem difficulter reducuntur: aut si gallica
quædam lues efferatam suam rabiem imprefferit, & iam diutina mora firmas at-
que immotas radices egerit. Itaque corpora hæc ut, & de quibus paulo ante dixi-
mus non tractanda erunt uolentius, nec forceps uento conatu adigendus, sed diutius
gendu temperamenti quoddam, ut neque nimis laxæ, neque nimis exiliæ, & inane
operationem reddas, neque ut uehementer comprimis, neque ut uehementer
re, & uita spoliari contingat. Quo in loco non leue afferet subfidium, si liberalius
paulo que traducem confirmet, eum exciderit, ut quicquid internecione dema-
tur, id cutis affluentia compenferit. Quin id necessarium atque constans præceptum
est. Eodem pacto, eademque æquitate deligationem moderabimur, ut quod con-
ueniens fuerit atque utile, acri coniectura, & follicita cura, assequamur, nec ad ex-
trema

trema illa neque minimum quidem si fieri liceat, a mediocritate declinemus. quod quam perniciosum sit, quam erroneum cū cæteris, quæ antea hæc de re præposuimus hæc una corruptionis noxa facis superque commouerat. Proximas igitur ubi mali huius suspitio aderit (quod in corporibus iam iam dicitur promptissimum est) uulnus de re oportet, nec differre in tertiam uel quartam diem, & oras eius diligenter circumspicere, quo matura curatio hanc pestem penitus auferat. Etiam initia dixisse malum hoc inditio fuerit, & sensus interceptus, si quidem specilli cuspidæ admoto uix aut nullatenus sentiant, & si pars ea pallore aut luore suffundatur. Occurrendum igitur ijs est, quæ ualidius excitant, & putredinem quamque circumcidunt. Tale quid est unguentum Aegyptiacum, cuius descriptiones circumferuntur quamplurimæ. At nobis ea semper ualior uisa, & confirmata est, quæ aluminis, uiridis æris, mellis, aceti que acerrimi æquas portiones continet. Opportunum etiam fuerit, quod uulgares præcipitatum ap pellant. Preparatur autem si in uitreo uase, lenti ignis subsidio ex rosacea ethymica arte conficiatur. Huius pollinem leuissimum inaspergere possumus, uel eundem unguento rosaceo excipere, & linamentis applicare. Sic aloes puluis, cutique in speris quandoque malum suffulit, & deleuit penitus. Commodissimum etiam fuerit, cum abstergendi occasio sese obtulerit, decoctum lupinorum uisurpasse in quo aloes decoxerit. Hoc omnem partem ditiem eluimus, interim corruptioni consulentes, cum ipsum putredinis formitem, humorem nempe exicemus. Tutissimum præterea existit unguentum tale. Recip. terebinthinae lotæ ex lucco abinth. vnc. j. farinae hord. cretae. ʒ. j. pollinis aloes puriffi. d. ij. mell. albi sincerii. quo ad sufficit, & agitur mel, excipiantur que fingula, & ex arte paratur extergens medicamentum. Hoc uternar linamentis uisurpato, & partibus, quæ corruptionem experiantur, iniecto. Atque fere fit, ut præfidia hæc, si admoueamus, commode fatiscédant curatio, malum que uniuersum penitus tollatur. Hæc igitur illius peculiaria sunt remedia, cætera uero communia, (quæ nihilominus magna cura præstanda sunt,) & cibo, potu, aliisque huc relatis, huius symptomatis uolentiam demulcent. Quare caueant chirurgi, ne ob errata, quæ hic plurimum committi solent, periculo quicquam adiciant, ac præsertim in ijs corporibus, quæ ob cacochymia, seu tabis uenereæ malignitatem, hoc malum fonte ferunt. Omnia igitur succent ualidius, & omnem excrementitiæ humiditatis illauiem remoueant. Sed hæc aliunde acceriri possunt, ne falsitudo simus legemibus, & sermonis moles nimium nobis excreseat. Nunc ad aliud symptomata transeundum est, ætiam alteri non abstrahere, & quod tandem eo desinit. Tale est inflammatio, quæ uel cutis propagine, uel circumfitas partes obfidet. Cum enim largiore affluxu, magnoque impetu sanguis eò procuberit, turgent partes, rubent, & acerrimo dolore confidantur, quæ prædidis, si minus expugnentur, inter necionem partibus ijs, & præcipue propagini interminantur. Hæc enim ut plurimum languet, cum ob interceptionis ex forcepe uehementiam, tum quod a cæterorum confortio longe abducatur. Igitur in lubrico propagnis falsus fuerit, ni remedijs opportunis, ac maturò tato malo obuiaemus. Contingit id generis inflammationem fere circa tempus uentum, cum in corpore sanguis liberalius succreuit, & præsertim ijs hominibus, quibus uiscera calida, atque humida obtigerint, ac eo magis, quo sese antea diebus liberaliori cibo expleuerint, & si diligentius, ut conueniebat, prius expientur. Quam ob rem cognofcant medici nulli uel serupulofiori diligentiæ parcendum esse, in corpore emundando, ac eius nitijs, si quæ adiunt, uel tollendis omnino, uel ubi id non licuerit, quæ dantenus delinendis. Est etiam interdum, ubi partes ob sanguinis feruorem, & ebullitionem, in flammam contingat, eo exagitato nimium uel brachio noxam quandam perpeffo. Tutissimum igitur fuerit, ubi aufpicabimur curacionem, uenam incidere, atque in opposito brachio, & uenam regiam. Hinc uelut ex iplo fonte exhauiamus sanguinem, & largius, & promptissime. Quod ausilij genus non inutile erit, dum partes inflammantur, ex sanguinis copia, impetu eò delabentis. Etenim credi par est, detraçtio sanguinis, & in oppositam plagam reuulso, impetum eius cessare quamprimum. Quantitatem uires decernerit, ad quas omnia medici consilia, & conatus dirigunt, cui suffraga-

suffragabitur agrotantis aetas, corporis habitus, atque adeo anni tempus. Nam subinde nihil perpetuum est, possuntque in aetate adesse frigora. Quod ubi contingit, uenio certe non nouit, nos patiores esse debere, in sanguine mitendo, & tantum à liberalitate declinandum, quamquam magis spiritus dissipet deinde exurrens aer, & caloris feruor. Ceterum accersenda etiam est uicinis ratio. Haec multum semper in omnibus corporis malis profecit. Abstinentium itaque ab omnibus calidis, & quae penetrantiores substantiam obtineant. Commodiora sunt, quae refrigerant, & astringunt. Nam & iecinoris feruorem minuunt, & sanguinis impetum coercent. Quare cucurbitae fercula, lac oryzae, amygdalarum, hordei quoque maxime ex usu fuerint, & eo magis si fuccum malorum puniconum infusilemus. Atque haec assumantur parcius. Potus omnis circumcidendus est, forbitioibusque utendum. Interim lintheis paulo asperis confricentur infernae partes, cucurbitulae applicentur, cute non incisa, aut si parcius sanguis detractus sit etiam scarificata. Profunt extremorum lotiones, uel calida tantum, uel si illi ipsi frigidae herbe incoctae fuerint. Eadem partes & uinculis atque firmis confirmasse, & citra initia multoties profuit. Sic huiusmodi in usum cedunt, haemorrhoidibus applicite, praesertim ubi mittendi sanguinis occasio tollatur, uel si emissus parum, uel nihil profecerit. Tandem uero inter symptomata cutanei tradocis, sanguinis profusio est, ubi nimirum seu uena seu arteriae ramulus quipiam uel uiolentur, uel penitus dissecitur. Hoc malum repentinum est, atque nimis reformidandum, praesertim, si uas illud, quod incidatur, paulo amplius fuerit. Adijcit periculo, & agrotantis aetas, anni tempus, temperies, sanguinis natura, quae omnia singillatim uim haemorrhagiae, & animos addunt, uel eo amplius, ubi simul conspirauerint. Quapropter, & ualentius pugandum, & malo huic acriter obutendum est. Adolescentie enim corpore, omnes uene humores argent, sanguinisque copiam secum liberalius subministrat, qui cum abunde calcat, quoquo uerum sese infinat, & quemcumque perumpit obicem. Quamobrem cum nouerint medici, haud ita facile eum confricunt, & proinde omni fedulitate caueant, ne infideli curationis mora, quasi re sumptis uiribus, maximo impetu, & extrema agroti noxa sese effundat. Huic proximè succedit, & non exiguo cum discrimine uirilis aetas. Quae autem reliquuntur uitae progressionis, & facillente natura ad exitum properant, non tantas, uel reliquas, turbas excitant, ideoque audaciter, & tuto, contriciari possunt. Non fecus discrimen argenti, & anni tempora, ob calor, & frigoris uices, quibus corpora nostra male concitantur. Etenim sub graues autumni incertitudines, & hyemis asperissimos rigores uene torpescunt, & sanguis ad exteriora non ita prompte subit, quare tunc, si uena quaedam dissecetur, effluentis impetum uenas ac citius licet corrigere. At aetatis medij exurente styro, ac per totum quasi ueris decursum circumfusus aer sanguinem acrius promouet, & laxato corporis ambitu ex ipsis penetralibus euocat. Atque tum eadem operis difficultas est, quae adolescentibus, & uirili aetate confutis contingit. Etenim, & adolescentiae uer, & aetatis iuuentus paribus uotis, & eodem pene calculo respondent. Imminuat etiam, uel adaugent symptomatis huius seueritatem, & status corporum. Etenim quae calida, & humida, uel calida, & sicca fuerint, difficulter hoc malum tolerant. Non enim leues stimulos addunt ipsorum temperies uel calida, & sicca uel calida, & humida, haec quidem dum benigno sanguine uene distendantur, qui simul atque frenata laxata fuerint aetatis, & instar torrentis sese effundit illa uero ob bilem humorum tenuissimam, quae & acrimonia, & calore, & substantiae tenuitate ubicunque sese infinat, & partes ad propulsiorem exstimulat. His de causis, atque in his corporibus, hoc symptoma difficillime omnium licet compescere. Quapropter omnes indutriae, & uigilantiae nervos decet intendere, quo manne, ac ex legibus prudenter curatione infutura, affluens sanguinis uehementiam frenare queamus, & motum eius sistere. Quicquid praeterea est temperiei frigidae siue humidae, siue siccae, licet uena etiam crassiuscula ad aperta sit, non aequè periclitatur. Cum enim sanguis his in istis frigidus, atque hac de causa iners, ideoque in habitum corporis cunctantius excurrat, aut si quidem, sese effuderit, paulo post ipse subsistit, atque

exigua cum difficultate coarctetur. Eodem pacto nullus aut per partus periculi metus est, si sanguis fibrosus, & compactis partibus solidus, & bene tenuis fuerit e contra ingentis mali expectatio aderit, quando; qui fibris caret sanguis, sua sponte diffuset, & substantia tenuitate, & acumine, etiam per angustissimas partes, nec minori violentia erumpat. Experiemur autem, nunquid talis sit sanguis, ut uel aere uel prompte dilabatur, si uena incisa, eoque manula excepto; postquam coierit, aut uiri labro, aut ferri, lignive acie, eundem diuellamus. Si quidem enim tenacius cohaereat, & non, nisi cum nisi separari eueat proculdubio fibrosus esse, & compactum existimabimus: at si ferro uel ligno vix a demoto non secus, ac quae uetustate corrupta sunt, protinus diffuset, eundem tenuem esse, & nullius crassifici participem recte asseruimus. Cum igitur singula haec, quae iam diximus, quam plurimum uel detrahant, uel adiciant, quod ex sanguinis effluuio pendet, periculo, & timenda sane fuerint diligentius ipsi medicis, atque singillatim his incommodis occurrendum, acriusque, & obnixius conandum, quo plurima eorum simul conueniant. Omnis autem horum siue curatio siue correctio in duas partes diuiditur. Nam perinde, ac in ceteris fluxionibus, & aetioni studendum est, qua, & reuulsiōnem comprehendimus, & parum, quae fluxionem sanguinem exipiant, & robori consulendum. Auerimus sanguinem, si oppositi brachij basilicam aperimus. Percutendum est nimis quantitati, dum sanguinem educimus, ac intra modum consistendum. Nam ceteris, quae paulo post dicentur, praesidijs, si quid ad huc redundet absumi commode poterit. Prodest etiam, ubi profluentis eius uis adhuc feruiat, utriusque hypochondrii amplam cucurbitulam, & magna flamma apponere. Hoc praesidij genus felici euenta per sepe experti sumus. Si longius a uocasse consilium fuerit, tali uena incidere expediet. Sed contingit quandoque uenae sectionem interdicti, uel ob animi quandā patientis molliem, uel quod medicum abesse contingat, qua in re nullo modo cunctandum, sed ad cetera praesidia animus conuertendus est. Quare si cute scarificata, & sanis, & femoris partibus demellicis cucurbitulas applicemus non exiguo cum emolumento ipsius phlebotomiae uicem supplebimus. Nam exhaustio aliquantisper sanguine, & dolore obfessionem excitato, omnis illius uis eō conuertitur. Hoc remedij genus repetij se quandoque profuerit, quod experientia, fidelis testis, id longo usu nobis commoustrauerit. Sin languidus, quae iam habuimus, aut nullatenus auxilia profecerint accurrendum est ad uicula dolorifica, quae per sepe nobis uisa fuere non incommoda. Deuinciantur ergo uisae infernae propter malleolos, & femoris iuxta genua, quāto arctius poterit, & uatidius. Partes enim doloribus extimulatae omnem sanguinem ad se sepe pelliciant. Sic frictione partes atterere non erit tantum, quod fuscitate calore, coquo quam blandissimo, uiae aperiantur, & possicuis, quae sanguinem post haec in semetipsis attrahant, & quasi absorbeant. Prudens itaque chirurgus, ubi periculum acriter assumuerit, hinc inde auxilijs utatur: at non unico temporis momento, ne temere illorum copia usus, uel effectus eorum impediat, uel semetipsum exhauriat, dum, quae profutura nouit, uno ictu confectum est. Sic enim, & artis decori, atque adeo suauissimi dignitati prudenter consulat. Singula igitur suis temporibus digerat, & suo loco definet, interim promissio remediorum usum renuntiat. Exaete, autem, & quantum fieri poterit, curio suspenfiter, quo pacto nullam in quibuslibetque aetionibus recte, & aetate, & anni parte, & corporis habitu, alijque similibus, & aequalitatem obseruet. Interim uero, & parum confirmatiōni incumbat. Quo in casu si factis conuulsiōne procedit, nec breui post, sed tardius paulo remouere. Cyros igitur falcatum numero plures esse oportet, & ualidius confrictos, nec aetate sed polca liberalius ante irrigatos. Haec sane remedia praesentaneum esse quandoque per sepe uisimus. Nec prius, uel altero die denudare uulnus conueniet, sed in quartum usque extrahere. Dum enim citatōre cursu sanguis ruis, nihil quicquam mouere fatius est. Nam furorē eius compescit quies, & commotum inhibet, qui leuiter alias exagritus a ceteris fouere solet. Interim otiosi naturam haudquaquam, quis per sepe uisus, sed mirifica benignitate, obiecto gummo, quā obijce quodam rueni sanguini uias inter-

LIBER .SECVNDVS.

25

intercipere. Hos non dimouisse iuuat, non fuisse perniciosum est. Proxime uero omnis humeri regio, & uique ad scapulas, postea fundenda est, & lintheola, quæ easdem imbuanur, breui interitio deponenda, subindeque renouanda, ne calorem concipiant. His præsidij, siquidem res adhibeantur hoc malum deindere non infrequentius conuenit, uel saltem eius acerbiam miterere, quæ tandem leui etiam alijunde impulsu, penitus concidit. Ceterum cum uulnere detecto, quod aliquando facientium est, ut malum recrudescat, non immerito uerebimur, paranda sunt, & adhibenda, quæ astringant medicamina, quibus profusioni sanguinis si quidem incidat, occurrere ualeamus. Tum uenulæ hiantis gossypium uisum obuertamus, aut saltem vicinæ parti. Vitilis est, & castaneæ cortex exsiccat, & in pollinem subtilissimum redactus, ut & Galeni gluten, quod aloes, thuris, masticæ æquas portiones continet, & oui albumine excipiuntur. Ex eodem tenui est præsidium illud quod bolum armenum, sanguis draconis puluerem, atque adeo pilorum leporis pollinem recipit. Sed ut auxilia hæc plurimum per se habent ponderis, ita si uicinus ratio exquirit, & commoda non ad dita fuerit, nihil aut parum iuuerit. Prodest igitur, & sitim perperit, & a cibo, quo ad vires suffecerit, penitus abstinere, aut, si quidem necessitas exposcerit, cibos crassifculos paulo, & lentoris non nihil participes apponere. Talia sunt lac oryzae, pitana hordei coctione consumpta, quæ decocto ex feminibus astringentibus diluit poterunt. Prius autem oxalidis femina, & plantaginis, aqua decoquere conuenit, & mox per colato ciborum succo affundere. Mane ex uisum est facchari ros. antiquum, & quod ex oxalide conficitur, adiecto masticis puluere, aut alijs perfimilibus. Exemplum tale est. Recip. facchar. an. ros. vnc. j. s. ex oxalide vnc. j. pulu. mastic. mumie, fem. plantag. an. scr. ij. misce, & cum syrupo myreco, ex arte reformetur. electuarium solidum æque, & aureis philyris obducatur. Huius vnc. j. de glutinose suffecerit. Sic orbiculi parati poterunt, hunc in modum. Recip. pulu. sandal. rub. mastic. an. dr. j. mumie. cornu cerui iust. an. d. j. facchar. albiss. in aqua plantag. dissoluti dr. vj. efformetur. rotula. s. ar. pondere. dr. ij. quarum unâ vel alteram eadem ante cibum hora præbere poterimus. Nec alienum fuerit ex trochiscis terræ sigillatæ, & studiose tritis vel ferculis, uel forbitionibus quid inpergere, ea tamen lege ut facchari duplum adiciatur. His igitur rationibus, iam a nobis dictis, & sanguinem fluentem sistere, & cætera, quæ non raro oboriri solent, symptomata, & propagationem ore delinea tam, aut uicinas ei partes exagitant corrigere sedulus medicus, & circumspiciat recte, & cum ægri emolumento poterit. Sed hoc loco scrupulus nobis, qui ex iâ relatis emerfit eximendus est, atque quam breuibus, & perpicue. Diximus enim, dum sanguinis effusionem pertimescimus, ne statim uulnus commoueamus, sed ad tres, quatuorue dies pacatum relinquamus. Illud etiam quam primum deegerit iussimus, & sedulo circumspicere, an earum partium putredo quedam, & interitus ingruat. Nunquid igitur, re ancipiti, & ubi ambo conuenierint symptomata desistendum ob hæmorrhagie metum, & de propagatione periclitandum? An sanguinem largius effluere satius est, & partium interuicini occurrere? In primis quidem, postposita traducis salute, & stillante adhuc sanguine, nihil tendendum esse videtur, nec plagam contredicare. Meus enim est, ne uel ægrum largissima profusio exhauriat, uel eouique progrediamur, ut ægre quam ualentissimis etiam præsidij, & longo intervallo post sollicitat. Sed nihilominus, ut plagam detegat, peritus medicus accedet, & partis interitum si fieri prohibebit. Quia in re, dum hæc obseruet uelim, ne scilicet unguentum uisum simul denudet, & ut quod ibi lanæ fieri queat, & suauissime illud attrahat. Nihil interni uulneris agitantium est, exteriora saltem, & suspensa mano leniter dimouenda, ac illa præsidia, quæ supra allata sunt, ab aduersa traducis facie deicienda. Sed, & illud additur, si uulnere iam aperto, repente, & ultra modum sanguis effundatur, nec exiguum iam sit, quod in parte ad interitum tendat, quidnam tunc medico faciendum sit? quinam illorum prius incumbat? quo pacto utriusque, si liceat, suppeditas terre queat? Hanc litem actionis, quam perire necesse est, uisus dignitas dirimet. Exiguam enim est quod extrahere intermortuo perpetuatur (obicit etenim

et enim quo minus faciem ad primum decorem reuocemus) ac cum sanguine, si uiolenti erumpat, & ipsam uitam profundimus. Frigidis itaque ac rigentibus plane medicamentis haemorrhagiam, ut coercemus, necesse est, quantumvis ex altera parte propago intereat. Si tamen malum hoc non tantopere foueat, ita quidem curationis consilia explicanda fuerint, ut moderatione quadam saluberrima utriusque symptomatis ex quo occurramus. Etenim, quae commodissima fuerint, & utriusque mali vim compescant, praedia reperiantur, quae calore simul, & siccitate id, quod volumus, recte praestare possunt. Nam quae sicca sunt, profluentem sanguinem coercent, quae calida non tamen uique adeo uehementia, sed benigna, internecionem partis totam elidunt. Horum farraginem supra ostendimus. Ceterum enarraffe uictus rationem, quae symptomatis his accomodata sit plane superuacaneum est. Id enim sagax medicus, & peritus ex supra a nobis allatis uentis poterit, ubi eius, & quantitatem, & qualifimam esse debeat, satis clare diximus. Haec tamen admoerere iam sufficiat, ut absentie quantum fieri poterit, & uirtutum ratio permittit, ad quartam uique saltem studeamus. Negocia omnia, & cure, quae somnum abigant, molestia, profiganda sunt penitus. Quieti concedendum, ac eius cum uenerit corporis, tum praecipue brachij, quam pro symptomatum ratione oportet decernere. Extrahuntur enim mala haec in quartum uique diem uel in septimum, raro, aut nunquam in undecimum. Sunt per plerumque nihil horum experiantur, sed eam benignitatem humorum atque corporis, tantamque operis securitatem secum afferant, ut uel surgentes à tertio die ad confecta munia reuertantur. Hoc tamen ijs facilius licebit, ea lege ut nulla malorum adit suspicio, neque uel his, quae sopita facili excitantur, qualemcumque animum praebent. Quare tutissimum fuerit, etiam optime constitutas ad quartum uel que intra domesticos parietes sese continuisse, uicij parciore indulfisse, ad horas uel que, antequam meridians, lectulo decubuisse, ut hac uita moderantia, uictusque frugalitate ab impetu tantae noxae securi, & immunes, esse possint. E lectulo, ubi surrexerint, curiole brachij positum custodiant, & latissime quadam tania ex ceruice suspensum gerant, sic collocatum, ut mediam figuram, quae opportuna est, & doloris expers gestando obtineat. Transacta septima liberiori uictu indulgeant, uinum assumant, non tamen uique generosum, quo lectus, & uene incalcent. Nihil ut temere agamus, nec quisquam in hominem medicum erudiam, & experitum cadat inopinatum. Non enim culpa uacat, quis putidale occiderit, ut remoueat, quod noxium est, non habeat, sed uelut mus in picchareat, quo scruentur, quid consilij capiat, ignoret. Nec licebit ad id confugere, quod & improposito euenit, non putasse. Quam enim inopinatum hoc? Omnis error, ut cunquae inopinatio accidat, illa laudabilis est. Est enim res, ut de Cicerone certa quaedam, & minime fallax, quae ad eundem finem spectant, praceptorum collectio, nec artificem dixeris, qui, quae artis sunt, non perfecta, & explicata habuerit. Nam neque in scientijs, quibus est immota ueritas aliquid recte ueritatum esse quis pronunciauerit, qui non rem ipsam, & quod diuersim per suadere poterit, una opera cognouerit. Etenim contrarijs inuicem collatis, & iuxta positis multis partibus plus elucet ueritas. Quis imperatorem collaudat, qui solum pulam cum hoste nouit contendere, & non simul eorum infidij occurrere? Quis nauam commendat, qui tranquillo mari clauum gubernet, mox oborta tempestate ob imperitiam nauim demergat? Paratum igitur in omnem euentum esse decet, & cauum ab actionibus nostris secludere.

LIBER SECVNDVS.

27

cladere. Hic enim vbi affuerit nil certum, nil constans, est omnia incerta, omnia mutabilia: illa, & consilio reguntur, & solertia perficiuntur. Sic præstat neque securum esse, neque præcipitum nimis: hoc temeritas est: illud negligentia, quæ a bono viro longe ab esse debent. Quare infatigatos esse chirurgos nostros volumus, vti in vtramque fortunam sint paratiores, siue omnia parata sint, ne quid ipsi erroris committant, siue difficultas quadam in opere, & incommodum emergat, vt quamprimum suppetias ferre, & mederi malo recte nouerint, quæ omnia facilitate affequentur, si quidem nostra paulo attentius, præsentis animo euoluerint.

CAPVT SEPTIMVM.

Cur traductis cutanei depromendi actio diducatur, neque id vnicâ sectione fiat, quodque sit tempus opportunum huic educationi administranda, & quis sit futurus omnis illius apparatus.



ROPAGINEM cutim, seu cutaneum traducem delineatum confor-
mare penitus, in eumque statum adducere, vt faciendæ institutioni
non ineptus sis, nunc instituti nostri est. Quare necessarium est, vt
quæ conferant pro opere peragendo, in primis edoceamus. Cog-
nimur autem priusquam omnem penam huius negotij instrua-
mus, pauca præstari non indigna, & quæ ad propaginem maxime
pertinet, vt minimum sit, aut peregrinum, quo ad nihil confiterit, quod in hoc
opere nostro ab mortalibus desiderari queat, & propterea cæteris annexi de-
beat. Conatur enim primi hanc artem, edocere alios, a nullis, quod nobis per-
spectum sit, fastidium hâcenus. Quicquid enim iuniores nostra tempestate, & qui
paulo supra ab hominum memoria reperiuntur pro artis huius declaratione tenta-
runt, illud ineptus oerte conati sunt, quam vt referri à quoquam debeat. Nam in
artis infansia, pro rudimentis primis atque vel crafioribus, & minus ingeniosis
meras nugas attulerunt, orationis vanitatem commentitia omnia, atque adeo vni-
uersis artis notionibus repugnantiâ, vt incertum sit declarasse, turpius ne quid, an
indocuitus aggressi fuerint. Sed parcendum est, ne quis liberalium hominum, in il-
lorum maledicentiam, stylium nosmet acuisse existimet, quod nihil minus agi-
mus, cum illud etiam ingenue fateamur, quicquid illi vel scripserint vel dixerint
non acerbis astimandum, sed benigne, & humanius interpretandum esse. Vtrum
que enim aberrarunt, & commentitia pro genuinis scripserunt, (non enim omnia
omnes possumus) nihilominus beneficii di studio nostras voluntates promerue-
runt, & focordes ad aggrediendum quid dignum nobis, & laudabile, instigarunt.
Hoc præterea illis suffragatur, vt doctissimos, & pios manes tueamur, & prom-
ptissimam eorum erga nos voluntatem fideli argumento testificemus, suffragatur
inquam, illos non ita rem enarraffe, vt vana interrim experimendi auctoritate ad-
ducta, quasi sacro quodam artem ipsam exornare, & stabilire volerint, sed hoc ip-
sos ex alijs audiuiffe, non item sacro comprobasse, ingenue testati sint, licuiffet
enim cuiuspiam illorum qui vulgarem quandam gloriolam aucupatus esset, id se re-
ipsa comprobasse dicere. Quæ illorum, vt est, non improbanda modestia, præter
illum beneficiendi promptissimum animum, non iniquis contumelijs prociudis
sed cumulatifime laudibus extolli debet. Sed ut eò unde digressi sumus, reuertamur,
deprecati nobis consilium fuerat nostram negligentiam, sicubi in hac noua
artis, & minus ante tentata commentatione, quod erudita ingenia desiderarent,
prætermisum fuerit. Neque enim fieri potest, quin præ ingenij nostri tenuitate,
atque adeo in primis artis incunabulis, imperfectionem nostram, & mentis imbeci-
llitatem attulerim. Nihil enim æque primordio perfectum est. Non una die
Romanum creuit imperium. Quicquid est mortalium operum gradatim confe-
quendum est. Lente ac per vices ab imperfectis ad perfectionis apicem devenire
oportet. Sic artes creuerunt, sic scientia. Nam quæ alij fecere femina, & satis in deco-
re, ea

re, ea excepta a posterioribus, & facilius exulta incrementum sumperunt, & aliquando maturerunt. Sic Aristoteles sic Galenus, sic alij quamplurimi, quod ab priscis illis sapientie professoribus, rude fati, & impolitum acceperunt, id ad limam reuocarunt, conformarunt, expoluerunt. Nō enim eidem quid inuenire, & pericere datum est. Vnus bonorum omnium nobis fons, & auctor Deus quadrata, & omnibus numeris absolutata, exemplo nunquam non fati admirando, nec dum imitando profert opera. Mortales rerum perplexitate occocati, timbantes, imbecilli, mente capti, licet clarissimum ingenij iubar explicare conentur quandoque, mancis tamen difortis, & nonnunquam planericulis imaginibus infictiam suam, & imbecillitatem produunt. Quare meo iudicio rectē Columella iudicat in villatico suo opere ad finem, dum canis cunctarum rerum prudentiam minimē dedisse naturam affirmat. Etenim quicumque mortalium habiti sunt sapientissimi multa scisse dicuntur, non omnia. Imo auius est eorum quidam ingenue fati fateri, se, quo magis diceret, eō minus cognoscere. Sed imitamus velligijs, & gressum promoueamus. Dificultatem primo videtur, priusquam ad eorum rerum apparatum, quem propaginis requirit eductio, orationem conuertamus, quam de causa factum sit, vt de promēdi traducis opera, interiecto dierum spacio, eoque non exiguo, protogetur, nec vnica vice sed separatim perficiatur. Videbitur enim quibuldam, forsitan prætare longius, si omnem moram explicandæ propaginis intercidamus. Nil enim obest, quō cutim, quæ in traducem cessura est, parata hunc in vltim forcipe nostrā Architectionica, uel ad infernam partem, uel ad supernam vt cunquē id nobis ratio persuaserit, vna eademque opera excidamus. Sic enim, & temporis incertura, cruciatuum magnitudinē, operationis securitatis, quilibetum esset. Nam propaginem si vno impetu excipiamus, & pro infusione passibus conformem, sedimacem, proniptus nostra operatio, & citius ad exitum, abique tanto temporis dispendio, ad tres menses, & ultra scilicet, deduceretur. Quid præterea non tormenti subeundum est? Etenim nec bis patendum esset, accerbibus. Namque vix, aut non raris dolore operationis vehementiam agri expectantur, quod ad aucta forcipe partium sensus quadantenus obtorpecat. Hoc mul- ti non obscure proficisci sunt se operationem hanc prius, perfectam iudisse quam animaduertisse. At qui stimuli quæ vellicauones, quæ tormenta, dum propa- ginem depromimus perterenda sunt? Videbimus id infra, dum actionem hanc cum superiori conferemus. Quid non incommodi supercūt, dum parti ei medemur, at- que vel forditem extergerimus, vel lintem imponimus? Certe cutaneus tradux, si vna opera totus, quantus futurus est, è brachio eximatur, faciliorem multo, blan- dioremque curationem nobis promittit. Quid non præterea fructus in operatio- ne percipiemus? quam tuto rem adimistrabimus? Etenim si uas quoddam vel arteriæ vel venæ, idque non leuissimum, violari quandoque contingat, licet bit vtiq; iniurijs eius facilius occurrere, quod sub aspectu, & manus nostras recta cadat, siue id deligandum esset obnixius, siue vel vitione, vbi contumacius se se effu- derit, sanguis cogendus, vel fauces ei obcurantibus præcludendæ sint. Atque hoc apud nonnullos plurimum ponderis habiturum esse, facile adducor, ut existi- mem. Hæc tamen omnia, quæ ita sunt, vnius exitus lubrici, atque adeo quod frustra fiat, quod moliamur, oppolito ariete cuncta ruunt, penitusque demoluntur. Quam- tumvis enim cira, & cruciatuum exors, rameris lenis, & secura illa exiit operatio, nihilominus rament, & artis finem excludit, & omnimodam perniciem propagini interminatur. Hæc enim prima calamitas est, si quidem simul totam propaginem, vt decet, excideris, quod simulatque vna ex parte auellatur cutis, quamprimū re- filiat, & vno fere oculi nictu totam se contrahat, quam siue manu, quamplanare, siue vinculis explicare adnitaris, omnem tamen operam luseris. Præter enim, quod id ob partu illius flaccescēciam fieri nequit, & subiectarum partium, iam- que conuulseratarum curatio hoc opus minime patitur. Videtur simile, quid nobis in testudine accideret, que simul ac validius disense reficiendatur. Nam, & ipe uno impetu resiliunt, & explicare haudquaquam eo, quæ eas incidens, redeunt. Sic quandoque vulnerum labia hiare vidimus, ut ea adducere nullis quantumvis

infunda-

insidaremus, plane impossibile fuerit. Diffusa ergò, & penitus prohibet, hæc in se currentis cutis noxa, quo minus vna eademque opera, & propagationem delincemus, & vniuersam depromamus, & tanto plus, quanto maius periculum fuerit, ne præter illa incommoda penitus emoriatur. Etenim conglobata minus distabitur, minus curam ex remedijs admittet, & si qua illius parte intereat id latius ferendo, & reliquum conactu inficere, & totum confestim abluet. Negat id operandi genus posse concedi, & partium, quæ subistrate sunt, non contemnenda cingitas, siue musculi fuerint iue uenæ, & arteriæ, quæ si inuolentius denudetur, mirum quantum ex aere circumfusio offendatur. Non enim non omni ferro penetrantior est, licet partes eas satis strenue fascijs munieris, & præcipue tunc impetit, cum suam propago curationem expectat. His ergo incommodis tollitur ista administranda propagnis præceptis, & accelerata cura, & in medium venit, ea quæ interpolata fit, & distractim, quæ sane utcumque tardior paulo fuerit, utcumque quadam cruciatus momenta includit, longe tamen tutior est, & ad institutum nostrum accommodatior, quam illa, quæ non solum de lucro sed de forte etiam periclitamur. Sed iam ex ordine sequitur, ut tempus, quo propagationem depromi necesse sit, recte definiamus. Hoc ut in cæteris artis operibus fit, non certis diebus aut horis describi potest, sed ex rei natura, & substantia petitur. Quod enim illa nobis commonditauerit, id sequendum est, quod utero alienum ab ea erit, recusandum nec annexa est eius virtus certis regulis. Quando igitur propagationem iam cernitur educere conueniat, illius nobis, quæ necessaria est, corporalia offendet, & symptomatum omnium intermissio. Affluente enim sanguine, eoque caloris vi in fibras carneas compacto solidescit cutis, & densior fit, quo quasi freno, iam incisa, reuellitur, quo minus corrugata euascat, sed expansa pristinum quantitatis decus retineat. Hoc erat illud, quod sectionem hanc, una cum superiori, qua prima lineamenta traducis duximus, simul fieri uetabat. Expectandum itaque est, ut crassior cutis quoquo pacto, & compactior euadat, quod, si in incertis rebus certi aliquid licet statueret, intra quatuordecim dies fere solet contingere. Quo temporis beneficio, & quæ corpora subiecta sunt, non sine utilitate fruuntur, dum exsiccata noua cute se inuehiunt, cuius ope confirmantur, & egregie se tuerunt ab aeris exterius aduenientis iniurijs. Itaque ex hac excerptenda propagnis occasione quasi auctarium quoddam nec ingratum subsidium partibus his accedit, quas externis noxijs exponere, & immunitas relinquere nec commodum nec tutum fati foret. Præcipue autem hocce operationis genus adigit, ut differamus, ipsa symptomaticum, quæ contingere solent violentia, atque quouique penitus conciderunt, quod intra illud dierum, quod diximus, spatium non potest non fieri. Si enim effrenatus sanguis proripuerit, inflammatione partes distendantur, si erysipelae incalcent, quis quælo non uidet nihil tentari posse, tantum que abesse ut de tra duceducendo cogitemus, quod nouis doloribus, nouo periculo fit, ut potius, quo mala, quibus partes illæ conficiantur, deliniamus, eo omnes conatus nostros, omne consilium, omnem operam, & studium conseruere oporteat. Nec contemnendum illud est, quod ex interitu propagnis impendet periculum. Iam enim ubi traducere hæc mali labes concutere occipisset, nullatenus eius iocunditiam uel compefcere, uel extirpare nobis integrum est, si quidem primis incommodis noua denuo aggregaffemus; quin ferocius longe, & immatius in propagationem graffaretur, & eum sua uirulentia penitus confumeret. Non enim tum, pluribus malis simul incumbere possemus, & eorum uim euertere. At cum ex mora interposita, curationi locus datur, ut si quid obruperit, acerbis id statim in remedio tollatur, & non parum interea recreatistibus propago confirmetur, ut pote, quæ ex duplici loco tanquam geminis uberibus, & sanguine, & spiritu perfundatur itaque minus periclitabitur, & omnes operationis impetus, si qui sunt, & furari sunt promptius, & minori cum noxa sustinebit. Si enim altero nutritio exempta priuabitur, infelicius multo uitam deget, nec uires iam labantes recuperabit, sed ijs colapsis protinus euicta, & emortua concidet. Operæ igitur precium fuerit, hæc fecundam actionem paulisper proragare, & tunc eam aggredi, tum omnis sympto-

n arum fragor conciderit, & ubi redintegratis viribus ipsa propago à malis respiciatur. Sic operis securitas consuevit, sic a grotto moicthias immunitus, sic maturo rem aboluemus (sic enim cito fit quod lat bene,) sic etiam alijs partibus, & præcipue, quæ subfratae sunt, non leue emolumentum comparalimus cum omnem aeris iniquitatem arceamus, atque ut paulum sese recedat, potestatem faciamus, tandemque id agemus, quod recta ratio, omnium scientiarum magistra, & actionum regula, nobis commouet, cui nec experientia, grauis, & ipsa testis, & illius quasi omnes, si non fœcia, repugnet. Nam conatus nostros, hucusque felices rei successus semper confirmant. Sed iam apparatus huius administrationis expedit, ut edoceamus, ut paratiores esse possint medici, eum opus aggressuri sunt, & ad agendum alacriores. Non enim leue solatium est, nec minima pars operis instrumentis, quæ ex usu sunt, satis instructum esse, & ea accommodata, atque disposita habere. Illud enim agenti calcet adit, hoc artem, & artificem commendat. Verumamen supellectilem hanc ad superiorum normam, quæ in prima operatione adduximus, facile uniuersique ex se posse instruere, ne tamen quis hæzitare possit, nec sibi ipsi satisfacere, agere breuius, & compendiose rem omnem enodemus. Cum itaque difsecanda sit cutis ex altera parte, cumque uenulae quandoque intercurrant, ideo illa prorsus instruenda sunt omnia, quæ in prima traducis delineatione supra descripsimus. Qui ergo albumen, rosacea dilutum, liberalius adit. Huic bolum armenum, & sanguinem Draconis injicere conuenit. Ad sint linamenta suppea, bina, lara, & in ouatam figuram confortata. Quantitas ex amplitudine sectionis petenda est. Simi autem ampla fatissat uniuersam sectionem super faciam obuelet cum propaginis, tum ipsius brachij, ex quo is ipse iam iam depromptus hui. Medicamenta adhuc, & linamenta in promptu sint in curam subiecti uulneris, cuius totam circumscriptionem eò quod propaginis fundamentum fit, per belle aream uocamus. Vt igitur ei medeamur, linamenta parare decet suppurantibus oblita, & linteolum, quod injiciamus, ipsi areæ amplitudine respondens, sub hæc alia quoque linamenta ex usu fuerint, quæ in no traducis uulneri propiciant, sintque unica uice hac, præfidis supra habitis, quibus pus mouere datum est, adhuc obducta. Cætera uidebimus alias. Requiritur etiam fœciae dux eadem quam supra notauimus magnitudine. Hæc autem altera aream, & quæ uedicamenta injecta sunt continebit, altera in subsidium est, ut tunc tradici. Hanc uniuerso brachio extra circumducere oportet, ideoque longiorem illa esse conuenit. Adit etiam culter politissimus æque, & acutissimus unus atque alter quibus sectio administranda fuerit. Sic acum adesse decet tratedo luniculo, qua fasciarum fines consuevit, & præcipue internæ quæ nullatenus in nodum uult constringi. Famulorum præcipua cura fuerit hæc administrare, vel in ipsam apparandis chirurgo præsto fuisse cui illico incumbet nunquam recte se habeant omnia, oculis ipsis perstrasse. (Nihil enim magis acutum erit, quam quod ipse agas) tandemque singula suis locis probe collocasse. Atque hæc de apparatus. Cætera in sequentibus prosequamur.



De cutanei traducis iam educendi administratione.

DOCVET iam, quo pacto cutaneum traducem seu cutis propaginem educere conueniat, ita orationem instituumus necesse est, ut pro curtarum partium ratione, in quarum usum ipse cessurus sit, eiusdem educendi modum primo demonstremus: in oxrem ipsam aggrediamur. Non enim parum refert quid agas, & cur agas, prius cognouisse. Illud igitur primo sciri dignum est, cum in alteram partem cutaneum traducem educere possimus, id tamen indiscriminatum facere non licere. locus enim pro sectione hac non promiscue omnis est, sed quem curtae partes ostenderit. Cum itaque nares curtae, & labia vtraque ex ipso restantur, videndum est, num singula istorum eundem sectionis locum requirant, an plane diuersum: & nunquid aliqua eorum consentiant, aliqua uero dissentiant. Hanc rem definit recte operis finis, & artis scopus, qui est ut partes curtas ad deficientis quantitatis normam, restituamus, neque id simpliciter, sed apposite, & quam decenter, ut quantum fieri poterit naturae typum assequamur, & hoc grato spectaculo mortalium oculos perfringamus. Id autem praestabimus, si traducem substantia, quam similem adiungamus curtis, atque ut eum in membri, quod perierat, figuram apte, & concinne ducamus. Sed hoc infra rectius docebitur iam illud euoluendum est. Cum igitur in traduce duplex adit superficies, externa scilicet, & propria scilicet domestica, & minus propria, quinimo alacritas, & cum utraque eorum educi, & curtis applicari queat, quamam parte atque uel infra uel supra id faciendum est? Si in applicatione hac decentem ornatum, si naturae aequitatem obseruare licet, si diuersarum partium concentum, ut hominum oculos afficiant, exprimere conuenit, utique profecto nihil aptius erit, nihil conformius, ipsa cute brachij ad externam faciem, curtis partibus, extra etiam applicata, nil uero ineptius, nil enormius ipsa parte auersa traducis, si cum aduersis curtorum partibus coniungatur. Haec enim rubra inaequalis est, & aspera illa leuis, aequalis, & grato candore conspicua. Conueniet igitur partes haec, & curta, & traducem, aduersas aggregare, & unire. Sic enim & partium substantia, & firmitudine concinne sibi inuicem respondent. Quod cum ita, ut statuit recta ratio, faciendum sit, & positum traducis uel situm in unione quadrare opportunius est. Quare si ex inferna parte propaginem incidamus, ac naribus applicemus, nemo certe non uideret eam inuerti debere, & domesticam eius partem, externis, & aduersis narium partibus conglutinari. At haec ab illius symmetria, & substantia longe diffidet, estque hoc agere ab arte, & bonitate artis alienum penitus, quae inuicem quendam partium inuicem consensum requirit, & id unum curat sedulo ut recte genio quoddam inuertere propaginem possimus, & intorquere, nouerit tamen vnus quisque bellum, hanc contorsionem siue inuersionem magna certe mercede uel inflammationis in traduce, uel crucians in agro fieri. Nec prudentis est, res du propaginem infra excideret, excisum contorqueret, contortum infereret. At si ex superiori parte rescissam eduxeris, mirum est, quam recta, quam sine incommodo & ad nares, & ad superius labrum feratur, quam leuore, aequalitate, si sic curtis aduersa applicetur, quam candoris specie ceteris membris respondeat. Merito igitur statuendum est, si nares, atque a deo superna labra instauranda sint, non infra propaginem, sed supra, & qua parte ad alas inclinata, incidi, & a brachio educi debere. Secus accidit, cum infernum labium resciri oportet. Tunc enim, si loco alto excideris traducem, & affecto loco connectas, partem eam quae illi gemina est, & na-

& natius, intrò conuerti contingit: quam uerò ex incisione natus est, superficiem callosam asperam, & fulcram quasi, oculorum aciei aduersam exponi. Quod cum maxime abibendum sit, & fini nostro penitus aduersarium, enitendum est, ut depresso loco, & qua ad uinam conuertitur traducem excindamus. Ita fiet, ut infero labio rectè cohaereat, & ex artis præscripto, ad exemplum ipsius naturæ, partibus curtis summa æquitate consentiat. Sed nunc operis administrationem ineamus, qua in re admonendi nobis sunt chirurgi, nos sectionem hanc duplici modo præstare posse. Aut enim recta fieri poterit propaginis incisio, aut obliqua: quarum illa ab interiori propaginis angulo, ad alterum exteriorem recta, neque hæc neque illa inclinata ducitur: hæc uerò ab interno cutis angulo ad superiora, & decussatim quasi ascendit, & quæ propaginis regioni ad humerum conterminata est cutis illius partem quandam cripiat, aliquando quidem adeo insignem ut se quid dignum exæquet: hæc uerò diuersitatem, nos magna Dea, necessitas edocuit, & usus optimus artificis, comprobauit. Cum enim aliquando propaginis delineationem non exacte constituisse, à nobis animaduersum esset, nec parum esset, quod imminuta eius longitudine à præscripta mole discederet, quare ut hunc errorem corrigere-mus, propaginem quadantenus exporrigere, & amplitudinem eius adaugere instituemus, quod non alia ratione, quam sectione hac, quæ obliqua fertur, nec incommodo licet assequi. Solet enim ad cæteras decrementi traducis noxas, & illud accedere, quod iuxta angulos tam superiores quam inferiores, perenni uigetandi agitatione natura ipsa coitionem moliat, & inde propaginis molem fere plus quàm par est pro infusione, imminui. Nec minus opportuna est sectio hac, cum laxa cute, & tenui, infigne traducis decrementum fore, quod ex latitudine iam imminuta certò constat, non immerito verebimur. Admonemus itaque medicos, si qui dem non absque illorum culpa paulo breuior, quam factus est, propago fuerit: aut ubi, cutim exciduri, non leue quid de quantitate eius decessum fore suspicentur, ut errata illa corrigant, & futuris malis hac prudenti sectione propiciant. Vbi uerò nullus dubitandi locus relictus est, tum recta, & ab illo aliqua ad latera declinatione sectionem molientur. Præstat tamen semper in omnem euentum à tremum esse, & ut redundet potius quid, quam deficiat, prouidisse. Aeger igitur lectulo decumbat, eo penitus loco, & situ, ac sicut, cum prima traducis lineamenta ducemus: lumino opportunus, à parietibus interuallo dirempus, proxime ad exteriorè marginem, ut sub artificis manu hæreat, circaque lectum hinc inde excurrere liceat, & ut absque ceræ uisum uisum operatio possit peragi. Ministri interim, sua loca obseruent alter ad artificis dextram, qui penes ægrotum erit: alter ad sinistram: hic ægri brachium, puluillis innixum, cubito tenus, manuque extrema rectè sublatam continebit ille uerò, ut medicus præceperit, & uel rectè uel oblique propago excidenda sit, sic superam humeri regionem contrectabit. At quoniam utrumque horum modorum, nempe aut rectam aut obliquam sectionem, in uisum transferri constat, non ludemus operam, si uisum uisumque illorum non femel, & una præceptione, comprehendamus, sed distinctius, & accuratius describamus. Quare si rectam sectionem chirurgus facturus sit ministrum qui a dextris obijciatur, supernam brachij cutim, & quæ traduci proxima est comprimere iubeat. Cedit enim cutis ob molliorem, & sectionem, quæ recta futura est, non raro interpellat. Comprenderet uero cutim ministro, & ad normam continebit, si alteram, manum axillæ iniiciat: alteram uerò ad cutanem traducem quam proxime imponat. Interea chirurgus propaginem specillo attollat, in dextram sinistram imponat pollicem extra regione adijciat, & traducem blande sublatam contineat. Mox dextra ferrum imponat, aciem impingat, & ad rectam lineam ad angulos superiores, æquali, & non erranti ductu perducatur. Propaginem iam eductam ad uisum inclinat, & parte ea, quæ uulnerata est, suppas imponat, probeque muniat. Fit enim ut non leuem sanguinem hæc pars effundat si quandoque uenula quæ incidatur eandem pertrauerit. Itaque, & hic habet, quod non negligat artificis sedulitas. Interea ministro cæteras partibus, nempe arce incubat, suppas iniiciat, & sanguinem produentem arceat. Atque hæc prorsus fuerit rectæ sectionis ratio.

In obli-

In obliqua, quam nunc edocebimus, primum eo superferendum est ut neque quod supra uolumus, brachium minifiter comprehendat, neque manus geminas, imo nullam injiciat. Hoc tamen medico peripetum fit, ut inter traducem, & subiecta corpora ferrum adigat, & superiora uerius sectionem parat. His enim duobus operatio hæc a superiori descendit. Protinus itaque ubi perfexerit, quantam portionem cutaneo traduci adijcere oporteat, hunc pollice ac indice dextræ manus suspendat, & minifiro, qui supra est, subiciat ad dextram, comprehendendum eradat. Ipse propagini specillum intro subiciat, eandem attollat, & indicem finiftræ manus lenius imponat: huic pollicem ex aduerso obijciat, & quemadmodum diximus curim ipsam subleuet, pauloque alius ut cultello non impedito adinus pateat. Eandem dextram injiciat, aciem adigat, & ualide tranfuerit, quæ quantum sibi opportunum esse uisum fuerit, obnixè educat. Propaginem iam depromptam ad ulnam reclinet, & qua parte refecta est, supra contegat, & recte miniat. Sed hoc negocij statim minifitorum alteri concedendum est. Ipse medicus ad aliam partem recurrat, linamenta injiciat, probeque, & fedulo curet, ut omnem sanguinis impetum, quouis modo retinet, & inhibeat. Exinde consilium est uniuersam aream contegere, atque diuersis linamentis, & linteolum illud lamam imponere. Propaginem uero minifiro finifrorum credat, qui dextram eam comprehendat commodissime, & linteolis tepe factis, aduersus acris iniurias in defesso foueat. Interim chirurgus altera fasciarum totam aream circumdare, & opportuno contegere, hoc prorsus modo, meditabitur. Initium illius ad superiora, & interiora areæ explicet, id pollice manus firmet, dextram sub pollice parte demittat, ad interiora sursum fasciam educat, mox qua parte cepit, reuertatur, rursum fasciam circumducet, quod eouique pariter, quo tandem uniuersam aream spacijs circumiecta fascia contectum fuerit. Ea tamen lex esto, ut in externam brachij partem fascia definat, ubi reliquis ipse eam affigere, & funiculo affuere elaborabit artitex. Hæc ubi peregerit, nunc propaginem depromat, & qua parte refidere debet, super eundem planè locum, unde exemptus est, linamenta quædam, pro interna ulceris curatione, supra eam fasciæ latitudinem, infernat, & eò impositam traducem reclinet. Hic obseruatione dignum est, ut locum traduci conuenientem satis assignemus, atque ut eo tam in latitudinem quam longitudinem explicato, ne quia erroris committamus, moderantiam quandam actionis obseruemus. Plurimum enim ad operis perfectionem proderit eundem recte componere: nec minimum a mole eius decederet, si quæ non rite peragantur, quo nihil erit uel ad operis finem inutilius, uel ad artis commendationem ineptius. Nec protinus id animaduerti licet, sed furtim labe hæc ac per momenta se se infinuat, quousque tandem aliquo tempore post eius incrementum concipias. Nullum igitur oportet non mouere lapidem, seduloque, & obnixè contendere, ne erratum quid, negligentia, & culpa nostra committamus, sed, quo ad licet, officij nostri munia explicamus. Traduce igitur reclinato, explanato, & rite composito, iubeat uolo chirurgus, supremam eius à minifiro supra comprehendat, imposito indice, medioque digito, & ne quid remittat, sollicito admonet. Etenim, ut propago contrahatur cauendum est. Ipse fasciam arripit, ad infernam partem, & qua matri propago adhuc inhaeret, injiciat, mox deligationem promoueat, quo uis que tandem integram propaginem comprehenderit, & cum brachio deuenierit. Nouerit autem chirurgus in hoc fasciæ circumposito, totam operis iam dicti dignitatem consistere. Nam contabescit, quam primum traduce fasciæ constringatur, & calore suffocato emoriatur: fin uero laxius deligetur neque sic fiet, quo minus à quantitate sua recedat. Acquitatem igitur, & regulam adhibeat, ne quid uel connectendo obnixius, uel deuinciendo solutus non sine æquissimo, nisi experientia coniter, cum ad normam actionem tuam direxeris, itaque ut certior euadat, & peritor, quotiescumque fasciam depromperit chirurgus, uniuersam cutis substantiam animaduertet, & curiose circumspiciet, nunquid recte se habent omnia: an uero propago emoriatur, aut quodammodo se contrahat.

trahat. Hoc autem oculi demonstrabunt: illud uerò pallor, & in feriendis totum por ostendet. Itaque si quid prætermisum fuerit, id rite, & sine difficultate corriget. Sit autem diligens ualde chirurgus expeto. Quare quod reliquum est, ubi omnia peregerit, nam brachium in locum suum atque in mediam figuram collocabit. Atque hæc fere, ni fallor, vniuersa operationis huius administratio est. Sed hoc in loco, qualescunque traducis partes annotasse, & proprijs appellationibus designasse, commocui est, ut illarum, si quando mentio incidat, absque ulla uerborum circumscriptione meminimus. Esiugentis nominibus agricultura facies præferet. Eius enim signa libenter sequitur ars nostra sub cuius auspicio in campum profilit, cuius dæm ut unicuique patet, hucusque militauit. Partem igitur uniuersam, quæ operationis nostræ materies, & sedes est, & cutaneum traducem, & cutem propaginem, & cutim brachicam nouo effictio nomine hucusque, ut & inde fiet, nuncupauimus. Hæc longitudine, & latitudine insignis est: altitudinis minimum obtinet. Longitudine uerò, & latitudine adeo distat, ut illa tertia parte hanc fere semper superet. Longitudinem, autem quia insignior est in superiorem mediam, & inferam, partem secari licet, & singulis suâ nomina indere. Superiorem eam intelligimus, quæ proximè à brachio abscissa fuit, quam traducis apicem iam aliquoties diximus. Eius enim proprio magis nomine infititio, seu apice infititio posthac significari uolumus, quod hoc loco præsertim is ipse in curtas partes inferatur. Infernam portionem, quæ à brachio dependet radicem traducis appellamus. Hinc enim, uelut ab radice in arbores sic in reliquam traducis substantiam alimentum deferunt: Sic partem quæ radici brachij contermina est, nutritij nomine designamus, quod eius beneficio nutritur tradux, & adolecat. Quæ uerò media est inter radicem, & apicem, eam propaginis corpus non immerito uocabimus. Quod autem ad eius superficiem utramque spectat, nos eundem communem nomine, & internam, & externam, aliquando etiam aures, & aduersa uis sumus. Quæ enim internam est à facie nostra aures est, quam quia in callum decoquitur nonnamquam callosam nuncupabimus: quæ uerò exterior est, hæc oculis nostris ex aduerso ponitur, quam usitato cutis nomine cutaneam deinceps dicemus. Cæterum traducis oras uel interiores, uel exteriores, aut lineas uocabimus aut linearia confinia, uel interna uel externa. Nec ea incommo, & labia dicere possumus, quod rotunditate, & crassitie labia oris fere representent. Atque hæc pauca de his sufficiant. Quantumuis enim rei æstimationem his nominibus non assequamur, non minimum tamen lucis conferunt, & omnes errorum tenebras, qui labinde his nominibus occuluntur, discutunt.

CAPVT NONVM.

De curatione recentis, & antiqui uulneris, cum in traduce cutaneo, tum in area ipsa, nec non de cutanei traducis educatione.



OSTROYAM igitur cutaneum traducem eduximus, & ne quid nobis sanguinis effusio, negotij faceffat, prima curatione cauinus, mox frequenti die uulnus detegere præstabit, seduloque circumspicere, quid nobis in hac curatione fugiendum sit, quid uel posthæc peragendum relinquatur. Qua in re ut distinctius, quam feri poterit, progrediamur, partienda nobis oratio fuerit, cum id res ipsa postulet. Duo sunt omnino uulnera in utriusque partibus in area scilicet, & in traduce, diuersa penitus, quorum unumquodque suam curationem, & propriam exposcit. Primum illud tam in brachio quam in propagine iam antiquum est, quod in prima delineatione obuenerit: alterum recens est ad educationis locum,

cum

cum ad apicem traducis, tum ad areæ regionem supremam. His singulis varia debent auxilia, nemo plane est qui ignoret. Quæ enim pars nuper attrita est, & ferro laceffita suppurationem requirit. Illud uero iam inueteratum vulnus congesta immanni illa cum affluentis, tum congesti humoris copia, ob partis imbecillitatem, ex conuulserationis impetu illatam, reiectis iam inde suppurationibus excitatione indiget, ea que non uulgari, quo demum quidquid molle est, siccando coactam in callum seu cutem obdurefcit. Quare sedulo amittitur medicus, ut sub exitum huius operis, atque ubi in callum concreuerit cutis nullo impedimento ad artis finem rectè peruenire queat. Quæ cura illi etiam incubuerit, simul ac tam propaginis apex, & summum areæ confinium ad exactam suppurationem deuenierit, quod negotium fere intra nouè dies, uel ad summum intra undecim, quandoque, & septima luce perficitur. Non enim id pus mouendi interuallum quod ancea, admittimus, cum non idem iam nobis propofitum fit, multa que fuerint, & non indigna, quæ uulneris tunc suppurationem extraxerint. Primum enim id nos fecisse adigit symptomatum grauitas quorum uel metum concidere, uel seuitiam penitus placati prius necessarium fuit. Sic expectandum erat ut interim compacta carne solidesceret cutis, & in maiorem molem excrefcere, quo minimum certe, aut non tanto impetu, & priusquam auxilium afferas, ipse tradux decrefcit. Non enim exiguum est, quod illi ex carnis fibris alibi subnatis robur accedit, quæ quasi frenis quibusdam impendentem, & iam erumpentem cutis decretionem inhihent. Celerius itaque suppurationibus renuntiaffe licet, atque exiccantia ad manus sumptisse, ut partes illæ callum, seu cutem dixeris quamprimum contrahant. Inditio autem fuerint, iam satis superque suppurata esse uulnera, cum in ipsis medicus conplexerit, quæ Celsus dociffime refert, æqualem ubicunque ruborem, ficcitatē, & humoris moderantiam, nullumque, uel exiguum doloris uefugium. Tunc enim suppurationibus superfedere oportet, & ut cicatricem plage inducas omnes conatus exercere, quod ijfdem fere tam in areæ, quam propagine, auxilijs perficitur. Paulo tamen ualentiora, ut ufus nos edocuit, ipsa areæ præfidia requirit, quod uliginosum magis, (ni fallimur) id brachij uulnus, & fordidius existat, cum musculis inhaereat, quibus, quæ uasa circumffunt liberalem uaporum, humorumque copiam iugiter affundant, & ulceris curam quod sicco gaudet, maxime suspendant. At ubi exigua collumie fuerit, ut est, quæ traducem curaneum obfcidit, itaque promptius occallefcit, & mitioribus multo, quam areæ uulnus, tractari cupit. Præterit ergo, quando delectus adest utcumque idem arritici scopus sit, hanc curantem nihilominus diducere, quod etiam ea de causa non negligendam esse uideatur, cum diuersis fere, atque proprijs symptomatibus pars utraque subinde excrucietur. Sed tranfcamus propaginis curam atque eam, quæ areæ est, iam prosequamur. Medicamenta præcicatrice quamplurima sunt, at nobis usq̃ comprobatum est unguentum ex pompholyge, cuius hæc descriptio est. Recip. ceræ albae, olei rosæ lib. s. succi fructus folani fat. vnc. iij. plūbi vfti, & loti, pompholygis, an. vnc. j. thuris puri. vnc. s. Coquantur oleum, cum folani succo, ad illius consumptionem, tunc adiciantur cætra, qua liquata addantur cæterarum rerum pulueres, ijque tenuiffimi, subigantur in mortario omnia, & ad unguenti formam reducuntur. Hoc unguento linamenta oblinimus, & brachij plagæ imponimus. Hæc & aliud, quod non minori fructu multoties experiri sumus. Recip. lapidi calaminæ, terræ lenitiæ an. vnc. iij. lytharg. aur. ceruffi an. dr. ij. succi kempferiani dr. ij. ceræ vnc. v. olei rosæ lib. s. lib. j. mifce, & a re formetur unguentum. Non fecus unguentum ex minio protulerit, ex lithargyro, ex ceruffa, ex calce lora, & alia id generis per multa quæ cum humiditate, abforbeant ualidiffimè exiccant, carnemque exinde in callum excoquunt. Veruntamen cum quandoque humidam carnem, mollem atque mucolam oriçi contingat, tam in areæ medullis, quam in umuerfa illius periphæria: quod plerunque corpore humidiore, & frigidiore accidit, & impuro sanguine prudentis medici fuerit ad alia præfidia interim mentem conuertere, quibus putrilaginem illam, carnemque flaccidam penitus coniciat. Aliter autem id uisij genus alimentis humidioribus

36 DE CVRTRORVM CHIRVRGIA

ac omnino erratis, quæ in uictu committuntur. Quapropter præcidenda sunt ægro, forbitiones, iura, & id genus cibi humidiora imperanda que siccora, ut sanguine aquoiori, & minus confitenti edonita, ad frugem corpora redeant, & exsiccata citius conualecant. Interim autem hæc medicamenta utripasse profuerit. Recip. terebinth. cera alb. resin. ammon. an. dr. xliiii. flor. æris, opopon. an. dr. ij. aristo- loch. long. æ. thuris maccui, bdelii, an. dr. vj. myrrh. galban. an. dr. iij. litharg. dr. ix. olei. si aristas fuerit lib. ij. si hyems lib. iij. Bdelium ammon. & opoponacem in aceto, quod factis est, per unam noctem macerato, calefactis terebinthina per- mitticeto, in oleo adiecta cera, cæterisque in puluerem redactis coquito, & ex arte unguentum eformato. Hoc linamento inungiro, & ulneri imponiko. Mirifice enim humorem absorbet, & mucidam carnem coniumit. In eundem usum aliud paramus, æque ualidum, ac diuturno usu comprobatum. Recip. resin. pini lib. j. ce- ra. lib. 5. olei comm. vnc. iij. æruginis. vnc. j. s. refinam ac ceram in oleo liquato, æruginem itudiose terito, oleo addito, & unguentum conicito. Vtilissimum etiam fuerit, quod ex unguent. rof. & præcipitato paramus quandoque, cuius egre- giam operam in numero experuimus, dum nobis putredo hæc debellanda esset. Compositionis ratio hæc est, ut quartam præcipitati partem unguento rolat. im- mittamus uelut exempli gratia. Recip. ang. rof. me. vnc. j. præcipit. opt. pul. dr. j. s. mirice. Hoc præfidium sentim abradit, & carnem putriam, & uniuersum ulcus absque ullo dolore deterget. Cæterum contingit quandoque iam exporrigen- te se cute, & aream inuolente, pustulas quafdam in tota area, atque momento fere excitari, quæ, quod reliquum est, curationis inhibent, & officium recte ope- rantis naturæ interpellant. Odiolum profecto hoc symptoma est, & cuius occa- sione longissime in hucionem traductis, differre necessarium est. Fit plerunque æsti- mis ardoribus, corpore picrocholo, & calentioribus cibis enutrito. Tum enim bi- liofa collantes excreta, que cum turgat, & hæc illuc agitur, tandem in bra- chium, & quoniam tenentior est, in aream ipsam procumbit. Hinc circa tenuissi- mam cutem, queque nondum confirmata est, in aream pustula excurrunt, que præter operis moram, & acerrime pruriunt adeo, ut circumlitæ partes aliquando lancinatae, dum ab agrotis mollioribus scabuntur, non exiguum sanguinis fluxum effundant. Non solum autem, quod pars hæc imbecillior fit, phlyctenæ erum- punt, sed quod non raro ad partes has suam naturam sentiuam, tamquam longius distantes à uitæ principio, exoneret, qua de causa insignia uala, quæ ampliffimos quosdam riuos ad materiam deriuationem hoc loco constituit. Hoc malum, & phlegmatica exeret corpora cum salis quidam ichor, si que tenuior exaudaue- rit, & partem eam occupauerit. Augetur id mali genus ex imbecillitate capitis, quod in proximo tenentior est, & hinc ab alto, quasi in uallem sua excrementa præci- pitat. Huic autem symptomati cum uictu commodo, tum medicamentis oportet occurrere, quorum illud non enarrauimus, (iam enim sæpe hæc præcepta uo- luimus, & quia non imperitos ad hanc operationem accerturos esse confido), sed exundantem copiam leuiffimo pharmaco primum medicis uelim detrahant, que si leuior fuerit, unica uictus ratione edomabitur. Itaque medicamenta dontaxar per scribamus, & ea præsertim, que longo usu cognouimus, atque super omnia, hoc quoque sublequatur. Recip. olei rof. compo. lib. 5. olei rof. omphac. vnc. ij. iuc. corum fol. plantag. fol. folani hortensis, centa. minor. la. pat. an. vnc. j. s. Olea bul- liant cum fucis ad eorum consumptionem adiecte ceram albam, quo ad suffecerit ad eformationem unguenti molli, asperge demum, lytharg. pul. vnc. j. s. pom- pholig. præparat. dr. ij. recem. plumbi. pul. dr. ij. pul. hoilei cremati. 3j. s. boli armen. ueri pulu. camphor. an. 3. s. unguent. infrigid. Galeni. popul. con. an. vnc. i. mirice, & reformetur unguentum s. ar. Est adhuc aliud neque id contemnen- dum. Recip. lytharg. vnc. i. ceruff. vnc. v. cera alb. vnc. iiii. olei rof. lib. i. albori oton- rum recem. n. iiii. liqueat cera cum oleo in olla uitreata, addatur lythargyrum, & ccruffa, continuo quemiceantur, ubi autem refrixerint, onorum albumina, ea que probe agitata inijciantur, & unguentum conficiatur. Hoc præfidium humorum, feruorem apprime restinguit, & benigna succitate ad cicatricem ulcera perducit.

Super est tamen adhuc, & aliud aræ malum, quod in puris eò confluentibus humo-
ribus enascitur, qui cum paulo crassiores sint, ibi hærent ob corporis molem, &
partem eam in profundiora ulcera excavaant. Hæc labes equidem ut dicam per-
fima est, appositio tamen uictu, si quid in illo erratum fuerit, & corpore pharmacia
expurgato, quod reliquum est, extrinsecis applicatis non infeliciter expugnatur.
Sed ab illis lubenter superfedeo, cum chirurgus peritus, obseruatis interim anni
tempore, ætatis, ac temperamenti ratione ea facile perficere poterit, hæc tamen nos
operæ precium est addere, quæ licet multa sint, ea que uis nobis non improbata,
bina tamen tanque omnium accomodatissima, & saluberrima fabricare uolui.
Horum primum est. Recip. resinæ pini, terebinth. ceræ citrinæ, olei comman. vnc.
j. s. Dissolue ceram, & resinam in oleo, tandem que terebinthinam, omnia colen-
tur, & in cacabo ad lentum ignem bulliant, aërique exposita demum refrige-
scant. Alterum uero tale fuerit: Recip. terebinth. mell. ros. col. a. vnc. j. thuris,
aloes, fæcocoll. farinæ hordei cribat. sub. an. dr. ʒ. Dissoluta terebinthina cum
melle, addantur pulueres, & agitentur indefesso, uel quo exacte commiscean-
tur. Atque hæc ferè symptomata sunt, quibus aræam interdum uexari consue-
uiffe non infrequenter experiri sumus, pro anni tempore, ætatis, sed præcipue
ob unius temperiei, ac æreosis habitus conditionem. Horum singula ex humo-
rum impuritate, quæ subinde in languida membra defœciat, originem ducunt.
Itaque corporis exspiationi incubuisse, prima utique cura fuerit, ea tamen lege fer-
uata, ut minimum ualentissimis pharmacia ægrum conuatiamus. Nam & uictus
ratione, si rite constituat, (si quidem minor colluuiæ copia affuerit) uniuersum
negocium rectè perageamus. Lædant quoque pharmacia, & uentriculo corpo-
ris nostri œconomio non exigua noxam inferunt, ut Medici fatentur: quare su-
gienda sunt, & parcius, aut nequaquam in usum traducenda, siquidem artis digni-
tatem saluam esse uelimus, cuius eximium decus non leuiter perfringemus, si re-
petito pharmacorum tormento ulterius se confictari debere, cognouerint homi-
nes. Multi enim sunt, qui præter hunc solum curandi modum, cætera laudant om-
nia. Hicce igitur remittendum est, dummodo id integrum nobis fuerit, & oppu-
gnandum id mali genus, appositio uictus ratione, ea que diligentius obseruata. Hæc
enim medicinæ pars, & sanctissima est, & tutissima. Sed ad traducendum, quæ
potissima medicæ cura est, atque adeò ad eiusdem educationem aliquando descen-
damus. Illius callum moliri, caput est, & medicamentis appositis quamprimum
eundem arceffere. Tum enim inducta cicatrice, infitioni locus est. Educationis
ratio in eo consistit, ut quod ex ubertate, & alimenti benignitate contingit, propa-
ginem bene nutriamus. Hinc solidior fit, atque uegetior, & ob roboris uigorem,
ac decoris speciem infitioni aptior. Velim namque chirurgi existiment, & cum
traduce artem nostram periclitari, & operis ornatum in eius dignitate collocatum
esse. Scrupulosius igitur educare illum necesse est, nec minimum uel negligentie
uel securitatis concedere, quod exinde non leuem propago noxam subeat, quam
neque in progressu reuocari, neque ullo postmodum ingenio corrigere possumus.
Quamobrem mihi sapius chirurgi admonendi fuerint, & obnixius. Bona enim, &
quæ salutaria sunt, inculcasse frequentius non obeerit. Nouerint itaque iam de
sua dignitate agi, & quicquid cutaneo traduci ex industria accesserit, id omne in
operis decus eximio diligentie testimonio, mox transfusum iri. Sed rem ipsam
incamus. Ut ergo propagini medeamur, id nobis consilium est, quod in aræ
curatione fuit, nimirum, ut in nouo uulnere pus concitemus, & cicatricem plage
inducamus. Sunt autem plene eadem præstidia que supra habuimus, ideoque, &
unguento ex pompholyge. & alijs ibidem descriptis, uti licerit. Sic linamenta
arida, ea que medicata, si adhibeantur profuerint, uel filamenta ex eo linamenti ge-
nere, præparata, hoc plane modo. Eligantur lintea tenuia purissima, imbuantur
liquore, quem mox describemus, exiccetur in umbra, rursus perfundantur, bisuel
ter, & rotas exiccantur. Liquor talis est. Recip. gallar. immat. summach. myrtill.
balauit. cort. granat. an. m. j. acachypolyft. an. vnc. j. aluminis. vnc. ij. bulliant om-
nia in uino nigro, eo que austero, quouelque tertia salicæ pars superfit, macerentur in

eo lineamina, & in umbra exiccantur. Cum uero omnia hæc non modico tempore decurlu peragenda sint, quæ scilicet ad traducis curationem spectant, non ineptum esse mihi uideatur, ut hoc quicquid est uniuersi temporis, quas ætates cunctane traducis merito appellare possimus, certis quasi notis distinguamus. Ve enim in animabus, certis quibusdam intervalis, quibus non obscuro corpora nostra immutari contingit, uisendi tempus circumscribimus eodem pacto, & in traduce, quamuis ætatione impari suas mutationis uices descripsisse, & proprijs nominibus designasse licitum est. Sunt autem hæc pueritia, eius adoleſcentia, ætas consistens, & senectus ipsa, quæ singula si recte quis animaduertat, & in traduce spectantur, & spectata profunt non mediocriter. Pueritiam ergo id uniuersum temporis spaciū esse dicimus, quod traducis educationem proxime consequitur, & eouſque quoad uulnus euidentius exiccatur. Est enim cum exuberante humore nullum adhuc in fibris carnis siccitatis uestigium apparet. Inducto sunt, macores plurimi, fibrarum flacciditas, & totius traducis, quædam ueluti mollities. Nec id mirum est, cum ab superiori nutritio quasi ab ubere materno, quibus hinc antea largius alebatur, iam exempta rapiatur cutis, atque ita non minimum languat, & præterea, quod interim multis sit exposita difficultatibus, & plurimis symptomatum, & quam grauium telis impetatur. Illius igitur medici substantiam curioſius tum inspiciant, seduloque aduigilent, ne qua tartum noxa subrepat, quæ rem ad angustias deuoluat, & iummuū de operis perfectione metum atque suspitionem nobis incutiat. Eius generis mala fere uicera sunt, inflammatio, & partis cuiusdam corruptio, quæ omnia ipsæ prædijis, quorum illam supra propolimus curanda sunt, ut ea hoc in loco non reperere ab ratione haud alienum sit. Reliqua tamen est ipsius traducis rabes, quod maiam cum uisueris eius temporibus commune sit, ideoque ubi aliorum, quæ communia sunt symptomatum mentio incidit, neque hoc obliuione contereamus. Iam uero adoleſcentia traducis subſequitur, quæ tum planè incipit, cum manifesta siccitatis argumenta sese proferunt. Tunc enim recreata cutis neque suscipit excrementa a ianum partium, neque ea ob caloris languorem penes se congerit. Hic qualicumque fuerit, maius multo robur ostendit. Porro linearia conſinia in primis occaleſcunt, & mox cætera. Cur uero id contingat, neque callus ipse, seu cicatricem dicas, ab infirma parte, atque à radice sese promoueat, ni fallitur, hæc causa est. Callum enim non aliud, si Galeo credimus, quam uehementem carnis exiccationem esse scimus, quapropter credendum est, ubi minimum humiditatis uigat, ibi citius callum generari posse. Inter uero traducis partes, à magis certe, ac ipsa radix uirginior est, quæ cuti musculis proxime adhæret, à quibus omnis siue humoris siue uaporis copia in hanc partem effunditur. Arbitramur itaque utcumque ualentior sit hæc pars, & calidior, nihilominus tamen eam quam traducis apicem, minus posse callum contrahere. Hic enim plurimum, & a brachij cure, & musculis ipsis distat, & minus exhalantis profluentisque humiditatis recipit, citiusque exiccatur. Sed utcumque id eueniat, tunc adoleſcere traducem certum est, cum partes illæ exiccari occipiunt, & iam clarissima cicatricis indicia apparent. Porro ætas uirilis illa est, cum radice tenus cicatrix sese promouerit, ac uniuersa eius superficies, interna scilicet in callum abierit. Tum uero confenit, cum callo radicitus constituto, totus propaginis ambitus sique interior cicatricem iam contraxerit. Iam enim reficcatis ultra modum, fibris carnis, & alimento ob calli duritiem, qui radice angustias obſidet intercepto, ad insignem frigiditatem hæc pars delabitur: hinc flaccida, hinc mollis est, hinc exucca, & quia gemino calore destituitur hinc arida, & rugosa, unde omnis eius amplitudo decreſcit, & fatifcente ætate, & uigore iam iam languere consumitur. Superest autem, ut mala ea, quæ traduci communia esse diximus, eadem nimirum, ac radice inæquale libramentum, aliquando explicemus. Reſecta uero dignitatis cœnſura, ab eo incipimus, quod tempore primum est, & artificis culpa plurimum obrepat. Non enim quam naturæ uisio maximè contabescit cutis, nec protinus à principio, sed ut uisus nos edocuit, longe post, & cum tradux in callum quasi totus iam abierit. Si igitur inæqua-

inæqualius libretur tradux, quod facile fit: utique non contemnendum hoc planè
 nitium est, cuius natura ex ipso nomine ferè adducitur. Est enim cum ad radicem
 in alteram partem uel sinistroscum uel dexteroscum, à positus rectitudine tradux
 deflectat, quem protinus simulatque hinc inde declinauerit, noua quedam, &
 non exigua calamitas excipit. Dum enim in alteram partem contorqueatur, &
 male explicata cutis in sese confidit, statim eò loci, ulcuscula quedam contrahit,
 & demum ex humoribus eò confluentibus ipsæ acerbis dicitur. Huius
 rei euidens testimonium est, si qua uestis sulcum quemdam, & plicam contraxerit.
 Hac enim parte potissimum arroditur. Idem fit in cute traduce, & præsertim, si
 neglecta uel delata illius cura hoc malum aliquis fuderit, & iam ulcera grandia ex-
 citantur, eaque rebellia. Hinc frigidior fit propago, planeque aridior, quod
 ingreditur alimento, quasi faucibus præclusis, interceptus sit. Cauentur itaque, ne
 malo huic ansam præbeat medici, aut si iam peccauerint, uideant uelut in
 quamprimum corrigant. Cam enim ab externis causis hoc malum pendeat
 & externis adimendum est: & quod artificis peperit negligentia, eiusdem,
 etiam extirpabit industria. Curandum igitur est summo studio, summaque sedu-
 litate, ut in traducis positæ, cuiusque, dum falsis obuoluitur, deligatione, libramen-
 ti æqualitatem curiose nimis seruemus. Cui præcepto si falsificimus, nec ulcera
 remouere, nec maciem abigere tandem oportebit. Si tamen sapinæ huic impru-
 dentia locum concesserimus, & iam hæreat domi nostræ hæc mali labes, quæ ani-
 mam, & uires sumptis cum tempore, nec ita cedit facile, iam inflectenda propago,
 & positus eius puluillis, quæ propius ad moueantur, ipsæque lincis emolliendus est.
 His enim uelut obiectis obicibus, ne eò amplius, quo prius, declinet, tradux non
 ingrata solertia prospiciamus. Atque ut exemplo rem declaremus, age flectatur
 sinistroscum propago, eò quod ipsi hoc superiori deligatione effecimus. Submo-
 uenda itaque hæc inflexio fuerit, & ad æqualitatem tradux reducendus, linteolo
 latiusculo, quod manus amplitudinem exæquet, duplicato, ad pollicis quantita-
 tem efformato, mox ad internum angulum cute traduci iniecto, explicata tamen
 radice, & in rectitudinem constituta, & falsis probe constricta: & ubi uicula solu-
 ta fuerint, denovo propagine librata, & subiecto puluillo, tenuisque ipsæ colligata.
 Fiet enim, ut paulatim in pristinum sinum transtducatur, & iam rectitudinem
 obtineat, quod ubi contigerit, puluillos adijcere denovo superfluum fuerit, sed eam
 diligentius uincisse. Vlcera autem si iam coeperint, ipsæque prius remediis, quæ
 supra diximus, & in areæ incommodis adhibuimus, expugnanda sunt. Est tan-
 dem, secundo loco non exigua traducis labes, cum frigidior euadit, & occulto
 languescens per momenta subinde contabescit. Vitium hoc quandoque ex ini-
 qua deligatione oritur, aliique de causis internis, quemadmodum si prope radi-
 cem, qua alimentum effertur, partes supernas callus quidam circumnectat. Quo
 pacto quandoque fit, ut si arctius cutem deligauerimus, imbecillam alias iugule-
 mus: neque solum si radix ipsa, sed ubi, & inuitus vitæ modum confringendo
 compressus sit. Nequit enim alimentum attrahere exigua a deo caloris particu-
 la, nec demandatum conficere. Hinc rugosior fit, hinc sensum definit, & emoritur.
 Si igitur deligationem duriores paulo esse circa radicem contigerit, nulli du-
 bium est, quin sanguine, & alimento ob iuiteris angustiam intercluso, uniuersa
 traducis amplitudo, quod nequaquam nutriatur, iustam ob causam decrescat. Ita-
 que sublata hæc, & effectum illius a deo noxiis, & infectum, protinus chirurgus
 amouebit. Nec solum in prima traducis ætate diligentiam adhibeat oportet, sed
 maxime alias, cum nullum tempus ab his malis vacuum sit, sed quod eo etiam iam
 confirmato, & ualentiori facilis ad interitum prolapsus sit. Veruntamen ubi er-
 ror hic uel traducis uitio, quod intemperie quadam conficitur, uel carceratum
 partium malo obtigerit, iam causis rectè æstimatis, in earum ablationem omnem
 operam collocare, oportet. Quod ad alterum horum spectat, eluenda est impu-
 ritas, rite propinatis pharmacis, de quibus mentio supra à nobis habita fuit: alte-
 rum uero, quod non nisi ab frigida fuit intemperie itidem remouendum. Prom-
 ptiſſimum enim est, particulam a deo tenuem, tam paucò calore perusam frigi-

40 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

ditate corripit, refrigeratam marcescere. Auxilio praesentaneo fuerit illam fric-
tionibus, si que lenioribus interdum contrahisse. Erenim & maternum alimen-
tum addidit trahere, & id uberius allicere, cui calor quodammodo excitetur, & re-
feratis viis, moleque traducis laxata promptissime sanguis prorumpat. Desinant
autem a radice ipsa frictiones in initium, sicutque blandiores, quousque partes
rubescant, & in molem attollantur. Hac enim argumenta sunt, iam emolumen-
to attritionem illam fuisse. Quod limites hos supergreditur, non auget, sed discul-
so calore, & sanguine imminuit. Proferit, & inunctionibus calorem languescen-
tem succitasse, quales sunt ex oleo camomel. aneth. lilior. alborum, costino, tepefa-
ctis, & liberalius cur. neo traduci anulis. Irriganda uero est saltem pars eius ex-
terior, domestica, & interna haudquaquam obliata, quod calli atque adeo ipsius
cutis procreatio, uia omnia, & praecipue olea respuat. Res autem hoc pacto ad-
ministrabitur: gossypium chirurgus eiu modi oleis imbuat, seu lanæ hapsum, & uni-
uersum traducem extra inungat, mediis uero digitis, ab radice ad summum usque
perfricat, frictionem repetat, particulam deinde abstergat, & fasciis tandem ob-
uoluat. His enim praedictis iam detinens calor recreatur, stupens excitatur, lan-
guescens confirmatur. Fovum praeterea ex generoso uino, nunquam non utilem
esse peripeximus, & praecipue per hyemis rigores, corporibus phlegmaticis. Idem
& calorem exulsciat, & insigni robur propagini conlulat. Si tandem calli duri-
tiam nos corrigere oporteat, id ceratis, quoniam aliorum uisus non conceditur, &
praecipuo cerato diachylon. diaplyritide, diapalma cum macilagr. rad. altheae, & rad.
cucum. agr. nec non diadytanno praestabimus, & sanitati traducem, & integra-
ti restituemus.

CAPVT DECIMVM.

*De inferendi tempore, cuiusnam scilicet aetatis cutaneus tradux ad
infectionem efficiendam seligendus sit.*



Eo quicumque ad has usque metas feliciter progressi sunt ut in
delineando traduce, eoque educendo, quae non minima artis
pars est, diligentiam suam, & ingenii solertiam, non aspernando
testimonio comprobauerint, iam alcerum sibi scopum praesum-
ere cognoscant, qui, & ipse non exiguum ingenii robur, non uul-
garem mentis constantiam, non reuenum in agendo operam ex-
poscit. Quamuis enim describendi, deponendi, ac postremo educandi cutanei
traducis cura non exiguis difficultates obtineat: maiora tamen in his, quae relin-
quantur, uel calculus omnibus conquisitis, momenta posita esse, nemo certe im-
ciabitur, qui re peracta acris rem introspiciat, nimirum cum naribus cutis appo-
sita traducem cutaneam inferere oporteat. Hoc enim aliud est, quod propagine
iam educata non minori mentis acumine, quam manuum promptitudine, pera-
gendum superest. Veruntamen quodnam adeo praeruptum est, tam asperum, ita
impeditum, quod non pertinaci studio subiri, assidua diligentia expediri, indefes-
so conatu superari queat? Qui enim id operis haecenus peregerunt, ut tot angu-
stis rerum, delectis, tot nodis in explicabilibus uere enolutis, foelices euaserint, si
quod communi proterbio indicatur.

Diuidum facti, qui bene cepti habet:

Hoc uno praeclearo initio, optime certe, huius artis nostrae fundamenta
iecisse, & iam multa, & praeciara non indecore superfluxisse uideri possunt.
Ideoque animos erigant, industriam excitent, & alacriter, & praesentes ad
hanc infectionis operam accedant. Sed cum haec inferendi ratio, quantum
ad anni partes spectat, quod superiori libro docuimus, nullis limitibus cir-
cumfribatur, cum eam non minus aequante, quam rigente caelo administrare
liceat, nec illa ut in arboribus, sic in corporibus nostris, alterantis caloribus,
& fri-

& frigoris uiciffitudo fit, quare nunc, cum per aetates suas propago iugiter decre-
 fcat, pericritandum relinquitur, nunquid non certum aliquid inferendi tempus
 conftitutum fit, & quodnam omnium fit aptiffimum. His enim quali regulis, cum
 fingula medicus dimetiatur, opportunum certe in fitionem molietur, & quod ars
 uoluerit, non incommodè præftabit. Qua in re definienda commutationem bo-
 norum quendam non ingrato exemplo mirari fuccurrit. Cum enim mortalium
 naturam illa in fitionis momenta, quæ in arborum propagatione examinanda
 funt, refpuere penitus dixerimus, quod partes nostræ quouis tempore, ab Æque om-
 ni exceptione promiffuæ coalefcant, hoc tamen arbitrium noftro non obfcuro
 circumfcribi uidemus, & eò defini, quod certam denique, & minime dubiam in-
 ferendi rationem hic nofter tradux fuo iure poffulet. Neque mirum eft, uti hæc
 apud nos, ita in arboribus minime contingere. Non enim uel artificis manus, qui
 in alienam arborem furculus inferitur, uel quafuis iniurias expertus eft. Sed totus
 quantum proprias, & natuas uires obtinet. Quare nec mutationi obnoxius eft,
 nec eas corporis fui uiciffitudines patitur nifi eas quas temporis progreflu natu-
 ræ neceffitas fecum afferat. At qui in humano corpore tradux eft, humana indu-
 ftria, quæ hæc in parte quafi naturam fub iugum mitit, funnaque cum difficultate
 elaboratur. Cum uerò operatio hæc uiolenta fit, neque id quod uim patitur diu-
 turnum effe queat, ftatim cenfum illum incurrit, quem omnes uno ore prædi-
 cant, omnia hæc fatifcere quamprimum, & definere, nec extra naturæ leges ali-
 quid poffe perfiftere. Simul enim ac tradux efformatus eft, quali egreffus naturæ
 limites quamprimum definit, atque per temporis momenta illa, quas aetates fi-
 pra diximus, tandem fenfim emarcefcit. Vt ergo certum quendam dierum ter-
 minum, quo traducem inferi commodum fit neceffario præfigeremus, hæc una
 mutationis ratio nos adiegit. Sed neque hanc inferendi metam commonftiffe
 admodum difficile fuerit. Veruntamen nolim ob hoc artem noftro, ut apud
 quofdam fit, male audire, quod ignobilior fit, & abiectione artificiofæ arbori in fitio-
 ni, ut quod hæc certior fit atque promptior illa uerò incerta tarda, & periculis ple-
 na. Non enim eo, quando, & fcilicet quamdiu, & quomodo agas, fed quidnam
 rerum agas, actionis dignitatem, atque adeo artis præftantiam metiri licet. Quo
 enim unumquodque nobilifftis eft, quo utilifftis, eò prius uel pofterius ponendum
 eft. Hæc rationi, & fcientiæ innotuit, ut quæ earum de re digniori tradet, lon-
 ge dignior fit: quæ abiectione, abiectione. Sic in rebus publicis quibus excellen-
 tia legata funt, celfiore loco habentur. Sic rudis arborum in fitio eft: quæ ue-
 rò in homine fit acutior atque foletior. Vbi uerò maior operis cura, ibi digni-
 tas propè illuftrior eft. Quod sane patet in humana in fitione, ubi naturam ipfam
 noftro induftria vincimus, atque eam in fuperabilem, quafi compedibus alligaram
 noftro ipfi genio feruire cogimus. Nec laudatur qui parua, eaque fine difficulta-
 te fuperauerit. Eum qui magna tentaturus eft, pericula fubire oportet. Frita, &
 uulgaria unufquifque ex fe poffet facile. Nec minus tam in artibus digniora funt,
 quam in naturæ operibus, quæ maius in operando temporis fpacium defiderant.
 Quæ enim fuo genere infima funt, breui abfoluntur: quæ generofiora, diutius
 perficiuntur. Quam obrem in utero mulier citius conformatur, edita citius ado-
 lefcit, adulta citius confenfcit. Cuius enim decrementum citum eft, eiuftidem nec
 incrementum tardum eft: quodque lentius fuccrefcit, idem neque pronius labi-
 tur. Quamuis uerò multa arborum genera, & inter animalia quamplura, fit tamen
 Plinio, & fimilibus fides adhibenda eft, admodum uiciffita funt, & tardius multo
 increfcant, hæc tamen non dignitatis ergo, fed uel ob molem, uel ob materiei
 ineptitudinem, uel propter efficientis imbecillitatem contingit. Veruntamen
 hæc perfcutari alterius negotij fuerit. Hoc tantum indicafe fufficiat, non effe,
 ut propter temporis moram, ob plurimas difficultates, minus dignam artem hæc
 exitumemus, atque eam ob has noxas, itemque alias, uel negligendam uel cul-
 pandam effe, & præcipue quod traducem noftro, qui in agricolatione paratiffi-
 mus eft, nec ulla opera indiget, nobis apparere deceat, eumque ad in fitionem
 conformare. Quod ftudium sane licet multis perplexum fit in commodis, artem

tamen eiusque dignitatem extollit, & una ingenium artificis, eiusque diligentiam manifesto exprimit. Et quæ nam demum est in hac spacijs prolixitate, noxarum interpellatio? num tormenta num cruciatus subeundi sunt? Meditatio hæc omnibus difficultatibus exempta est. Omnia securò, & ritè à scienti medico transiguntur. Cum enim quartum, & decimum diem æger superauerit, intra quem omnia symptomata deferunt, si quidem recta fuit curatio, quicquid reliquum est temporis, utque dum inferendi traducis potestas fiat, liberum certe est ab omnibus molestiis. Interea nullis præceptis ægri detinentur, non coercentur diæta, non oppugnantur pharmacia, libere uagantur, proprijs muncribus incumbunt, dummodo inconsulata uiuendi ratione impuritatem quandam ne coaceruent, cutim ipsam contorqueant, & imbecillam inepta coniunctione iugulent. Tunc enim ad disciplinam reuocandi sunt, & pedicis coercendi. Itaque neque hic, quod plurimi inculpant, merito quis possit redarguere. Sed de hinc iam aliquando, quænam inferendi traducis occasio fuerit. Primum igitur sane constat, cutaneum traducem certis quibusdam mutationibus obnoxium esse, earumque uices sensibus patere, atque ideo transumpto nomine ab alijs ærates dicitur. Cum enim portio hæc cutis à brachio iam educta sit, atque ipsa ad radicem occallescent, angusto tubo alimentum suum, nouo more suscipiat, iam quasi extra naturæ cancellos posita, in solentia huius noxam statim perferent, noua tunc pertæsa sensim definit, cumque has difficultates penitus euincere nequeat, tandem eueniens euaneſcit. Omnia autem hæc, si quis rectè attendat, nulla cum difficultate ipsis sensibus comprehendere poterit. Atque ratio est, in quam tota in inferenda propaginis commoditas referenda est. Quid enim curæ nares intra sanitatis sue septa constitutæ, nec vllam uim perpetuè huic negotio consulant? Illæ immotæ sunt, nec his mutationis iniurijs subiectæ, sed quous tempore, in infusio fiat suæ copiam faciunt. Cum uerò aliud mutatione in præceptis tradux feratur, nec quicquam etiam uel cohibere uel reflectere ualeamus, libertatem hanc, quam nares offerunt, angustissimis finibus includit, & ut infusionis regulam à seipso depromamus, omnino adigit. Eius igitur statum contempleri oportet, & sic infusionem aggredi. Non enim præter hæc, datur tertium. Reperamus itaque cutanei traducis naturam, in qua uniuersa inferendi ratio posita esse uidetur. Ex his enim illum temporis articulum, qui infusioni opportunus sit, liquido cognoscemus. Quadruplex, ut antea uidimus, propaginis, status est, quos peculiari nota, perita limititudine ab alijs rebus, ærates eius appellauimus. Puerita est, tum adhuc mollis, uel imbecillis tradux est prioribus ab exemptione dictis, nec vllam exiccationis, qua parte adhuc ferat cæteris membris, intra, indicium proferat. Adolescentiam demonstrat, cum ab mollitie ea, & vlligine recedens quadatenus exiccatur, & iam manifesto consolidari incipit. Virilem uerò æratem ingreditur, cum lauis sese exporrigente callo, totus obdureſcit, totus iam exiccatus, aut saltem præter exiguam ad radices eius partem, & carne compacta, cuiusque cæteris malis infigne robur acquirit. Senescit tandem, cum omnis interna eius superficies in callo penitus excocta est, nec ullum humiditatis uestigium apparet: iamque stragulate callo, & quasi uinculis duritie sua sanguinis aditus intercepte iam colubari, & contrahere incipit. Præstita tunc hæc, cum intra huiusmodi curam, nec traducis tota inferendi ratio contineatur singillatim confiderare, numquid secundum omnes hæc ærates infusionem moliri liceat, an potius aliqua earum aptior, alia inepta, & plane reijcienda sit. Sed quous ærate, quous propaginis tempore hanc operationem præſtari posse, nullum esse credo, qui existimet. Eadem enim de causa, qua eius delineationem, & educationem discerpimus, & iam illius infusionem distulimus. Non enim id robur, eas uires obtinuit, ut operationis uehementiam, infusionis scilicet, superare, & immunis ab omni labe, præcipue uerò ab repentina illa, & impetuosa contabescencia peristere poterit. Nam non ea carnis moles succreuerat, quæ frenare huius malum possit atque compescere. Sic occurrendum erat alijs symptomatibus in inflammationi scilicet, sanguinis effusioni, quorum impetus operationem hanc omnino distrahent. Quare ad minimum

mum esse non pouit, ut statim atque excisus fuit, atque in pueritia ipsa curtis na-
ribus implantaretur. Nec id in adolefcentia commodum est, cum omnis malo-
rum sensor nondum defuerit, nec adeo firma fir, propago ut initionis imperum
sustineat, aut siquidem inferatur haud probe solidescat. Ea enim nondum satis
excicata, sed uida, & prouentibus cerebri excrementis continuo irrigata, mirum
non esset, quin computresceret, aut tardius, & non sine difficultate faniceret. At
senectutem expectare neque id operæ pretium est. Constantem enim tradacem
atque robultum expetimus: non flaccidam atque exolutis uiribus deficientem.
Quid enim eo cum ageremus? Adornandus natus est, & in integrum restituendus,
quod quidem particula ea molli, rugosa, albicanti, pallida, exueta, quæque uelut
morbofa est, (senectus enim cuiusque rei morbus) minime cogitare licet, nec iam af-
sequi. Igitur in simili ætate conficitur, atque tum, ubi iam penitus obdurat,
& iam siccitæ incipit, ualidam fatis, atque ad sustinendam operationis uim appri-
mè munim, tradacem oportet arripere, & cum curtis partibus nouo initionis,
confortio copulare. Non enim id commodius, tutius uel licet peragere. Sicut
stris, & patientis uotis abunde satisfiet. Atque his inferendi tempus tandem de-
sinim esse uolumus.

CAPVT VNDECIMVM.

De apparatus eorum, qua ante initionem necessaria sunt.



Nunc susceptræ methodo ut inistamus, earum rerum, quæ operis
administrationem comitantur, rationem omnium declarare
oportet. Hæc enim cogita prius, & pro ratione, & modo disqui-
sita, plurimum conferunt, ut decore, scite, & absque mora perfi-
ciatur actio. Cum uero omnia hæc, non eandem naturam obti-
neant, nobis distinguenda sunt, ut rectius, & omni consensione,
quæ errorum mater est, summta rem ipsam edoceamus. Sunt igitur quæ-
dam necessaria ad operationem, nonnullæ uero quandam commoditatem adie-
runt: atque ea quæ necessaria sunt, uel in ipsa operatione ex usu sunt, uel ubi eam
perfecerimus: quæa dimodum, & hæc ipsa uel operis, quod iam administratum
est, conseruationem, & tutelam, uel illius medelam respiciunt. His igitur summa-
rim collectis ijs opus esse dicamus, quæ operam adiuuant, quæ eam præstant, quæ
custodiant, & quæ curationem adhibeant. Incipiamus autem ab his, quæ com-
modioris operationis gratia requiruntur. Hæc enim cum leuiora sint, nec tam
arcto uinculo ut cætera inter se sic illis cohæreant, iure merito præmitti possunt.
Ex primis igitur est, ut cesaries capitis aut capillus uniuersus, ut barbæ pilis, atque
adeo myrtaces, si affuerint, penitus deradantur. Singulos enim his nisi id fiat, plu-
ra in sunt incommodat peracta, & medico, & ipsi ægro non modice uilia. Isthæc
porro opnia, ut certius cognoscatur, atque ut egrotos, si qui repugnauerint, ea me-
dici possint edocere singillatim adiciemus. Atque ut ab cesarie exordiamur,
eius incommodum est nisi decidatur quo minime cucullus, quem infra describe-
mus ipsi capiti tenacius adhaerescat. Ina: qualis enim capillorum moles, hanc ar-
ctam applicationem penitus tollit. Si lentor illis quidem adhaeret, & humiditas
lubrica, ut firma caput uestigia nequeat figere, sed facillime hinc inde euertatur.
Hoc autem maxime cauendum est, siquidem partes in fitas iam rectè custodire, &
coalitum eum decentem efficere conamur, quæ caput plane immotum, & stabile
desiderant. Reicienda igitur capillorum moles, & ad eum usque penitus no-
uacula demenda est. His adiciuntur, & capitis fordities, & ex fuligine excrementi-
tosa, porrigo, nonnunquam & infestum animal, pediculi, quæ ægros excruciant.
Somnum adimunt, priusquam excitant: hinc caput scilicet necesse est, & brachium
mouere, quorum unumquodque quam initioni inimicum sit, quam coalitum uel
impediat uel contorqueat uniusquique ex se uidet. Exacta enim, & plane prodi-
giofa

giofa quiete opus eſt. Solet vero colluies hæc excreſcere, cum ob diuinum con-
 nexus ſpaciū, ad decimam quartam diem uſque, quo nec caput licet extergere,
 nec aqua eluere, tum quia ex cucullo, & manu obiecta minus calor ille exſpirat,
 nec ulla aggrauatio, que illam excrementorum copiam difcutiat. Sic iniqua eſt ca-
 pillorum moles, quod ſubſiſtente calore, uehementius incalſcant, & proximum
 etiam caput caleſciant. Vnde humores liqueſcunt, ſi qui a fuerint, & diſſolati ad
 nares, ad fauces præcipitantur: in uenis ſanguis ebullit, uapores arroluntur, effer-
 ueſcunt humores, euocantur excrementa, que propelleate natura, & quod no-
 xium eſt, abigente, in ea initionis ſpacia conferunt, & uno impetu decumbunt.
 Quam uerò hoc pernicioſum ſit, quam ſummè fugiendum, unicuique per ſe no-
 tum eſt. Nulla autem mora eſt, nullum incommodum, nullum periculum, ſi cæſa-
 riam, que omnis mali anſa eſt, exacte, & aduſque caſum abraſimus. Nec mini-
 mum emolumentum confequitur, quod arctè cucullas caput amplectatur, ſumme
 que continetur, ne uel in unam uel in alteram partem delabatur. Sic myſtices, at-
 que ipſa barba peculiare noxas inferunt. Illi enim impediunt, quo minus hibe-
 re circa aream ueſtetur medicus, ut medicamenta apponat, ut rectè facijs uin-
 ciat ut narium cavitates, ſi quid illis conſigerit, animaduertat. Hoc enim per-
 ſepe illi peragendum eſt. Barba uerò, & que ad genas hæret importuna eſt ob-
 ſordium prouocatum, & pyriū, quan acerrimum, que uerò mentum inueſtit,
 areæ curationem interturbat, & nequid rectè ſibi fiat, maximè perire impedit. Ne-
 quit enim uulnus explicari, de ergo, medicamenti muniri, & facijs obuolui. His
 omnibus additur, quod ſe demum ſane a limbo admittit, poſſimus neque
 quod id non admodum ingratum ſit, cum pilis omnia adherent, & abſtergi ne-
 queant. Conſiſtiſſima itaque fuerit, atque maxime exuſum ægroti ob uniuersã
 curatione, ſub proximo, & cucullo, quod inſitionis diem præcedit, uniuersũ
 caput genas, mentum, labia, & quæ uis noua ocula tondamus. Quæ uero pro inſitio-
 ne neceſſario requiruntur, hæc ſunt, cultri forceps, acus, linum, ſaſcia acum ſiue
 cephalica, ſeſſis, linteus, & goſſypium, quorum omnium uſum paucis edocere
 conabimur. Cultroium uſus eſt dum curtas nares atque adeo cutaneum tradu-
 cem excogitare uolumus. Oportet etiam extremas horum oras detegi, & a quali
 uulnere incidere, ſint ergo in promptu cultri acutiſſimi, per plures nec uniformes.
 Qui enim tenuiſſimam aciem obtinent, que ſtatim ſeſe inſtant, & cum euentu
 ſeſſici abripiunt, uehementer quidem expendi ſunt. At cum ferri illud acumen
 ob ſanguinis lentorem reuſandatur, nec ſemper eodem modo ſit liberanda ſeſſio,
 ideo per plures eos a deſſe præſtat, acie rectos, gibboſos, acutos, atque quales
 nobis operandi ratio uidebitur deſcribere. Aliquando enim recta acie, quando-
 que incurua, nonnunquam extremo ferri apice, & incidere, & excidere cuiſm ne-
 ceſſe eſt, ſic eos, ſi uidebitur, permutare, & quamlibet adtionem proprijs inſtru-
 menti perſicere poterimus. Expedi etiam ad manus eſſe forcipem, eam que acu-
 tiſſimam. Huius uſus eſt, tum que ferro minus aptè expediri queant, tandem forc-
 cipe excipiantur. Si enim quid uel excute uel carne reliquum ſit, quod ferro
 non ualeamus reſcindere, quin paulò altius in carnem deſcendamus, id labijs for-
 cips tandem decerpere oportet. Faſcia præterea longitudinis ſequi uſum requi-
 ritur, & lata octonos digitos. Hanc conduplicare oportet, fronti circumplegere,
 & ad poſterioſiorem eius partem relegare. Vitur ea, ut per uſum traduce, &
 curtis naribus, eò loci acus aſſigamus. Plures enim acus nobis traiciende ſunt, &
 prolixiori fatiſ ſuniculo, que niſi aliquo aſſigantur, facile conuulſionem parient,
 cum funiculos illos connectamus, & futuræ decentiſ peruerent. Hinc eas, ſi quo re-
 ponamus, & præcipue in hanc faſciã cephalicã, inde eas ordine depromere, & futu-
 ramur par eſt, in nodare poterimus. Hæc enim cauſa eſt, que faſciã hanc nos parare
 edocuit. Acus etiam cum caſpide tenuiſſimæ acie acutiſſimæ ſint enim trigona,
 & quales pellionibus in uſu ſunt, parentur, ex que nequiores, & qui par erit plu-
 res numero. Quo enim acutiore fuerint, eò facilius traiciuntur, & cum neruo-
 ſe, ſint ſi quando cartilagineſ penetrare oportet, minus conſtingentur. Numero
 uero ſi non longe plures ſint, ſaltem tribus præſcriptam quantitatem ſuperent,
 Fit

Fit enim quandoque, ut uel imbecilliores sint, uel inepto impulsu, uel traiciendi difficultate, contorqueantur aut franganur; quare tunc permutanda, & earum calamitas alterius opportunitate pensanda est. Acus igitur selecturus medicus, curiosus explorabit, cum earum apicem, tum dorsum, & vniuersum corpus, atque adeo foramen ipsum, ineptiores rejiciat; aptiores paratas habeat: ceteris tres superaddet, quæ si quid fecus acciderit, in omnem euentum, ad manus esse possint. Sed acuum numerum alias futurarum multitudine demittit. Adit, & linum igitur in expectam, meliorem, & sibi met æquale. Quantitas eius ad singulas acus satis ampla sit, & proluxa. Illud conduplicare oportet, partes longe ciliatas traicere, ac extra illas plurimum excurrere, ne partibus, quas traiecit, excidat. Primum enim traducem, qui à facie longe distat, mox nares ipsas, quo loco singulae futurarum notæ sunt, traicimus, deum longo adhuc tractu acus à naribus ad frontis summum abducimus. Ampli igitur filum implere spacia necesse est, & adhuc tam supra ad frontem, quam infra iuxta brachium prominere, ne qua attractum uallidius è loco suo exiliat. Sed ut laxam adeo futuram admittitremus (appellamus enim laxam hoc futuræ genus, quod, quæ iam partes perulæ sunt, non contringatur protinus) quod una constricta, & colligata, reliquis itidem non perficere liceat, non immerito nos prohibuit. Cum enim, ut lina connectamus, ipsi capiti brachium annexere oporteat, profecto nullus amplius, uel traduci perforando, uel naribus pertundendis ob angustias locus dabitur. Diuissime igitur operationem hanc non inconsultum fuerit, & semel una actione acus transiecit, & posthæc futurarum post alteram constringit. Simul enim, ac lina transmissa fuerint, applicare brachium facile licebit, si lina hinc inde arripere, ordine colligere, & tandem attractis curtis paribus, riteque connexis, in nodos constringere. Funiculum itaque liberalius oportet educere, cum quod duplex esse debeat, tum ut spacium, quod inter curtas nares, & brachium atque ultra est, penitus expleat. Quæ de causa, si quid nobis de hisre daum est, ad uenas quinquæ eum produxisset, non uehementer oberit. Si lina uulgatis sit ab hisque ijs, quæ ad brachia sunt, sustentaculis: parte tamen posteriore reclinium fulcimentum dorsi exurgat: recta quidem ad infimas ceruicis usque uertebras: retro posthæc sensim inclinet, & supra ueracem emineat. Hæc ægri caput reclinare oportet, & immotum continere, ut si fieri poterit, planè nullas, aut exiguas interea temporis, in sedendo molestias percipiat. Praestat uerò in sedile potius collocato ægro, quam in lectulo, operationem hanc exercere. Nam & claro lumine opus est, & ita ægrum constitutum esse decet, ut quoquo uentus medicus excurrere, & finitrorum uel dexteriorum, utcumque libuerit, & res postulerit, absque difficultate sese possit conijcere, quam occasio nem in lectulo ægro conspicio, non licet arripere. Non fecus, & linteum requiritur, quod ante quam opus aggrediamur, ad pectus ægri explicare oportet, & ad ceruicem religare. Excipit hoc sanguinem, & quo minus inquinetur æger prohibet. Adit, & linteolorum frusta, ea que quam plura, adit gossypium. Horum usus est, ab excoriatis partibus sanguinem detergere. Solet enim quandoque si largior prorumpat, aciem oculi perstringere, & excoriandi rationem fallere. Contingit namque ut uel ægro sese intorquente, uel ferro minus penetrante, inæqualliter decerpatur cutis, & exiguum de ea quandoque remaneat, quod si subsistat, nulla spes est eas partes posse coalescere. Scopus igitur uelut exicet medicus, & plagæ æqualitatem, ne quid de cute residuum sit, sedulo prospiciat, in quem usum linteosum frusta, ea que non pauca adesse necesse est, quæ semel in quinata abijcere conuenit, & noua succedere. Et hæc ferè sunt, quæ in opere praestando necessaria sunt iam ad cætera, quorum usus opere perfecto, requiritur, nosmet confertamus. Sunt autem genere duplicia, & uel ad partium tutelam, uel que iam confutis conseruationem, uel ad eandem curam accommodantur. Hæc medicamentis illa faciamur ceu si æstimantur. Est tamen, ut de ea, quia breuior est, primo sermone faciamus, duplex rursus curatio. Nam & geminæ partes sunt, quibus consulere conuenit: brachium scilicet, in quo area est, & in ita tum partium futura. In curanda area nil prorsus in nouandum est, sed ipsa utendum, quibus ante hac.

hac. Itaque linamenta, & ipsdem medicaminibus imbuta parare oportet, vulneri applicare, & fascijs connectere. Quod uero recenti plaga, & futuris conuenit, id etiam in istis partibus curandigenus expedit. Itaque ut humorum effluxum comprimamus, elaborandum est, & ne partes inflammentur. Præfiteri hic liquamen oui, si rosacea diluatur, ea portione quam supra assignauimus. Adint suppari orbiculi, numero bini alter latus pollicem, longus uero, quam nates late sunt, ut futuram uniuersam probe contegat, alter eandem quidem longitudinem obtineat, sit tamen paulo latior, ut circumscissas partes, & quas inflammati periculum est, pulchre maniat. Cum autem, & ad interna usque narium futura penetret itaque, & penicillos injicere non erit inconfutum. Duos ergo parare decet è suppa, narium spacijs æquales, eaque longitudine quæ curationem iuent, nec æternuamentis, quæ excitare solent, infecti sint. Uniuersam enim infectionis struem hoc unum malum demoliretur. Tum & orbiculi, a quato oui imbuendi sunt, & penicilli, atque ubi res expostulauerit, uturpandi. His itaque quæ futuræ conuenit, curationem definiuimus. Nunc fasciarum rationem inire conuenit, & earum rerum, quæ ad operis tutelam iam ad ministrari, eiusque conseruationem referuntur. Sed præquam de fascijs sermone nostrum instituas, non inique nos facturos existimo, si brachij positum qualis nam futurus sit, in infectione hac, ante omnia declaremus, ut fasciarum ratio, & quæ ad eas reducuntur, longe notior sit, & illa tritor. Cum enim in eum finem ut brachij positum tueatur, à nobis fasciæ excogitate sint, nemini dubium est, si quidem usum earundem rectè percipere uelimus, quin prius, id à quo omnis illorum ratio de fluxit, non leuiter cognoscamus. Positum igitur brachij talis est. Oportet humerum, quantum licet attollere, & ea regione brachij, qua fere malcus ille triquetet, deimit, faciei, aut naribus in propinquo adiuuere. Mox cubitum, qui intro parum reflectitur ad superiora inferre decet, & qua carpo committitur ad confinia frontis supra apponere. Manus capiti uniuersa inferuntur, qua sagittalis decurrit, ea ratione, ut brachiale coronariæ futuræ ferè assideat, metacarpium uero supremum uerticem contingat. Hoc pacto fit, ut medius digitus ad lambdoidis angulum decurrat. In hoc positum, id faciei, & brachij libramentum est, ut hoc ad interiora paulo declinet: illa uero oblique parum uersus brachium spectet. Proximus humero narium est apex, qui interiorum cubiti cum humero coitum tranuersa linea respicit. Qui ad scapulas est articulus longe à figura media distedit. Atque ideo quanto magis recedit, tanto uelamentius excruciat. Sola doloris exers, figura media est. Cubiti articulus, & cætera membrorum coniugia non uique aëco à mediocritate declinant. Hinc lentiores cruciatu experiantur, neque tam diuturnos, sed qui confestim cedant. Hic ergo brachij situs est, hæc collocatio, quam partibus iam applicatis, & futura connexis obseruat. Cum enim ipsa nates, quam refectionem molimur, superiorem humeri regionem, qua propago est proximæ respiciant, ita que sublatata ea, & oblique quadantenus attracta, opportuno admodum, curtis naribus coniungi, & futuris connecti potest. Quoniam uero huius futuræ finis, coitum sit earum partium, atque unio, quæque non breue temporis interuallum desideret, stabiliri certè partes necesse est, eaque plane immotas reddere, ut partium earum connexionem, nec minimum quidem interpellata natura rite queat perficere. Cæterum postquam positum hanc, non diem dumtaxat, sed ne horarum aliquot spacio, inconcussim feruare possibile sit, necessario aliquid excogitandum erat, cuius beneficio firmum continere brachium, eiusque situm immotum conseruare ad usque infectionis tempora nobis concederetur. Hoc autem, quicquid tandem sit, ab eodem profus brachio indicari uidebatur. Cum enim id multis partibus moueri possit, quotquot illa sint, ijs singulis consulendum erat, ne uel appetitu suadente, uel uoluntate iubente quantumuis anniteretur patiens, aliquo pacto commoueri possent. Ita enim firmato brachio successurum erat, ut partes infixe absque difficultate, & noxa coalescerent. Licet uero unio brachij quæ illius præstantiæ sit, in illa, uel in cardine, infitarum partium unio uertatur, nihil omnino tamen & alterius partis, nimirum capitis, uicariam operam expleat.

expofit. Cum enim hoc, vel anteriorum vel posteriorum inhaeratur, vel dextrorum vel finiftrorum, fupra, infra, itaque fi liberum effer, proculdubio hac incepta motione non leue partibus infitis incommodum pareret. Quamobrem huius malis vt occurreremus, talem quandam machinam inuenire coacti fumus, quae motus huiusce libertatem, fi quidem penitus non auferret, ex parte tamen atque non minimum moderaretur. Sed prius rationem brachij incamus. Huius quieti prouidendum efi, vt partium copulationi confultum fit. Partes igitur eius stabilienae funt, atque propemodum omnes, quas loco fuo dimouere poffet. Inter has humeri efi articulus ad omoplatas, coniunctio ad vlnam, vlnae praeterea ac radij connexus ad carpi offa. Tot enim nodi funt tot brachij confinia, quorum agitationem his facijs nofris, non praeter rationem excogitatis, iam facile compescimus. Non fecus & capitis motum, tam fupra, quam infra ad ceruicem, fi non compescere penitus, moderari tamen quadatenus conati fumus. Requiritur vero, & alia, quae neceffitate quidem caetera illa confequuntur, vt potè quod fine his nil perfectum moliri poffumus, atque dignitate longe minora funt. Non enim facias illas, quo brachium & caput deuinciant, rectè firmare poffimus, nifi thorax & foeminalia accederent, quibus caetera innixa, uelut lora ad palum religarentur. Sed quicquid fit, quod iam leuiter quafi adumbrauimus, vniuerfum eò fpectat, vt commodè, & fine noxae partes iam infitas connectere, & quouifque coaluerint imotas penitus, & conftantes conferuamus. Veruntamen rem ipfam aggrediamur. Nomen illi machine fieri. Vestitus infititius hac de caufa, quod factus peculiari lege, infititio perficienda, non infimam certe quinimo maximam praestet operam. Nihil enim aequè in primis, ac partium firmitas in hoc opere defideratur. Huius partes praecipuae funt quae brachij pofitum, & capitis cuftodiunt: quae uerò in horum gratiam excogitatae funt, illi quae in feruiunt, minus ad primum dignitatem accedunt. Sunt quidem, & ipfae non fecus atque illae neceffariae, quod omnis opera abfque harum beneficio, ludereur, non tamen eam praefantiam obtinent, quod aliorum famulatu addicte funt, nec eò vtilitatis loco ponuntur. Illae praeterea, quas primo loco nuncupauimus, tum in magis, tum in minus praecipuas adhuc difperuntur. Quae enim illi regioni afcriptae funt, in cuius conftantia totius rei fumma vertitur, in celfiore faftigio collocantur, quae uerò capiti fubferuiunt, quod partem eam cuftodiant, non adeo dignam, tantaeque neceffitatis, fecunda ab illis fede conftituuntur. Acque vt ea quae haecenus diximus, paucis dum colligamus ueftitus infititij partes aliae praecipuae funt: aliae non praecipuae, quas & alio nomine vel proprias vel communes liceret dicere: quae uerò propriae funt, in magis, & minus proprias adhuc feperantur. Illae funt quae brachij pofitum cuftodiunt, quas faciarum nomine dignamur, quod longitudine, latitudine, tenuitate faciarum naturam rectè repraeftent: haec uerò capiti dicantur, & cum vitam quandam, aut cucullum referant, hac eadem appellatione infigniantur. Reliquae partes communes funt, quae & figura ueftitus referunt, & quod magis efi, nec à ueftitum vfu recedunt. Quare arrepta ex media piebe, & mutato à comuni confuetudine vocabulo, thoracem partes eas, & foeminalia appellauimus. Dum uerò fingulorum vtilitatem edocere nos oportet non immerito ab ijs, quae in faciarum gratiam extructae funt, ab communibus nimirum exordiemur. Haec tamen uita ipfa, fiue cucullum praecedat, quod continuato ductu posterior eius pars cum thorace connectatur. Eius figura talis efi. Parte infima exoritur, non procul à ceruice, qua caluaria definit. Infimique explicatur, & in latitudinem eoque expanditur, vt paulò fub aurium radicibus in genas excurret, nec sane longius, quam digiti vnus aut fequitur digiti fpatio: Hinc furfum a finibus illis afcendit, capitis tamen feruata ad anuffim, amplitudine, & per verticem elatus, in anteriorem partem decurrit, quouifque fuperna frontis confinis ad digiti quafi latitudinem complectatur. Sciffim exinde fele demittit per faciei latera, aures perreptans, ad digiti abhinc latitudinem, & cum ad exteriorum aurium regionem applicuerit recta adhuc defendit, atque tandem in fupremam thoracis ante partem inferitur vt vniuerfum colli fpatium arde comprehendat. Atque haec ferè totius cuculli

cucullum ampliendo est. Sed ne auribus, qua parte illis infertur, noxam quendam, & cruciatum afferat, sedem illam notare, ferroque incidere opus est, cum ut molestias hanc effugiamus tum etiam quod alia nec contemnenda vititas incisa vitia, & auri hinc ex portrecta se nobis offerat. Hic enim cucullus figitur, & quasi ad basin quandam stabilitur, ne caput, quantumlibet aeger dicitur, vilo pacto inclinare vel concutere valeat. Huius vititas est excipere facias, quae cum brachij ut infra declarabitur, tum cubiti articulum custodiant. Id etiam confert, ut caput vna cum ceruice immotum contineat, ne quando annuere, abnuere, hinc inde, partes eas declinare valeat: vel, si penitus nequeat, ea tamen moderantia hocce motus efficiat, ut ne vel minimum quidem illas cœcuiat, nec coalitum earum interruptat. Intercepta enim ceruice, & cucullo brevissimo ductu ad thoracem connexo, eodemque latius in frontem, & in genas exporrecto, nec non ad aurium radices firmato, nil minus fit, quam ut immoderatus, & in comodus partes eas aeger commoveat, adeo frenue, & exacte caput vitia hac comprehendam, atque deinde est. Thorax vero, praeter iam receptum ab omnibus indumenti vsum, nil peculiare habet. Itaque non est, ut hac de re uoluerim admonemus. Illud faltem indicasse sufficiat, ab illo omnes pectoris, dorfi, laterumque partes comprehendere debere artificem, & qua parte anteriorum diuersus est fibulismuniri, quas inuicem addictas constringere validius necessarium est. Sic enim fiet, ne, si qua fibula laxentur, faciarum connexiones, quae ad pectus percurrunt, solutiores recedantur. Hic vitram pro capite sustentant, & facias quaedam, quod infra videbitur, ad partem anteriorem excipit, qui tamen ab ique feminalibus nullam penitus praestaret operam. Nulla enim mora est, nisi hinc annectatur, & quam validissime, quin fallaci, & lutea comprehendente, ad superiora est vitigio restit. Hoc igitur thoracis stabilimentum est, hic palus, ad quem velut funibus alligatur, ne vilo modo queat elabi, & elusa opera ad superna recurrere. Sed fibulas feminalibus oportet indere, & vtriusque tam feminalium quam thoracis oras innectere. Nunc autem faciarum historiam declarare opus est, quae quidem numero plures sunt, quod plures brachij partes contineant. Inter caeteras tamen ea praecipua est, quae vniuersam brachij retro regionem complectitur, & a qua reliquae omnes tanquam a fonte ferè exoriantur. Hanc dignitatis ergo faciam regiam nuncupabimus. Illius ortus est ab ea thoracis regione, quae ad articulum humeri supernam partem retro definit, & continuato ductu in fra pallo super ad axillas descendit. Lata est a principio ferè ad sex digitos. Hinc rursus producta aeri cubitum inflectitur, & humero incumbens recta, tandem cubitum extra ad anconem amplectitur. Exinde gracilescit paulo, & per unam amplitudinem fertur eadem penitus, qua cepit, magnitudine hinc carpi dorsum superat, rectoque tramite in extremos digitos definit. Huius officium est, ut brachium vniuersum faciarum opera, quae ad latera eius sunt, annexum capiti valentissime contineat, iisque omnibus, quas iam dicemus, facies ortum suum suppediet. Porro faciae haec licet lingulis articulis praeficiantur, nec numerum humeri cubiti, atque carpi excedere debeant, necessarium tamen est, ut vnus illorum duplici vinculo connectatur, atque hic quatuor in vniuersum, praeter regiam, itam facies opus fit. Harum prima est, quae supra ab humeri articulo, qua parte scapulae sunt, ad posteriora exoritur, lato principio, indeque sub axilla cauitatem deducitur, unde pectora versus anteriorum progrediens, ad oppositam alterius axillae regionem deferretur. Huic humeri articulum munire, & comprimere datum est: cumque & ab axillis oritur, & in axillas iterum definet, ideo axillarem eam vocare libuit. Tanta autem latitudine fit, ut ad summum tres digitos exaequet. Secunda facia illa est, quae ad cubiti articulum posita est, & quam hac de causa cubitalem dicimus. Haec latitudine superiori proxime aequalis, a lateribus regiae faciae, qua parte hunc articulum munit, pari principio erumpit, indeque tam ad dextram, quam ad laeam oblique ad caput fertur, ac temporibus cuculli superstrata, secundum capitis latera, in posticam eius partem, ad lambdoidis vique lineas prolixius excurrit. Hanc capiti admoere, brachiumque arctius connectere conuenit, ne quo

quo dilabatur, vel in alterutram partem hinc inde non sine detrimento defleat. Hoc enim maxime cauendum est. Nam quanto cubitus vicinior est propagini, tanto illius commotio perniciosior existit, & precipue traduci, quem immotum plane suo loco subsistere, nec quouis, & quam minimè contorsione, non incommotum est. Hæc igitur sedulo, & non sine curiositate medicus circumspiciat, ut apta connexion, summaque custodia, hunc eundem articulum rectè teneatur. Hic enim locus, hæc fascia supremum in actione hac gradum obtinet. Indicio autem est, quanti regionem hanc munitam esse referat, quod aliam adhuc fasciam eidem subsidio collocauimus, quæ ab interna regione cubiti, qua olecranon est, explantata, ac ex superiori loco, proximè ab hac cubitali fascia, antrosum, & oblique delata, ad hypochondrij spaciū ex opposito, seu ad extremas ferè pectoris infra oras definat. Restat enim id quod & altera, multo tamen valentius, nec quandoque articulum illum commoueri patitur. Quod autem ex cubito deducta in eam pectoris sedem transferatur, ex loci occasione pectoralis non absurde dici potest. Postrema tandem fascia est, quæ manum capiti, seu verticis ossibus superpositam, ad carpi simul atque vlnæ ac radij articulum circumdat. Hæc ad regie fasciæ exitum, quam paulo supra carpum aboleri diximus, iuxta interiora illius conspicitur: inde porro exorta, ad fasciæ regie latera, prope squammas illas utrinque futuras ferè euascescit, ac fingulis partibus, per funiculum satis arcuè coniungitur. Manus illius est, superstratam capiti manus partem comprehendere, comprehensam confringere, constrictam continere, quominus ad opposita latera feratur. Hanc ergo brachialem uocamus, quam geminis loris non secus atque alias, si que distinctis, ex utroque latere cucullo adiunxisse necessarium penitus fuerit. Hæc itaque sunt, quæ ad apparatus infisionis nostræ non prætermitti posse diximus.

CAPVT DVODECIMVM.

De infisionis administratione.

GORDEMVX iam operis nostri partem præclaram facit, & siue in solentiam eius spectemus, siue rei magnitudinem, certè præstantissimam, atque cæteris omnibus, quæ nobis peragenda sunt, merito præferendam. Nunc enim abrepta cute nouas nares, & nouo prorsus conatu rescicere conamur, & faciem suo decore spoliari, & quasi foedissime conspurcatam de nouo eluere, & hoc nouo mangonij genere illustrare tentamus. Cuius dignitatem ut æsequamur non leuis opera nobis propolita est, quæ in eo penitus consistit: ut ob tenuitatem suam cicatrix, qua partes inuicem coaluerint, uel obliuata, uel minus conspicua, admirandis artibus nostræ prestigij inuentum, oculos deludat. Quamobrem non facillè quis dixerit, cui nam artis nostræ parri primas ascribere oporteat, an partium unioni, an carum dè conformationi. Hæc enim præcipua sunt, quibus ars nostra ditata est, & reliquis operationibus planè anteponenda: alterum quidem naturæ opus, artisterò aliorum. Nares enim rudes adhuc & impolitas efomare artifice datum est: at propinam cū curis partibus agglutinare, naturæ concessum. Videtur quidem ars hac in parte naturam excellere, ut quæ id efficiat, quod uires illius superat, nec quod ipsa per se sponte moliri queat (partem enim, eamque diffimilem illa nunquam restituit) id tamen non possitremo loco ponendum est, quod ex coalitu rite & decenter facto, quantum uix ex conformatione potest, tantum & naribus decoris & faciei splendoris accedat. Non nego magnum esse apud, & conatione cutim illam excindere, sed neque contemnendum esse puto, & adeo egregiè & decenter unionem efficere, ut difficulter oculis pateat, & nunquid ea pars inquam discretia fuerit, uix in animum inducas. Imo id credo cæteris esse maximum. Quamuis enim naturæ opus sit partes diffitas copulare, non tamen eam penitus meretur laudem, ut non summa in artem ipsam interim redundet. Fateor naturam cum naribus traducem

coniungere : at coitio illa, ut concinna fit, ut honesta, soli artifici tribuendum est. Hic enim natura conatus moderatur, & quod infra mediocritatem fit, adiungit; quod extra, refcindit. Si enim naturæ tantum negotium commutamus, quam habuiffas, quam male conitantes cicatrices ducit, per hæc operationis dignitatem hac ratione, ut congruè & decore partes uniantur, id ad operationis dignitatem mihi facere uideatur, quod ea difficilis admodum sit & ardua, nec quicquam quod inueniatur, quominus ab æquitate defleat, habeat. Arqui si res difficiles superasse, magis quam leues, laudi datur & honori, proculdubio id nobis concedendū est longe plures difficultates, dum infitionem facimus, propositas esse, pluribusq; incommodis conflicitandum fore, ac si nares iam unitas enformaremus. Principio enim hic nihil est, quod uisum impediatur, quo minus rectè, quid uelis, agas, quod manum euertat, quod operationem acceleret. Liberè enim & abique impedimento iudem nares effingimur, in opere uerifimus nō sanguis effluens oculorum aciem perfringit: non iactamur ægri: non conuclimur doloribus: nulla uel plane exigua hæmorrhagia confidamur, nec eas nos angustias incurrimus, quin operationem in plures dies, extrahere, nudes primò nares delineare, sensim affuerit, denoque in angustiore formam, quod nostro & ægri simul abique hæmorrhagiam modo educere liceat. Secus uerò dum infitionem molimur, nobiscum agitur. Hic enim plurimum emansans sanguis obnatum percellit ut sapius & moram in operatione trahere, & nisi aduertat, saltere cogaris. Hic multoties enicūs doloribus æger, manum euertit, ut neque nares rectè apparere, ritè coniungere, congestum propagine confluere potueris. Hic nullam moram nec tere oportet, ob doloris magnitudinem, sed properare, quandoque uerò precipitauer ageres & quoq; minime uelis, uel non quomodo uelis, pericere. Tanti interit, aq; partes hinc soluantur, errorum ut corrigas, nun minime sibi integrum est. At tibi longè lateque exspatiari potest, quod desit reficere, quod male egeris, ut fars emendare, quod redundet denuo auferre. Sic quod intuearis hoc in loco ipsius naturæ exemplum habes, quod qua ratione lineamenta narium & quouique ducenda sint, tibi ostendat. At nares coniungere in unica artificis solertia cuique dexteritate positum est, qui quantum opus est, & quo pacto, proprio instinctu ac riq; iudicio intelligit, & promptam & solertem manum adhibet, nec quod a se fiat: quod imitatio referat, præter ideam mente sua conceptam & quam occasio suppeditat, plane nihil obtineat. Non minori solertia fluxioque opus est, dum iam infitione facta, & confuris partibus natura cicatricem ducit, quam peritè moderari decet, ne quid uel nimis depresso sit, uel luxuriante carne intumescat, sed ut obferuata mediocritate, æqualis & plana cum cæteris partibus superficie enascatur. Sed quam arduum est, hoc, ne quod nimis, cognouisse: tanto difficilius perfecisse. His itaque de causis unioni plurimum cedit conformatio. Hæc enim promptior est illa minus expedita: & si difficultas rei, si artificis industria dignitatem affert, ad illam facilis uia est plana: ad hanc uerò difficilis & impedita. Admonemus itaque chirurgos, si quæ bonos uiros decet, honoris & gloriæ palmam consequi cupiunt, si artis dignitatem contentum dare uolunt, ut in infitione faciendâ quo decus sumum, acque mirorem consequatur, omnem operam, omnem industriam, omne suum studium collocent. Voluimus autem antè dixisse hæc, ut quæ fit rei summa intelligat; quid illorum interit, cognoscant. Administratur ergo infitionem chirurgus, nisi temporis difficultate, uel ægri cupiditate trā fuerit agatur in primis diei opportunitate capiet, quæ & purissimi cœli nitore, amico uultu aridens, animum ægroti quasi excitet, & operi non minimum emolumentum afferat. Non enim oculorum aciem obfcurus aer, atque nubilus offuscare potest. Hæc equidem infitionem curiosè tractari oportet, in qua totius operis dignitas uertitur. Sic dieti opportuna sunt horæ matutinae, quod id temporis alacritate quadam mentes nostras perfundat, & credentem te sole, uigor animis redeat, alioque fecibus reorganizato, nullate impurissimas exhalatione, membris percussis, corpora leuiora multò reddantur. Tum enim cibo iam per fontem concocto & ritè digesto, membrisque recreatis omnis excre-

mentorum eluies spontè prodit, quam tamen leuiori clyfmo laceffere conuenit, nisi natura fua munia prius expleuerit. Vbi uerò coitioni incommodum aliquid acciferis, tunc initionem moliri haudquaquam expedit. Quequid enim ferè malorum contingit, illud quafi manu facta in perniciem tandem inftitutum partium erumpit. Quamobrem profuerit huic malis occurriffe abftinentia, uel proxima ante comam minimum cibi afumpffiffe. Nam quod paucum eft, imbecillo uentre facilius immutatur, aut non tantum de cruditate metum inijcit, qua fubfiftente, initionem aggregiffum effe, penitus alienum eft. Hic igitur ritè peccatis, inftitio ueluti oportet aegrum induere. Pertinebit uerò ad rem, furorem ad effe, qui, fi quid in ma tandem fit, ipfe adijciat uel auferat. Nunquam enim uel in tanta aegrorum multitudine comperimus, ut fcientiffimus huic rei & experiffimus uxorita diligentiam fuam probauerit, quin aliquid femper in ea parte defideratum fit. Volumus itaque ne hac de re, qualifcunq; tandem fint, imparati ad opus accedant, fed in aegroti ueftiendo fuoris opera, ftudioque utantur. Non enim illos huic fecè diligentia poenituerit. Fœminalia ergo primum eger induat, mox thoracem & cucullam, hæc foemina alibus applicet, & firmis funiculis arctius confringat: fub hæc thoracem autè connectat. Cucullum deinde in caluam ducat, uires foraminibus fuis extimat, & tandem oniuero capiti ritè adaptet. Hinc brachiaui chirurgus attollat, uel la tamen re penes traducem innouata, & ita componat, ut eundem pofitum, quem proximè diximus collocatum obferuet. Hunc cufodire ad miniftratos pectat, dum facili expedendis, innoctendisq; chirurgus intentus eft. Inter quas explicata prius facia regia, & brachio retrò impofita, qua cubito ftabilitudo præeft, & ex utroque illius fertur lazere, illam inquam in faciem obliquè deferat, & ad tempora, proximè ad labdoïdis furesq; latera cucullo loris connectat. Opus eft hic duplici loro, atque ea connexionem, ut inter utrumque funiculum tres uel ad fummum quatuor intercedant digiti. Hæc loca futor attentè obferuet, ut oras foraminis interinas filo circumnectat, & rectè obfirmet, ne qua funiculi cedente lino, refiliat. Idè & ex altera parte faciendum eft. Secundam exinde faciam, quam brachialem diximus, & articulo illo muniendo addita eft medicus expediet, & latera eius utrumque cucullo alligabit. Mox tertiam, axillarem fcilicet ad anteriora ducat, & ad mammæ regionem, qua ex oppofito eft, fuis uinculis confringat. Pectoralem tandem, qua a cubito defertur, ad hypochondrium aduerfum exporrigat, & funiculis thoraci coniungat. Tum fingula, qua ad deligationem pectant, ipfe chirurgus circumfpectat, percurrat, obferuet, examinet, ne quid uel hier, uel laxu fit, ut ritè & firmiter connectantur, omnia que ad initionem perapia & accommodata funt. Hoc ubi confiterit, & feminalia thorax, cucullus probe repondeant, & faciliæ, earumq; nexs firmi latis & opportuni fuerint, iam eas laxare opus eft, cucullum detrabere, atque in humeros rejicere, ne quid capiti adharrens, dum nares excoriat, uel conuulfus offendat. Mox & miniftratos admoneat, ut fellam parent, & linteam. Ipfe chirurgus, quicquid uel impedimento sibi effe poffit, rejiciat, etiam ipfis manibus detrahis, & ut agilior fit, & expediet, extremas ualvas ad tres, & amplius digitos denudet. Aeger ex aduerfo feneftræ fedeat, ut lumini expofitus fit. Huic linteam minifter ante injiciat, ac per humerum fubductum ad ceruicem religet. Prohibet id, ne qui dimanauerit fanguis, in quinæ thoracem. Ipfe chirurgus ad aegrum ex aduerfo fiet, et miniftris fua loca deignet. Horum alter a tergo collocatus aegroti caput reclinabit, manibus continebit, & ne qua uirare poffit cauerebit: alter uerò qui è dextra ftanatus, cultros fibinde chirurgo fubminiftrabit. Hos enim multoq; permutare oportet, cum profunde fefe fanguine, acies illa, fubtiliffima & tenuiffima uel ob hanc uirum adharrentem, uel ex calore emolliente promptiffime renandant. Eisdem miniftri induftria fuerit, & cultros aegrorum oculis fubtraxiffe, cum ex eorum intum qui paulo abieciiores funt, facile expare fecant, & lintecolorum frufta uel goffypium quandoque tradidiffe, ut uulnus extergat. Vique adeo enim fanguis fefe effundit, ut nonnunquam artificem impediatur, & ab excoriatione deiffere iubeat. Tum demum ab nauium excoriatione chirurgus negocium aufpicetur. Sunt autem hæc operationis ducenda initia, quod ad

cam normam, quousque tideliger & qua ratione nares refici debeant, institutum apicem eformari conueniat. Sectionis enim moderantia ab excoriatis naribus petenda est. Vbi ergo cartarum narium naturam curiose contemplantus fuerit, & quousque sectionem diducat, secum ipse chirurgus decreuerit, age, iam cultum ad moueat, & ab altero latere, ut cunq̄ liberit, vulnus promoueat. Hic autem & latitudinem eius & profunditatem spectet, & quæ utraque dimetitur, æqualitatem uel inæqualitatem. Illud enim initioni faciendæ fauet; hoc uerò coalius decori. Atque hac de causâ sectionem hanc diligenter tractare oportet. In hoc enim omnis artis huius splendor, tota que eius commendatio reposita est. Latitudinem definire anceps est. Nam pro corporum uarietate, uariè quoque & euerimodè à nobis hac eadem constituitur. Illud tamen æternam uobis & sanctorum præceptum fit, ut in latitudinis tenuitate, cum suspicio adfit de peccato in liberalitate nunquam deficiamus. Amplitudo enim & largitas vulneris, quod de initione spem certam faciat, eiusdem angustia longè tuior est & accommodatior. Profunditas uero ex rei substantia depromitur. Cum enim coniunctæ partes communione sanguinis, quasi glutine quodam inter se uniantur, ideo alte adeo uulnus infligendum est, ut sanguis unde qua que, & hilarius sese effundat. Quam uulneris altitudinem & partis quæ inciditur essentia descriperit. Sicubi enim tenuis fuerit illa pars, non uisq̄ adeo profundè rescindi debetur, in amplio rem & spacio iam superficiem abeat. Tantum namque abest, ut initionis securitas conuiliamus, ut potius hac uolentia oblesamus. Non enim adeo impunè has partes tractare licet, quin maximè agrum excruciemus, ne operationem toleret, & ut uase quodam inciso, non quam largè sanguis erumpat. Terminus igitur altitudinis huius uulneris fuerit, usque dum sanguis profusio, per totum uulneris ambitum cõsequatur. Est tamen cum latitudinis tum profunditatis obseruanda uel æqualitas, uel inæqualitas: in qua omnis decentissimæ symphytis ratio atque ipsius artis dignitas collocata est. Sed ut hæc, quicquid est, facilius intelligant, chirurgi, noscere illos oportet, in uulnere duo consideranda esse nempe spaciū eius, & oram iuperiorem, in quibus utriusque æqualitas uel inæqualitas conspicitur. Oram uulneris æqualem esse decet, ut nullibi uel punctis, uel angulis inter se sita sit, sed a iunio usque ad ima sectionem ad lineam fictam uniformiter sibi respondeat. Spaciū uerò uulneris obliquum esto. Hæc enim intelligimus altitudinis inæqualitatem, quod Cato de re in uitibus ritè inferendis Cato docuit necessarium esse, & Plinius ipse retulit. Sed repetamus paucis ipsa uerba, ut exemplo proposito uniuersam rem facilius quique cognoscat. Cato uitem tribus modis inserit. Præfectam sibi iubet per medullam, in eam furculos ex acutos adigi, & medullas iungi. Altero modo sese uites inuicem contingunt. Utriusque in obliquum latus contrarium ad radice, & iunctis medullis colligat. Hæc igitur initione ad rem nostram spectat, in qua licet a prima dixeret, sectionem eam obliquam dici Plinio, que cum iuxta alitudinem inæqualis sit, à suprema superficie incipiens, sensimque & quasi decussatim descendens, in humiles infra partes ad angulum acutum definit. Imaginari enim oportet triangulum æquilaterum, cuius primum latus à summis naribus qua parte incipit sunt, infra ad basin earum protenditur: secundum uero ibidem supra incipit & deorsum ad acutum angulum ducitur, quibus tandem ab narium basi, usque ad extremum alterius lateris, tertium latus subtenitur, quod spatium deinceps nouæ nares complebunt. Si enim æquali sectione & ad perpendiculum cum traduce uirtæ nares coniungerentur, iis exportectis & antrorsum protuberantibus, ingratum male pars illa deficiat. Adde quod ea parte, qua coaluerint, hinc inde affurgente carne, uelut tumulis quibusdam fulcum quendam efficerent. Oblique igitur sectionem deducere oportet quandoque uero ad figuram trianguli æquilateram nonnunquam ad eam, quæ uel duo latera æqualia habeat, uel ut nullum eorum cum altero conueniat, (non enim eodem modo semper nares detruncari accidit, ut cum naribus noui triangulum æquilaterum constituent) omnino autem figuram eam, quæ rectum ad nares obtineat angulum uirtæ conuenit. Nec atramento sectionis terminum designasse opus fuerit, cum sanguine profusione

nota


nota hæc aboleatur, aut oculi aciem inæqualitate dijudicanda perfringat. Id vero apprimè necessarium est, ut, ubi opus sit, indicis apicem in nares intromittat medicus, ut quasi obice obiecto, naribusque firmatis, nec retro cedentibus fœlicius operationem perficiat. Solent enim nares ob molliam, cedere, & ferri aciem claudere. Interim sæpius cultros permute (acies enim eorum reuanditur) vulnus excidet, & quantum sectione profecerit, probe percipiat. Quia in re extremam oram cum primis linea quadam designet, mox altius cultrum adigat, & quod reliquum est, omni conatu, quam fieri potest, sedulo peragat, & si quid extremis naribus, quod minus distingui ferro poterit, intro adhareat, id forcipe detrahat, & vulnus in interna superficie ad æqualitatem reducat. Hæc ubi pergerit ad traductis sectionem deuenire oportet, quam neque temere licet aggredi, sed ex curis naribus rationem depromere. Proinus ergo dezerfo vulnere, infimis naribus chartam imponat chirurgus, quam pro vulneris amplitudine confirmet, ut ad typum illi penitus respondeat, nec quo rectè hanc describat, ulli uel operæ uel diligentie parcat. Hæc enim uniuersum unionis decus, atque ipsa infitionis ratio innuitur. Chartam uero iam confirmatam ministro præbeat. Interea æger appposito linteo lo sanguinem compescat, & quo minus aërem plaga sentiat, ipse caueat. Tum faciam deuoluet medicus propaginem explicabit, & brachium ægri ministrorum alteri concedet. Hic cubito dextram subijciat, altera uero ulnam & carpum erectam iustineat. Ipse chartam applicet chirurgus traduci probeque contempletur, quid nam ibi demum sit, quanta & quousq; hæc sectio fieri debeat. Quod si perit, est rescindat, intra calli adradat, & quæ dmodum supra de naribus diximus, sic eodè pacto, ad eandè obliquitatis normam propaginem excindat. Hoc utique factu nõ erit difficile, cum id ægri uix perferant. Cæret autem summa diligentia, ut cuncta ad amissum peragantur. Quicquid enim huic studio adijciatur, uel ob eam rem plurimi faciendum est, quod nullo modo, si quæ errata commissa sint aliquando reuocare possimus, qui uel præcipuus stimulus est, ilique acerrimus, ne quid officianter, nè quid temere agamus. Tum ad nares traducem adducat, applicet, periculum faciat, nunquid rectè cum naribus cohareat? an extrema illorum conueniant? quid supererit? quid depreciam sit? an quid intro hient, uel non ritè cocant? Hæc omnia inquam consideret, & accuratè, quorum illud ad unionis decorem spectat, hoc uero infitioni conuenit. Perbellè itaque vulnera conueniant cum traductis tum curtarum narium. Atque hoc affequeur medicus, si ad raris partibus, & aliquo, moderate tamen excisis, earum ora cocant, ne, quid uel extra emineat, uel intra ad utriusque vulneris superficiem vacuum intercedat, sed ut vndique æquales ad normam congreantur. Post hæc ad futuras, efficiendas a nimium conuertere oportet. Quæ sanè chirurgie pars aliquanto difficilior est, ideoque latius explicari debet, ne dum breues esse uolumus, rem ipsam obicuremus, & ad plurimos errores animum suppeditemus. Inter est uero hæc nostra non obiter perlegere sed accuratè, & quam serpissime, ne quis, alias in confuendis uulneribus exercitatus, hac uana per sua opinione, nil interesse ducat, quomodo partes hæc uelint confui, atque ideo, cum imparatus accedat, in enauigando hoc pelago errorum multitudine quasi uastis fluctibus obruat. Vt inquam enim confuendi rationem quis hic promoueat, nisi uel peculiari studio uel sollicita admonitione id didicerit, nunquam non uehementer labitur. Hæc enim futura ratio ab his quæ passim, & quotidiano sunt, plurimum, & quam longe differt. Id unusquisque intelliget, simul atque hæc nostra rectè perceperit. Plurimæ autem causæ sunt quæ non vulgares, cur ea, quam iam molimur, a cæteris reliquarum partium, confuendi ratio differat, & difficultate omnes antecæ. Primum enim non minimum interest, nunquid, quæ partes confuenda sunt, aliquo in loco adhuc conueantur, an sede penitus, & regione diffideant. Animo concipere queo, faciei vulnus latissimum æque ac grauissimum, adeo ut maxilla ferri uel fere tota abscissa ad humeros usque propendat. Hic quis non uidet saltem aliqua ex parte, partem hanc cum reliquis adhuc coherere, nec laboramus quin ea composita, & futuris copulata integritati restituamus. At traducem coniungere cum curtis naribus

quomodo id non laboriosum est? quomodo p5 difficile? quâto intervallo distân? quâto diuicio separantur? Neq; id latis est, nisi & partis moles, cuiusque substantia ad reliqua momenta accederet. Ea enim est in cæteris quantitas, quæ nisi violentius ut gladij aliquid abrepum sit, composita prius, totam eam regionem compleat, nec ut quid deficiat, quid emineat, sed æquali penitus superficie, & corpore respondeat. Ea etiam est partis natura ut temperie à vicina haudquaquam differat, sed substantia, ut pote à cuius confortio paulò ante diuisa fuit, cum ea conueniat, ut, si liceat dicere, cum illa sit vniuersa. Quantum verò abfit ab his legibus ipse tradux, cum curis partibus, tam nouum est, quam quod notissimum. Quis enim nescit, quæ curis temperata sit, quam nares ob frigidum corpus compositam, frigeant. Licet id experiri, quod frigore nares percussæ non item curis, quam primum liqueant. Diuersa itaque est temperamento ratio, & admodum distantia, & si quid commune habeant id genere potius, & analogia existere credendum est. Quam etiam mole partes hæ inter sese differant ex eo patet, quod illæ tenues sint graciles, & explanatæ, hic vero crassæ tumidæ, & rugosæ, adeoque inuicem abfunt, ut nec superficie, nec profunditate quouis pacto conueniant. Sed poterunt ne ea, quæ iam diximus, id efficere, ut hic partium coalitus cæteris, quos fieri uidemus, incommodior sit atque difficilior? Certe si vtriusque partis, & traducis, & narium essentiam consideremus, non possumus dicere, quin insignis in ijs coniungendis, & non postrema adit molestia. Non enim calore abundant nares, imo ob tenuitatem, & cartilagines subiectas frigidissime, nec ea traducis constantia est cum plurimas noxas, duras contractationes, diuicera perpeffus sit, vti ipsi opem ferre queat. Quibus cum ergo sic agitur, ijs intrinsecus proximus est, nec minimum laboris superest ut ea resiliuas, conferuas. Sic quas exiguo intervallo coniungi partes necesse est, ut coniungas plurimum infundare, & multoties periclitari conuenit. Exiguum enim, & laxum vinculum est, quo alijs annectitur, modicumque est spaciū per quod deducto sanguine, & spiritu, uita ipsa conferuetur. Vbi verò arctius, & frequentius partem quandam innectere possumus, quo patentior alimento accessus est, eo minus laboris, minus restat periculi, & præcipue cum partes non adeo differant, neque eam in applicando uolentiam experiamur. Quod tantum absit in actione hac, ut nihil fieri possit, maior uti, maiori impetu, maiori incommodo, nullaque partes adfint, quæ ex natura præscripto magis inter se diremptæ sint. Et quis non dicat operationem longe difficiliorem fore, qui uni solum hoc negotij committi videt, hæc ut coniungat, nullatenus uel adiuuante uel uiam conferente natura. Non enim hic sibi natura monstrat, quid obferuas, in quod respicias, quid imitaris, sed eruenta omnia artificis ingenio, meta definienda est, soli currendum. At ubi natura ipsa præfuit, ubi callem monstrat, ubi ipsa præcedit, facile est, quid opus sit, cognoscere, obtemperare, & subséquere. Nullum autem hic ex natura, dum furas molimur, subsidium accedit, sed vniuersis artificis ingenio, & solertia perficienda est. Nec id parum refert, quod dum partes illas excoriamus non eam equalitatem, quam par est, obferuare possumus. Quæ enim antea coniuncta erant, simul atque semel diuisa sint composita non utique adeo quadrant ut nihil desideres: At nullatenus hic efficere poteris, ut sic traducem, & curas nares appares, adrades, ut aliquid non superet, non subideat, ne quandoque hient, sed ad regulam inuicem respondeant. Sic & illud non negligendum est, quod hinc per nares recedat aer & accedat (his enim primo respiramus), quod hinc cerebrum sua excrementa, propellat, quorum utrumque, quantumuis aduigiles, & partes eas lædit, & unionem impedit. Plurima igitur sunt, eaque non vulgaris, quæ partium harum vnioni aduersantur, & operi nostro multis partibus plus quam dum alias partes coniungemus, officiant. Veruntamen conandum est, ne locus vacet negligentia, sed omnes vires, omnem industriam, omnes conatus, omnem diligentiam explices, ut ritè munis fungaris, nec quid uel ars, uel ipsemet, damni facias. Quicquid enim semel hic prætermittitur, nec reuocari uolentis, nec quouis pacto compensari poterit. Tempus autem est ut quomodo futuræ administrandæ sint, aliquando edoceamus:

ceamus: cumque tot obstruatur impedimentis quanto poterit perficiacius rem
 expediemus. Omnis confuendi partes eas in illo consistit opera, ut futuras recte
 librare, & quae earum inuicem distantia sit, ad amissum obseruare ualeamus.
 Quam rationem, si quis affecutus sit, facillimè posthac omne negotium tractabit.
 Primum autem futuras singulas, cum duas partes, traducem nimirum, & curtas na-
 res comprehendant, duas etiam perforationes tam in naribus, quam in propagi-
 ne recipere intelligendum est, atque has eandem inuicem nunc comparari, ea quae
 esse quibus tota operis summa inuenitur. Accipimus autem, & quasi concessum
 petimus, perforationes eas, quae in curtis naribus factae sunt, aequalibus omnino,
 quotquot sunt, spacijs inuicem distare, ut & infra declarabimus, nec unam ab alte-
 ra distantia decedere. Id uerò pronunciamus, non idem esse interuallum quae in
 traduce sunt, foraminum, quamuis numero cum illis, & ipsa inter sese aequalia sint,
 cum ipsae, quae supra in naribus conspiciuntur sed latitudine plurimum desciscere, ut
 longè ardua sint interualla in traduce atque angustiora, illa uerò laxiora peni-
 tus, & spaciola. Atque hoc ob partium naturam accidit. Cum enim, qua globu-
 li apex est, nares angustae, & uelut ad centrum contractae sint, quo uerò magis re-
 cedunt, & sese expandunt amplores etiam fiunt: Ideo si tradux cum curtis parti-
 bus coniungi debeat, & apex ipse pertrahendus sit, nec non & nares ipsae perfo-
 randae ex necessitate, ut quae supra futurarum spacia sunt, inferioribus, atque
 in apice longe maiora erunt, haec uerò illis multo angustiora. Atque liceat hoc
 nobis aliunde accersitis subsidijs, ex mathematicis sic demonstrare. Sint duo circu-
 li concentrici, alter quidem maior, alter minor à quorum communi centro edu-
 cantur rectae lineae, qui exteriorem arcum in aequas portiones dissecant, quare, &
 interior circulus in aequas partes scinditur, quae quidem inter sese aequalitate
 non differunt, illius tamen & quae supra sunt, longe minores erunt. Sint ergo duo
 concentrici circuli, a c o p, & m n q r, descripti circa centrum, b, in quibus ducatur
 communis semidiameter, c b, supra quam erigatur ad centrum commune, b, per-
 pendicularis a b, quae abscindet ab ipsis circulis duos quadrantes. a b c, qui-
 dem maioris circuli & m b n, minoris. Nam cum quatuor anguli aequilateri
 quatuor rectis consistant super b, centrum ex corollario j, elementorum
 Euclid. 15. & angulus a b c, sit rectus, quare quarta pars erit quatuor recto-
 rum, qui quidem consistit super circumferentiam m n, minoris & a c, ma-
 ioris circuli, quarum unaquaeque ex ultima sexti, quarta pars est circumferentia
 sui circuli. Quae enim proportio est anguli m b n, minoris circuli ad quatuor
 rectos, eadem etiam est circumferentiae m n, ad integram circuli sui circumfe-
 rentiam. Eodem pacto & sese habet circumferentia a c, maioris circuli ad
 suum totum ut angulus a b c, ad eosdem quatuor rectos. Diuidatur postmo-
 dum in partes aequales circumferentia haec a c, nempe in quinque quae sint
 a d, d e, e f, f g, g c, & ad puncta diuisionis rectae ducantur à centro b, quae
 sunt b d, b e, b f, b g. Ipsae igitur lineae & arcum minoris circuli m n, diui-
 dent, in totidem portiones aequales, sed atamen minores ipsis portionibus circa
 b. Quod uero inter sese aequales sint, sic patet. Nam anguli a b d, d b e, e b f,
 f b g, g b c, inter sese aequales sint, ex 27. tertij Elementorum, quia aequalibus
 circumferentijs ad d e, e f, f g, g c, ut ab initio petuimus, insunt. Quare &
 circumferentiae seu arcus m h, h i, i k, k l, l n, ex 26. eiusdem, inter sese aequa-
 les erunt, quod aequalibus angulis subeundantur. Quod uerò maiores sunt arcus
 exterioris circuli, quam interioris, sic probatur. Nam eadem est proportio an-
 guli a b d, ad quatuor rectos, quae arcus, a d, ad integram circuli circumferen-
 tiam exterioris circuli ex ultima sexti elementorum: atque etiam eadem est pro-
 portio anguli m b h, ad eosdem quatuor rectos, quae arcus in h, ad integram
 arcum interioris circuli. Erigitur ex undecima quinti eadem proportio arcus,
 a d, ad suum integram circumferentiam, quae arcus m h, ad suam & permutando, ita est
 arcus a d, ad arcum m h, ut circulus exterior ad interiorum. Sed ille maior est
 interior, igitur, & arcus a d, maior erit arcu m h. Eadem & ceterorum arcuum ratio
 est, si conferantur inter se. Quare exteriores arcus maiores erunt, interiores uero
 mino-

minores, & dic quod probandum erat interioris circuli portiones exterioribus minoribus erunt illa: verò his maiores. Aggreffus igitur chirurgus furas, & que prima huius operis pars est, nares & propaginem perforaturus, in fedie agrum collocabit sub splendidiſſimo aere, uitam capiti injiciet, mox taniam, cuius ſupra mentionem fecimus, fronti applicabit, & retro, ad ceruicem connectet. Hæc ordine acus excipit, ne quis error, aut confuſio accidat, dum partibus iam perforatis, funiculis eas conſtringere conuenit. Facilis enim hic lapſus eſt, ne linum quoddam pro altero arripas, & quæ fecus conueniant, inuicem coniungas: aut, ſi quidem ea explicare uolueris, quod non ſine temporis iactura fiet, ingenti toedio agrum, & dolore afficies. Sic igitur & tuto rem expedies, & ceteritati commodabis. Quod ubi peractum ſit, agite, iam partes acutius accipiet, & primum, quod commodius fiet, traducem, mox & curtas nares. Ante tamen quam acum immiferis, ſuturis loca ſua deſignaffe conuenit, & unam reſte in medio, in ſummo traducis apice conſtituiſſe hinc inde ſuccedentibus æqualiter cæteris. Eam uero prudentiam adhibeat uelim, ut quantum poteſt, ſuturæ efficiendæ interualla diligenter obſeruet, ne quid ab diſtantiæ æquitate, quæ quidem alia eſt in naribus alia in traduce, deſectat, ſed omnia ad trutinam exacte reuocet. Hac enim parte quicquid ad coalitus certitudinem, & celeritatem ſpectat, quicquid ad cicatricis decus pertinet, omne uelut in pugno comprehenditur. Quare non eſt, ut quis hæc negligenter aut obiter adminiſtret. Auſpicabitur uero uncum que libuerit, uel in dextro uel in ſiniſtro latere medicus, & perforata prius propagine, mox & curtis naribus, acum ſupra, & recta uerſus frontem ex oppoſito eductæ, atque tenuis affigeret. Si tamen decorum, & hoc in loco obſeruari uelit ab media illa atque inter cæteras ſumma exordium ſumpſiſſe non obſeruet, & mox alternatim reliquas adminiſtraſſe. Hæc toties faciet, quoties æquū uidebitur, & ipſe prius affignauerit. His rite ſic peractis, iam altera pars inſtat huius operis, quam conſtrictionem dicimus. Ante tamen in lectum collocare agrum oportebit, ut operationem hanc ſumma quies quamprimum excipiat, ne uel conuellantur uel dirumpantur ſuturæ, uel quid aliud accidat, quod exinde nobis iaceſſat negotium. Quam enim id facile ſit, unuſquique uidet, ſi funiculis iam conſtrictis ad lectum deducere agrum, ibique eum uelimus recte componere. Is autem ordo in conſtrictione ſeruandus eſt, ut eam ſuturam, quæ cæteris mediam ſedem obtinet, atque ad extremum apicem propaginis eſt, primum conſtringamus. Hæc enim, cum ſupremam regionem occupet, id præſtabit ut ex ea, uelut ex perpendiculari tonis traduce qua lance dependeat, atque ut latera tandem exacte coniungamus. Haud fecus apud ſutores, uſuenerit uidemus, qui tunicæ partes in medio primum connectunt, & hinc ad alterum extremorum progredientes, non inconcinne eas conſarcinant. At ſi ex altero latere, & præcipue infra opus promoueas, inæqualem pendere traducem, & deorfum prolabi uidebis, quod quantum ab eſt à reliqua operis perfectione unuſquique per ſe uidet. Non enim poſthac, & niſi ſumma cum difficultate, aut non leui patientis cum cruciatu, partem eam attrahes. Adde quod funiculum illum prompte laxari contingit, dum in oppoſitum conuellitur, & quadante nus ad inferiora propelli. Illam igitur ſuturam, quæ media eſt, & qua conſtricta non inæquali examine propago libramur, primam conſtringere opus eſt, ualideque connectere, ab hinc uerò alias ex ordine, hinc uel inde, ut æquum uniuſquique uidebitur, quouſque omnes funiculos collegeris, & circumplexis arcibus propaginem cum naribus innodaueris. Modus uerò conſtrictionis hic eſt. Chirurgus in eum ſitum conuertat brachium, quem ſupra deſcripſimus, cum traducem ad narium æqualitatem reſecari uelimus, iubeatque ex minimis alterum, eum ſcilicet qui caput ægri ſeruat, manum illius ſupra uerticem impoſitam arripere, & ad carpum comprimere, quo minus uel deorfum, uel ad alterum latum inclinetur. Alter uerò cubitum manibus ſtatuet, qua parte radio conterminus eſt, tollente interim traducem, & curtis naribus applicante alio, quem tertium, miniſtris illis ſuccedaneum ſecernere conuenit. Ipſe ſiniſtra manu, ſilum quod eſt traduce prominet, & dextra, acum illius arripiat: funiculum hinc inde leuiter ducat, nunquid is ipſe

ipse sit, quem conuenit uelit, uideat, nos duplicatum implices, arctius constringat, atque ne resiliat, alio effectu nodo, sed eo simplici, denuo connecta, linumque ferre ad nodum usque refindat. Idem etiam cum alijs faciendum est, atque ex ordine, ut paulo ante diximus. Sic enim omnia recte, & ad iustitiam administraveris, nec aberit, quin necessaria, quaedam sequela etiam sub manu tua ad nutum tuum queque obediant. Sed ut rationem futurum uniusque peripetiam habeat tam cautam quam operandi modum his duabus tabellis ob oculos subijcere uolumus.



Ceterum his sic perfectis curationem aggredi oportet, & in primis penicillos onā liquato, ut diximus imbuerē, mox narius indere, ac orbiculos extra ad furas circuncisica injicere. Posthac ægrum deligare conuenit, & fascijs, quæ ueluti adhaerent, ne qua moueri possit, constringere. Inter ceteras eam, quæ uertici insertitur, & carpi articulum uincit, primum utrinque locis suis constringere opus est: Ab hac cubitali, mox axillarem, tandem uero pectoralem. Ipse autem praefectus opus hoc chirurgus uel nec ministris, quantumuis peritis sint, hoc munus committat. Quæ quæ sentiant tanta diuturna mora tot perperis incommodis, tot superatis difficultatibus hætenus acquiescimus, id omne in hac una actione tanquam lactinio quodam continetur. Nulli igitur uel labori uel industria uel fortitiae parcat medicus, sed uel maxime nunc uideat, ne quid, quod artem ipsam, aut dignitatem suam dedecet, committat (hæc enim ex operis successu pendit) & oleum simul cum opera profundat. Si enim in leuibus maxima plerumque rerum momenta continentur, & sæpe uisum sit exiguis præcipijs ingentia mala tandem suborta esse, quid suspicandum, quid non perimeendum abstanti in re est. leuitas ne quid facias an ex animo, & cui negotio totus operis summa innititur. Non igitur negligenda est deligatio, alijque committenda, sed si quid recte curatum uel is id ipse efficiat. Ut enim seruus in domo ipse heus est, sic neque in alijs uiræ maneribus quid saluum esse potest, nisi quorum auspicio, & nudi id regitur ipsi uideant, ipsi præsto sint, ipsi manum admoueant. Veruntamen cum non tantum se nemipsum recta facere, & que opportuna sunt, præstare deceat, sed & ægrum & qui illi affident, itaque ægrorum chirurgus mopeat iubeo, ut quantum potest, quiescat, brachium non distendat, non uellect, non quouis modo concutiat, & ut ab uehementi respiratione desistat. Non enim diuile est ut partes illæ tantam fermentationem, & constringendæ perperis iustam inflammationem inuenciant, quin id uero accidit, nec opus est sibi uel ipsi damnum arcescere. Qua de causa non iniquum fuerit, unius uel sesquihoræ spacio linteola infernere, & ad infitionis locum circumijcere. Porrò hæc oua aquato, & rosacea, quæ portionibus aquis miscuantur rigate conuenit, & ne qua incalescant, subinde remouare. Nil enim equè præstitit, quod uel citius uel felicius, quemuis humorum affluxum, & non leuem quidem compestat, atque inhibeat. Hæc igitur in infitione sic peragenda sunt.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

De curatione infitionis, & quæ uictus ratio interim obseruanda sit.



AM verò tempestiuum est, ut infitarum partium curationem, ad coalitus usque tempora, proficquamur, quæ tam medicamento- rum naturam, quam uictus rationem complectitur. Omnes enim medicinæ partes ita connexæ sunt, quemadmodum referebat Celsus ut ex toto separari, non possint. Nam & illa, quæ præcipue medicamentis pugnat, & uictus rationem adhiberi iubet, & inanis est omnis medendi labor, præcipue in morbis paulo uehementioribus, quamuis, si clementius agatur, sola diuina quandoque sufficiat, nisi cum uictus præsidij, & pharmacorum copias coniungas. Proxime autem symptomata enarrabimus, quæ in hoc infitionis decursu non infrequenter suboriuntur, usque adeo uicina bonis mala sunt, nec licet aliquid nisi cum periculo aggredi. Atque ut ab medicamentis exordiamur, ea ex uulnere petuntur, cruento solum, nec illis symptomatibus la- cessito, ideoque nil præter simplicem unionem expetente. Siccitate itaque pol- leant, secundo gradui uicina, media inter sarcotica, & epulotica, quæ neque deter- gent ualidius, neque constringunt obnixius, sed ne inter uulneris labia aliquid hu- moris

moris intercurrat, moderata a frictione cauent, quæ tandem carnis fibris inter-
 ceptis, quasi uinculis quibusdam unita natura, & agglutinata. Quam naturæ cop-
 pulam non æque fatis admirari cogimur, & extollere, atque præcipue, quod qui-
 dam non imperiti rerum medicarum, nec uulgares homines, adeo laxo inter se
 nexu partes hæc colligatas esse dixerint, ut si paulo duriusculè contrectentur, ille-
 cet decidant. Nec tanti quidem faceremus hanc opinionem, quam alias, nec enar-
 ratione dignam censemus, nisi & ad cætera quæ ad initionis operam referuntur,
 hoc salubre documentum aggregassent. Aiuunt enim quæ cum scripserit uiri in re-
 liquis medicinæ operibus sanè peritissimus, excusabiliorum reddidit uiri clarissimi
 cuiusdam opinionem, tale nescio quid suspicantis. Fuit enim cum nobili adole-
 scenti cuidam nares restitaturus ut is ad unum ex purpuratis Rom. Ecclesiæ pro-
 ceribus negotij causa accederet, qui aspiciens eius nares tectas dixit unquid sunt
 nares restituta, & ex carne factitate? Ailueuerat nobilis adolefcens. Tunc rogauit si
 liceret eas detegere libentissime fore ut detegeret. Nunquam enim antea conspe-
 xerat. Illico recedens à conspectu adolefcens, quo detegeret, & à foribus nares
 expurgaret; ei clamauit purpuratus: caue ne fsequantur. Sed hæc non fugillando à
 nobis recenferentur, nisi ut ab iniuria artem nostram uindicemus, & quas notas hæc
 hominum inficta inuifit, abstergamus. Manant enim facillime in mentes homi-
 nam fabulæ, & sæpe falsum pro uero uulgus arripit. Nam sic comparatum est,
 apud hominem imperitum ut, nisi quod ipse facit, nil rectum paret, nec singulis
 quiquam arridet, nisi quod ipsi præstent, uel ab alijs multoties præstari uide-
 rint. Solet enim imperiti non quiduis, & operis nouitas nobis perferre. Et mul-
 toties abhorremus quid ob id falsum quod nouum sit, & inauditum nihilque pla-
 cer, nisi quod Troianam originem referat. Sed uana sane hominis cogitatio est.
 Qui fieri contingat, ut, quæ naturæ beneficio inuicem coalescunt inirringi pos-
 sint? an hoc in cicatricibus, quæ iuste couerint, unquam ulu uenit? non quid ratio
 id suadet? Quinimo si attenuus rem consideremus, tanum ab eis, ut quæ coagulati-
 nata semel fuerint, denno diuellantur, ut pertinacius inuicem cohercant, aut si
 qua difframpi eas contingat, noua qua antiqua ueftigia sunt, sed proximè, ubi mol-
 liores sunt, & minus pertinaces, diuulfæ cedant. Quod etiam in plantis comper-
 tum est, quibus semel implantatis, quantum in tenuellis, & quam grauissimo uehe-
 me stitum flatus impetu percussis, nil secus accedere uidemus. Sed obsequan-
 tur, cum flexibiles sunt, & uelut canna, uolentiam ventorum elidunt. Con-
 cedo quidem: sed quæso periculum faciant, num adaucta manu, & uolentius
 attracta, non dicam, à manu connexionem, furculum illum diuellant, sed ut fal-
 tem hiet leuiusculè, ulqueque dimoucant. Videbunt certe aliò cum diffrindi
 prius, quam in initionis articulo conant, adeo callus, quem induerunt, uelut glutini
 ne quodam contumacissimo partes eas coniungit, ut nullatis, nullus impetus hoc
 confortium rescindere ualeat. Neque id si in arboribus contingit, minus propte
 rea in corporibus nostris acciderit, quorum operationes cæteris longe antecel-
 lunt, & materia multo, quam in illis, aptior est, & benignior. Atque ne uacet lo-
 cus hæc itationi, certissimum est nouas nares longe contumacius adhærere, ac cæ-
 teræ partes corporis nostri faciunt, ubi per cicatricem coaluerint. Cum enim ro-
 bur omne & firmitas unionis ipsi callo, qui cutem longè superat duricie imitatur,
 & partes nouæ eo geminato, minuantur, tam intra quam extra, proculdubio &
 pertinacissimè eas coniungi contingit, & quasi gemino modo arctissime inuicem
 connecti. Id cum supinè imperiti homines considerauerint, ut re clarissima, nu-
 ganur pueriliter. Verum tamen cum æque stultum sit, stultas & inanes referare
 opiniones: nec plus laboris uel uerborum quam opus est, in una quaerere, debeat
 impendere, id eo hæc missa facimus, & ad susceptam curandæ initionis prouin-
 ciam, nosmet conuertimus. Diximus ea medicamenta esse operi huic dicata, quæ
 inter ea, quæ ad cicatricem ducunt, uel carnem regenerant, mediam quandam na-
 turam fortuntur, quod siccent nimirum & moderate astringant. Ita enim fit, ne
 humore aliquo labia plage intumeant, & natura, ut solet, strenuè operetur. Di-
 citur autem medicis glutinanta, quorum farrago uaria est & immanfa. Huius
 generis

generis sunt ebulus, sambucus, fyderitis, palma, pini, redæ cortices : draconij; folia recentia, quæ fraga gignit herba, anagallis, falix, androsæmum, astragalus, phylomuculus, telephium, lymphyum perregum, araneæ tela, sed ea præcipue, cui è pistrino pollen infuderit. (hæc enim ualentius exicca) equifeum, chamaepyris, arnoglossum uero unum mire celebratur, ut quadam temperaturæ symmetria, in-gendis ueteribus ulceribus, nec non uulneribus nuper factis, nulli remedium ce-dar. Itatidi fatiæ eadē laudes tribuant. Centaureum minus floribus & fo-lijs uulnera etiam magna coniungit. Sic pentaphylli folia, mumia, folia hederæ recentia, quibus uino coctis prius, pergrandia uulnera conglutinari scripserunt quidam inter neotericos non incelebris. Sed & ulmo peculiare natura dotes tribuit. Testatur Plinius, qui folia, corticem, folliculam non ignobili in uulne-ribus agglutinandis polleere facultate scribit. Quinimo usque adeo felici succesu fit, ut admirandum sit, quam exigua & honesta posthac superint uulneris ueti-gia. Itaque plurimum ualet si papularum stigmata, delere contendamus. Hinc ad lichenum curam in menro præcipue, ex Crispo, Vlmia quam optimam esse Cri-to referit, ut scribit Galenus. Huius uerba sunt: ulmi lacrymam aqua distillatam an-ponito. Est autem lacryma illa gummi quoddam ceulenus ac glutinosus humor folliculis inclusus, ex quo culices, proprie crispipes dicitur generatur: quæ in ter-miculis hæc repurgatam certissimo amolimento experiri licet. Ex hæc igitur omnibus, quæ iam diximus, quamplurima prædicta parari poterunt, quibus unio-nem illarum partium, nec inhoneste quidem accedere possumus. Nobis uero uulgaria sunt, & in myropolij quodidæ præstant certam exensia, & emplastrū barbarum. Idem enim, quod uolumus & pro dignitate præstant. Huius uero usus est frigente celo, atque adeo corporibus paulo humidioribus: illius autem per-estiuua tempora, & si qui corporis itatus iusto calidior sit. At quemadmodum uul-neri, quod ad externam superficiem est, hæc prædictis medeamur licet, ita quod intra opponitur aliam curandi normam, expolcit. Hæc enim tribus ad minimum diebus, res agitur suppurationibus, atque iisdem plantis, quæ supra suis locis exposui-mus. Sed cur tan dem unum idemque uulnus, locis oppositis, opposito modo cu-ratum? Id equidem minime fit præter rationem. Plurimum enim externum uulnus ab interno differt, quamuis prima fronte id haudquaquam appareat, & præcipue unionis nota, positu, atque partis natura. Cum enim uulneris labia uisq; adeo ad numerum extra cohaereant, ut nequaquam hiant, nec inter ea di-uerfum quicquam intercedat, fecus certe accidit in intima superficie, qua semper aliquid, quod derasum est, eminet, non equidem in naribus, sed in propagine, ut hinc eorum oræ minus æque ut extra sit, & ad amulim cocant. Neque ad arti-ficis negligentia tribuendum est, sed operis difficultati. Quis enim effra actis in-gentij, ita manu promptis, uictrique tantopere partes eas adradat, ne uel mini-mum ab æquitate inuicem recedant, sed ad regulam tam intra quam extra conue-niant. Id quamuis circini ope liceret assequi, quo primum arca uulneris in na-ribus dimetienda esset, & hinc traduci ampliando eius applicanda, usque adeo ta-men pars isthac abhorret, ut nullum hinc consequamur cotinmodum. Est enim, refecto callo, substantia interior traducis, laxa, mollis, admodumque inconstans, ut simulatque quantitatem, ad normam, quæ est in naribus, designaueris, protius distuat, nec limites assignatos obtineat. Quod si intra modum eam excideris, neque sic uoto poteris. Raro enim aut ferè nunquam licet, quousque iam des-tracto callo cutis ipsa celsa sit, & periculum est, ne intra modum adhuc substat, nec eam, quam requirimus amplitudinem excoriatio nanciscatur. Adde quod si uelis, ad numerum negotium euoces, curiosior paulò fueris, temporisque iacuram facies, nec leuiter agrum torquebis. Itaque ne quid imprudenter labamur, & plusquam par est, & nobis & alijs recedio sumus, liberalius paulò traducem excindere uisum est, atque eò diducere, ut eam, quæ in naribus est excoriationis lati-tudine excedat. Hoc enim tutius multo, & commodius fuerit, nec cum tãa mole-stia coniunctum. Accedit etiam, quod dicitur iam curandi rationem ab ea, quæ ex-tra adhibetur, aggredi hoc loco oportet, quod omnis humiditas, quæ ab inter-

Pin. 33. hist. natur. 7.

Galen. 1. de compos. med. sec. loci 7.

to uulne-

fo ulneris spacio funditur, ob locum decliuem huc corrinetur, & eò magis cum accipiendo aeri, & red dendo hanc pars dicata fit, & hinc cerebri excrementa iugiter defluant, quibus utriusque unionem præpediri earum partium, nullus est qui nõ uider. Quæ enim sicce sunt uulnera, sanitati proxima sunt. His additur (nam, & hæc naturam partis attingit) quod intrinseca superficiæ narium substantiam, & mollicie & laxitate ab exterioris densitate, & duritie plurimum differt, non quidem ex se se, cum membranarum essentia, in siccitate, & soliditate posita sit, sed quòd ea ipsa sit, quæ palati inungit, & hinc inde affluentibus humoribus, multique uaporibus, quæ aliunde efferuntur, largius irrigetur. Hic igitur, qui rectè animaduertit non obscure inter se se differre, & internam, & externam infisionis partem uniusquique perspicet, atque hinc opus esse, ut hæc suam, suam in idem & illa curandi rationem admittat, inuicemque plane diuerfam, illam quidem, quæ exiccat: hanc uero quæ pus moueat. Suppuratio autem desiderata, uel largior illa, traducis adrafo, sicciora tam è alijs, quod & natua humiditate, & accersita aliunde uulnus illud plus iusto scateat. Tale est unguentum ex pompholyge. Qua de causa, & tardius multo, quam extra & ægrius cicatrix obducitur, & præcipue cum partem eam, ut externa suam, hæc præsidia non usque arcò complectantur. Expedit etiam, quæ alia curationis pars est, præter medicamenta iam enarrata, ut futurarum rationem habeamus, atque an rectè se se habeant foramina, aut sint tandem relaxanda futura illa, non negligenter uideamus. Solent enim ferè femper madere, & humorem quandam foramina illa euomere, quo quandoque non solum externa sed & interior pars atque in profundo, atroditur, adeoque excantur, ut laxatis funiculis, pars illa dehiscat, & findatur. Accidit hoc mali genus corporibus cacochymis, & calida siccaque temperie dotatis, aut si qua pinuice falsa illuies à capite in subiectas partes, & præcipue ad nares, iam imbecillas, procumbat. Nulli igitur parcendum diligentiæ, seduloque entendum, ut detergamus excrementa illa, gnauiterque exicemus. Præstabit id myrrha, thus in tenuissimum pollinem redacta, & locis illis aspersa: ut & sanguis draconis, ut aiunt, in lacrymis, & manna thuris. Chirurgus ita que in primis diebus, uniuerso que ad coalitum usque decursu, hæc medicamentis infisionem curauerit, cuius negotij rationem, & tempora ex parte distius persequi, non opere precium esse arbitror. Nouis enim uniusquique amouendas esse suppas quam blandissime, nec tam cito post earum impositionem, cum præsertim circa initia, inflammatione pars ea torqueatur, atque ut illud commodus fiat, liquore quodam emolliri debere, paulo tamen citra modum, ne, quod plurimum obest intra infisionis latera humor ille se se infinet. Ab hinc linamenta, cum medicamentis exterius addenda esse: intra uero pennicillos imponendos, illito apice, ad quartum diem usque: & mox exiccantibus, quæ supra diximus, quod superest, periciendum fore. Hoc tamen obseruari uelim, ut, dum rem à dimittatur sum, cubitalem faciam relaxent caute quidem, & præsertim inter initia, ne qua fede sua & loco confusio illa dimoueat. Quapropter opportunum fuerit, iam laxata facia ministro alterum, qui has chium ægri omni uigilantia in situ pristino contineat, eustodem adiunxisse, atque, si quid ultra præstandum est, alterius subsidio usum esse. Quod uero ad futuras relaxandas spectat, in primis, numerum eorum, & quo ordine relaxanda sint, confiderare oportet. Tempus id à nobis intelligitur, qua nam potissimum die id faciendum sit. Per numerum, nunquid omnes, simul an singulas separatim laxare liceat, comprehendimus: Quod si non omnes, sed aliquot, quas nam primæ, quas secundæ, sub ordine significamus. Ut diem quod primum est, deniamus parebit is, cum manifesta coalitionis uestigia se se prodant. Hoc circa quartum diem non infrequenter contingit, ad præsertim in medio, ac siccis temporibus, atque si habitus corporis optimus aut nõ admodum præuis fuerit. Quandoq; uero, & ad tertie diei principium hæc inchoatam esse unionem probè peripeximus. Brunali uero celo, atque in incertis autumnis diebus, & si qua corpora paulo humidiora aut non adeo benigna fuerint, uix intra quintum diem, iam partes unitas esse licet conspici. Omnino autem iam nobis longo usu edoctis affirmare licet, multis par-

tibus citius coalitum cōfirmari, per sicca, & calida tempora, cum nil adfit quod materia fluxum impediatur, & in extremis potissimum partibus genuinus calor uigeat, tardius uero, & longe remissius, si uel quantitate uel qualitate peccet materia, & iam ab extremo frigore compressus calor ad internam recesserit. Omnes autem laxasse simul furas proculdubio absurdum est. Non enim firmæ unionis spes non concideret, quod simulatque partes illæ coalitum atque uix peritescerent leuique per singulas partes unionis principia sese demonstrauerint, non omnes abfuisse, sed quædam inuolatas atque arte connexas fuisse, quousque ualidius coalescant. Quas autem primò, laxasse oporteat, natura rei indicat, scilicet ubi magis unio confirmata sit. Manifestum erit id, si qua pars magis siccecat. Promptius uero coaluit, & citius in locis carnosius præcipue contingit, & ferè circa altiore partem. Inferiora enim in coalitu retardantur, quod ex carnis patulo sint, atque quod è superis delabentem uirginem abforbeant. Sed, ut neque in uulsa medicina, imò in omni actionum genere, cuncta firma sunt, & æterna ita neque hic, quod iam diximus, perpetuum est. Per sepe enim in decliui, & qua partes illæ tenuiores sunt, uicis eas coaluisse uidimus, fecus uero supra, & ubi crassæ fuerint. Cernum illud est, ad quarti diei finem uel ad summum circa quinti, indicia apparere coalitus, & iam firmius alicubi hæsiße cuti tradacem, uoi quemadmodum diximus, laxandam esse furam consulimus. Id autem forcipe peragendum est (non enim alijs hoc aggredi licet) acutissima simul, & tenuissima, ut faciliè subter prætereat, & promptè linum rescindat, quod quandoque cruore imbibitum, crassumque cum hæcitioni resistit. Præstabit uero ex una parte funiculum præcidisse & proximè ab foramine, nodoque apprehensio uniuersum, eximisse. Nam maiè, cum naribus tum cicatrici furæ, confuleremus, si quousque uniuersa cicatrix obduruerit, suo loco funiculos relinqueremus. Fœda enim erumpent ulcucula, ea que fat ampla, nec conuierent foramina, inpendente scilicet lino, & ingrata denuo simulatque penitus pars illa obduruerit, connexionis stigmata remanent. Hæc autem mala, ut euigiamus, & dum unionem parrium molimur, una opera & necui illi & foramina obliterentur (tum enim labia illorum mollia sunt, nec callo obducta) si illa procidere oportet, & futuram dissoluere, sed in ea duntaxat parte, in qua unionem fideliter ceptam esse confiximus. Ut uero commodius natura suo fungatur munere, & qua parte futura laxata fuit, sarcocica & agglutinantia medicamenta injicere oportet. Et hic prior unio nis gradus est, in curate traducis & curram narium infusione, qui circa tertij diei, uel quarti, uel ad summum propè quinti finem sese ostendit, & in quo aliquos funiculos licet eximere. Ultra uero & cum certius, atque ualidius partes illæ connexæ sint ad septimi diei principium lubet aspiciere, aut ad eius diei finem, calido præferim coelo, & corporibus hominum non iniquis si fecus, paulo post diebus cæteris. Tunc enim cicatrix leuè equidem uestigium superest. Quare tum reliquas futuras licet eijcere, nisi eas antea, quod sic uilum fuerit & circa sextam chirurgus abfulerit. Nec abest ab hac positione nostra ipse Celus, qui septimo die in iua, quam ipse habet, curam restauratone, futuras eximi iubet, & ulcus ad finitatem perducere. Ad hunc enim diem, quin etiam antè abfoluere uulnus conuenit. Quam sententiam & nos ipsi, sic edocti ab experientia ulque quaque comprobamus. Quotquot enim id generis chirurgias nobis tractatæ obtigit, fuerunt autem plurimæ, & corporibus non usque adeo probis tum equidem ad septimæ initium, plerumque ad sextam mediam, perarò autem ad septimi diei finem prorogata fuisse unionem uidimus. Atque id uerè testari possumus, nos omnes futuras ante finem septimæ, semper eximisse. Internam uero ulcus longius durare solet, eiusque cicatrix ægrius & ad quadragiesimum uel que diem quin doque obducitur, non alias ob causas, quam quæ à nobis, cum suppurandi necessitate in his paribus profiteremur, supra relata sunt. Suis sic exemptis, filamenta sicca imposito, & ceratum ex pompholyge, in decimam quartam usque diem, quo tempore, iam probè solidatis partibus uniuersam cicatricem, certissimo

mo ficitatis testimonio, confirmatam esse satis clarè apparet. Atque hic tertius gradus est huiusce curationis, cum prater cicatricis soliditatem & futurarum foraminum iam obduruere. Licebit tunc experiri rem & traducem iam infixam non leuiter concutere, qui cum ualidiori nexu cum naribus coniunctus sit, omnem motum tunc violentiam egregiè sustinet. Quare tum de perennitate operis haudquam dubitandum est, conuenietque quamprimum illum a brachio excindere, & adoptantibus naribus iam fortiorem concredere, quod tandem suo loco docebitur. Interim, quod superest, persequamur, nempe quo pacto ægri nutriendi sint, usque dum naribus perfectè tradux inseratur, & ualde coalescat. Dieta sunt quidem antea à nobis cum delincaudæ propaginis curationem traderemus, quæ huc pertinet ferè omnia, sed cum timidi, & paulò imperiti etiam in uis uacillent, breuibus saltem atque summatim negotiis transigemus. Omnis ratio uicibus in duas secatur partes in tenuem nempe, & pleniusculam quemadmodum, & duo in uniuersum tempora sunt, quæ totum institutionis spatium circumscribunt. Alterum primo septenario definitur, secundo alterum. Nec absonum est, quod interrim diuersimode uicium instituiamus. Cum enim primis diebus unionem moliamur, quæ ualido calore, & membri quadam siccitate gaudet, cumque nos symptomatum metus percellat, tenui utique uicium quo ad licet præ uiribus, æger sustentandus est, ne uel ab opere suo calor auocetur, uel affluente liberalius sanguine plus iusto pars illa madescat, & periculum sit, ne uel inflammari, uel aliquo grauiori malo conficiari occipiat. Nec refraganur uires, quas liberalior uicium, qui præcessit satis adauxit. Quare ubi iam labessere ceperint, omnique symptomatum ætus resederit, tunc ad pleniorum ascendere licebit, & liberalius ægrum nutrire, per alterum nimirum septenarium quousque iam, ut rescindatur tradux à brachio tempus fuerit. Iam enim transacta septima nisi grauissimum erratum accesserit, nunquam quicquam quod molestiam afferat superuenire solet. Alimenta omnino euchyma sint, & pro tempore anni accommodata, non solida, sed forbillia. Non enim, quæ paulò solidiora sunt, recte conueniant, cum in mandendo maxilla conuellantur, & partes iam in se distrahendo, de sede sua dimoueantur, atque per primos septem dies, quibus tenella adhuc implantatio est, & leni momento quoquo uersum impelliunt. Estque hoc in primis unice obseruandum. Fiant illa ex sem. melonum emulsionem, ex pane trito, & creto uel scorfiæ uel uirgæ commixtis, nec non faccharo aspersis. Quarta uero die in uirium gratiam, iuscula etiam ex pullo iam dictis affundere licebit, aut si quid tale sit, quod diluam est, nec, ut dentibus mandatur, exposcit. Vinum penitus alienum est. Nam & calorem adauget, & irritatis humoribus maximas turbas mouet. Huic licet substituere decoctum hordei cum faccharo, oxifaccharum simplex, oxalidis aqua diluam, quod æstibus medijs mire situm lenis, caloris in uero æstuantis impetum frangit, & uiscerum sanguinisque feruorem apprine compescit. Transacta uero hebdomada, cum uires largius reficienda sint, uicella colorum exhibeantur cum pullo iusculo non admodum diluto, cui uir gratiam concilietur, omphecij succum uel puniceorum malorum aut arthris, faccharum affundere poterimus. Atque hac in parte palatum ægri oportet consulere. Non erunt prater rationem, quæ ex cucurbitis sunt fercula, amygdalarum emulso cum iusculo, quæ primis diebus suspecta est, & tandem succus uel cremor pitinæ. Pro potu uel pullo iusculum, uel puniceorum succus, si cum rumicis aqua uel in tybi diluatur ex usu erit. Prima septimana omni motu parcant ægri, uelim, atque filios posthac è lecto egredi contingat, moderate obambulent. Ita que quieti sese totos dare conuenit, quæ una hanc operationem fouet egregiè, adeoque plane nihil moliri, ut & fermis alium usque ad quartam omnino præcidamus. Quam enim ex eo incalefaciat caput, ut posthac facile suam colluicem præcipiter, quam partes hinc inde distendat ex se unicuique notum est. Atque sic neque, si ferri poterit, ualde respirent, sed quam blande, ut neque hinc aliquid oboriatur incommodi, quod factu haud difficile est, dum per nares exiliens, & cum impetu illabens aer partes nuper infitas non modice offendit. Planè igitur conquirecere oportet, &

64 DE CVR TORVM CHIRVRGIA

quemuis motum quantulumcunque tandem fit, dummodo poterit, curare. Dabit etiam operam egret, ut akeris ad minimum diebus alius respondeat. Nec id acrioribus tentandum est, sed clementioribus, & quibus aliquas uis adfir refrigerandi, precipue uero afitino celo. Tale est decoctum ex beta, mercuriali, & uiohis. addito saccharo ac ol. ros. In opulentis olei uiolacei inieciffe praefiterit libram integram, cum salis .iij. Sic pitana ex multa profuerit uel lac a fininum, aut uaccinum additis ouorum uitelis, nec no sacchari, uel mellis seiquiuncia cum momento falis. Aer etiam (nam & huius rationem habere oportet) pro temporis occasione moderandus est: sub bruma quidem, si calefiat, non tamen usque adeo, ut caput sua uis concuiat, atque hinc a praecordijs uapores efferat: aestate uero, excitatis salientis aqae riuulis a iperione rerum frigidarum, & si quid aliud est, quod auctores medicinae non infrequenter iubent fieri, ad quos hac in parte illicet appellere. Quia in re non leuis momenti est, ad orientem, per byem em cubiculum, possit esse: aestate uero ad septentrionem uel ad occidentem. Cum uero plurimum referat, quo pacto singula haec peragantur, itaque ministrorum alterum adiuuere oportet, qui cibum praebet, qui quietem iniungat, motum arceat, & singula quae dicta sunt, suo loco & tempore fieri iubeat. Sic enim neque pendebimus animo, sed quicquid operiserit, ex uotu nobis succedet. Sunt & animi passiones uitanda, & quaecunqae mentem perturbant. Nihil enim est, quo corpus magis afficiatur ac si quid, quod noxiam fit ab animo proficitur. Sic nunquam peius corpore uires collabuntur, quam si anima operam dare oportet & ingenium excolere. Suis dat ergo eger tranquillitati animae. Mens exhilarata calorem natium suscitatur, & omnes corporis actiones foecundat. In somno & uigilijs adhibeat moderationem. Extremum omne noxium est, praecipue coctionibus, & magnopere illi, quae in capitis ambitu celebratur. Hinc excrementa ad nares procumbunt, quae si non operis summam in dubium reuocarent, si non partes infiras conuellerent, id saltem efficiunt, ut aegre nimis, & tarde partes infirae coalescant. Hunc igitur in modum, iam infra cum naribus propaginem, usque dum in uicem firmo cohaerent, non postrema cum sedulitate & uigilantia curare & conseruare opus est.

CAPVT DECIMUMQUARTVM.

De symptomatis partium iam infiruarum tum proprijs tum communibus, & quo pacto corrigenda sint.



Vm uero nunquam quicquam ita comode agere liceat, quin semper aliquid, quod obstaculo sit, agentibus scie offerat, & multoties uno cum bono, tria mala fortuna affundat: ita neque hic omnia ex animi tui sententia conficias, quo minus de sorte tua conquirere. Et enim ut res a se solent, non immunis ab incommodis suis, haec operis, & si quid aliud, & ipsa non leuis symptomata habet coniuncta, quae nunc explicare, & quantum liceret, corrigere, nostrum est. Pertinent autem quaedam ad ipsas partes iam coniunctas, quaedam uero ad reliquas extra haesuntque haec communia: illa propria. Horum duo sunt: mollis caro nempe, & excrementa ad interioream coalius sedem: atque hiatus futurae: caeterorum plura, ea que grauiora, quae suo loco uidebimus. Nec eadem symptomatum illorum ratio est. Alterum enim carneam nimirum protuberantiam conditio corporis secum affert: alterum uero artificis parit negligentia. Describamus singula seorsim & mox remedia subnectamus. Fit caro illa mollis atque fungosa cum qui exundauerit humor, in eam motem a calore nostro excoquitur. Commune est hoc uitium corporibus patiens, & frigiditate humiditateque intemperatis, atque si ad haec incommoda & cerebri labes ab eadem intemperiem, aggregata sit. Abstumenda est caro illa, qua salua non licet incurricem docere. Tollitur aures,

autem, si penicillis uel liliis unguentum, uel Apofolorum, uel Damascenum illi-
namas, & naribus indamus. Hiant uero partes illae, quotiescunque eo loci, ubi
suturae inuicem diffident, rite, & perfecte non coaluerint. Certe non leue est hoc
symptoma, quod mirum sit quantum de operis dignitate, cuiusque pulchritudine
decebat, quae artis huius pars sine maxima, & praeciarissima est: & quam artifice
ipso indignam sit. Huic enim impares si quid erratum sit, quod uel imperitior fue-
rit, uel negligentius re gesserit. Adde quod denuo partes excoriari, ferro perundi,
& propriam curandi rationem adhiberi deceat, noua que fiat, & molestiarum, &
tormenti accessio. Dabunt igitur operam chirurgi, quantum poterunt, sedulo-
suras recte interfinguant, priusquam initionem moliantur, & quae scaturigo est
huius mali, arcte, & aequaliter connectant. Si quid tamen peccatum sit, reitanda
fuerit ea operatio, quam supra pro initione faciunda descripsimus. Non enim
refert utrum integram traducem, an eius partem uelis inferere: unus est modus:
vna administrandi ratio. Quod uero ad caetera spectat symptomata, quae reliquis
partibus extra nates conuenire diximus, proximum est atque primum dolor ipse
ad omoplas, quem potius brachij a mediocritate eiusque violenta deligatio ex-
crauit. Itaque uel medicamentis agere, uel partes iunctas remittere, haud
quaquam locus est. Non enim id praestitus angustia & initionis aequitate licet
feri. Quare toleranda est omnis iniquitas, & ferendum, quod mutare non po-
tes. Quis quae animi ita pusilli est, & abiecti, qui communem recuset fortunam,
& sibi omnis incommodi exorti quicquid agar, bene, & uolupte esse ueliat: aut si no-
lit, ingrueute malo, ne quicquam lufferre possit. Cogitet unumquodque quid pe-
ta: quid exoptet, quid expectet. Non hoc leui coemtur. Difficilia sunt quae pul-
chra sunt. Magnis Deus bona magna uendit laboribus. An hoc exile est, & par-
uum, quod tantam labem, tam inhonestam, tam turpem amoueri contingat:
quod pristinum facies decus, & fauor nitor redeat: quod, qui in ista monstris, & spe-
ctaculi fueris, liberalior mox, & uenustior appareas? Perpendat quam spes in
propinquo sit, quam statim uoto potius, quam breuis sit hic dolor, & euandus
- *quoniam unquam dolorem*
- *Finis longa dies.*

Virg.

Quid nec triduum aberit, & liberaberis molestia. Mollim enim uehementia
haec accessu temporis, & sensum doloris consuetudo eblanditur. Atque si uelis
nec id mazare potes. Reuoca animum, & obfiste. Volenti nihil difficile. Non
est molestum, quod libenter & cum consilio fit. Duplex labor est, duplex ce-
dium, si obliuisceris, si coactus facias. Adeone mentem tuam ignauia occupauit, ut
plus tribus sensibus quam anima, his trilles, hanc finas marefcere. Perferet, &
obdura. Imperret ratio, quod necesse sit, magna Dea, uel dies ipsa mox in petra-
uerit. Praesta te uirum, qui & fortuna, & temporis obsecundare, scit, quid dicam
qui illis, & tibi ipsi imperare possis. Etenim quatridui (pacio leuissimam saltem
offensiuam non perferre posse, hoc feruile est, & indignum). Legimus diffi-
mili in causa multo maiora perperum esse Theodorum quandam Graecum tu-
rum grauisimam, tanta animi constantia, ut, qui se torquebat, Tyrannus frustra
tororum manus fatigauerit. Rupi enim uerba, fiducia laxauit, soluit equuleu,
laminas extaxit prius, quam elucere possit ut tyrannidij conficiis uir ille indica-
ret. Quin etiam (ut quantum inter immanissimos crudelatus confitej animus
indicemus) satelliem, penes quem domini arbitrium erat, falsa criminatione de-
tulit, & fidem latericij custodem eripuit, beneficioque patientiae non solum que
occulta fuerant texit, sed etiam tormenta sua ultos est. Quid de Anaxarcho dixi-
mus, homine omnium, hominum constantissimo, & inuidissimo (taceo nostros
illa catholice Ecclesiae lumina, testes fidei christiane amplissimos) qui cum ab Ni-
cocreonte Cypriorum Tyranno torqueretur, nec ulla ui inhiberi potera; ut tan-
dem, quem amare proindebat, ab maledictis decederet, iam que se linguam ex-
cisiurum esse Tyrannus minitaretur, eam protinus mordicus abscissam, & dentibus
commansam in os eius totam expuit, cum haec uerba prius dixisset non erit effe-
minate adolefcens haec quoque pars corporis mei, tuae ditionis: O insignem con-

a. Lianus. 4.
Val. Max. lib.
3. c. 3. exemp.

b. Cicero. 1.
Tullius. Val.
Max. 2. cap. 3.
exempl.

frantiam, & inuictum animi robur. Impar est equidem apud nostros ratio, & in
 quilibet causa diuinitus cruciatus: faccor, sed tanto magis id hoc loco conuenit,
 quod illi multo grauiora, & indigniora perpelli sinit, quam hic perpeti necesse est
 nec enim, quem nos speramus factum perceperint, non ingrati in equo in ma-
 iorum coadunentur, sed potius ad extremum malum eum in ad mortem ni-
 mium correpti sint. Sunt enim multi qui immanitate hic que egimus, & feruente
 tormenta cetera, superare plurimum existunt, atque hinc non solum ipsi hanc
 operationem aspernantur, sed alijs etiam dissuadent. Quis uero non multo am-
 pliora sunt, que multoties in gangrenis, in hernijs, & alijs ubi superiori libro di-
 ximus sufferre necesse fit, atque minori cum emolumento, & ut posthac longe mi-
 serabiliorem uitam agas, fatius que fuerit semel obijisse, quam perpetuo cum malis
 consistari. Tene igitur tam leuia, tam magna mercede commutatura non supe-
 rare possit, quid obest? Indos accepimus tam obstinatos esse, tam sui negligentes,
 ut sint, qui omne uite tempus huiusmodi exigant, modo ut corpora sua glaciali
 frigore Caucasii montis durent, modo ut flammis sese sine gemitu obijciant. Quam
 patientie meditationem quis non admittit? quis non suspiciat? & tanto plus,
 quod hi in re futilli capient nomen constantie. Non idanimum magnitudini tri-
 buendum est, si patiaris ubi non opus est, nec tute vel alij exipia conmodum per-
 cipiant. Ac quo igitur animo feras quod corrigere nequeas, & precipue cum
 breui dies ipsa dolere sentierit. Praestiterit autem interea cum amicis conuersari,
 blande confabulari, & seclis sermone illecebris sensus tristitiam delinire. Car-
 pitur enim animus solitudine, & magis in damna aduertit sua. At carissimorum
 aspectu hucina conuersatione, sepius confabulatione pelluntur curae: absunt
 moerores, & abilitate mentis animi delectatur animus. Sed que nam causa
 fit tanti doloris, hac in parte, referre opus est. Tribuendum omnino est, quod in so-
 lito more, & prater naturam leges, qui supra est, humeri articulus, & cum scapulis
 ex ceruice connectitur, attrahatur quouscule a media figura plurimum distendat.
 Dum enim, qui secundum naturam est, obseruat positum, iuxta thoracis superfici-
 em, ad latera aequaliter dependet brachium. At hanc loci atollitur nimium,
 sed et que scapulae superior elongatur, & basis inferioris angulus uersus costas an-
 trorum propellitur. Hinc dolor atque tanta sensus molestia, & praesertim ad in-
 finum angulum scapularum, qua cartilagineus est, & tenuis, & quo musculorum
 qui illic inferuntur carnes, & subili membrana inuoluitur tandem
 concedunt. Qua de causa, quod alteram est doloris ania, conuulsis partibus, &
 uiolenta laceratis, tam a capite quam ab ipso humero excretae, & de caetero
 & regionem eam distendendo lacerant. Sed que ratio est quod tan opere
 ad eum locum asligamur, non item ad humeri articulum? Multas enim parti-
 bus plus hic ab aequitate suis quam ille recedere uidetur. Concedendum id
 est deligationi, atque ipsi fascijs, qui brachium longe a limitibus suis ad rem-
 ptum stabilunt quasi & custodiunt. Ea propter in ceteris, si a media figura ab-
 sint, dolor angit, quod summa conuersione musculorum carnes distendantur,
 nec illis aliquid subsidio sinat: quod his totus brachij moles innitatur. Magis
 enim laborant partes eae, a quibus agendi est principium, & que reliquis subili-
 mento sunt: atque quo magis ab origine recedunt, eo minus asligantur, sic qui
 sine alligato molen ingentem trahunt, si plus laborant, qui proximè manuum
 admouent, quam qui longè. Aut, si qui duo onus humoris sustentant, ille quidem
 magis premitur, in quem moles illa procubuerit. Addit uero dolor animum quod
 ager in eam partem brachij qua laborat, decumbat, atque hinc prematur, & inca-
 lecat. Quandoque tamen in obnoxiam partem decubitus dolorem uidetur im-
 minuere, quae sane res uarietati, & exitum commutationi ascribitur. Vbi enim
 id conperitur est, & uidetur hoc praee omnibus maxime praesentaneum esse reme-
 dium. Ergo nunc in agram partem decumbat ager, nunc in oppositam sese
 transferat, circumspice tamen, ne quid ex partibus iam applicatis inceptus agita-
 tus uiolent. Solet enim multoties & carpi dolor egros adligere, huiusmodi uero
 ea tamen parte leuius, quod occurramus ei, non de illi ingenium. Doloris
 huiusce

huiusce non ea sane causa videtur, quæ alterius, quod suo loco pars hæc quiescat, nec ab æquitate figuræ ut illa, alio transducta sit. Hanc à principio dum rerum incerti inuestigaremus, post diuinam, eamque uariam contemplationem eò demum coniectura defleximus, ut cum ab oculis caluarie duriciem, cui articulus hæc inferitur, cum propter cuculli asperitatem id fieri arbitrareremur. Quam potest ueram esse & legitimam, præfidiorem uisus, quæ hæc in rem à nobis excogitata sunt, luculenter comprobauit. Nec quin accidat absolum esse. Cum enim carpi partes graciles admodum sint & neruæ, ut pote uenæ, arteriæ, musculorum tendones, nerui demum ipsi hic collocentur, atque hæc ipsa cutis multo tenuior quàm in ceteris partibus, nullavè infarctâ carne circumuehiat, non potest fieri, quin ijs collisus cum corporibus duris, atque asperis, non uehementer affigantur. Etenim & acerrime sentiunt, & tanto magis, quanto obiecta fuerint solidiora renitentioraque, nec circumiecta musculis carò, quæ huius non ignobilis est utilitas, inftar poluilli calidâ uim illi cedendo elidat. Occurrit uerò brachio cucullus, tela rigida & in media futura inæqualis, (non enim abest, quin semper ea pars elatior sit & inæqualior) atque craneum subter ducum simul & renitens. Hæc igitur ratio est, cur intense à deo pars illa, atque ferè non secus ac humeri articulus doleat. Concurrentibus enim simul corporibus duris & asperis, nec altero sua mollitie impetum alterius refringente, maior fit attritus uehementior concussio, atque si uis adfit cognoscendi, infuauior sensatio. Hoc tamen multis partibus plus euenit, si paulo negligentior fuerit furor, dum uentem illam construxit, aut dum natura quâdam temperie longe acrius ægroti sentiunt. Quapropter, si quando id accidat (non enim semper fieri consuevit) studebit chirurgus, ut illam futuræ partem, quæ carpo subiacet, excindat, circumducta forcipe ab altero termino, quos bene prius comprehendere opus est, in obliquum, ut illud, quod excinditur osatum fiat, atque ut exinde futuræ quæ hinc inde sunt, ne laxentur deinceps, ualido nodo irretiat. Interim custodiant, minidri brachium uelim, ne uel in alteram partem inclinetur, uel quod peius est, deorsum feratur. Proximum est ut quo loco opus fuerit, gossypium uel molliissimam lanam tomentum uel, carpo subiciat, & brachium eò reclinet, hoc enim corpus illorum occursum tam molestem, tam uiolentum, tam iniquum perbelle transigat. Atque hæc de dolore dicta sunt, grauissimo cerè symptomate, & cuius rationem plus, quam cæterorum, unuquique habet, illudque ipsum est, cuius gratia operationem hanc quamplurimi reformidant. Sed non est tantus, quominus, ut uideat tolerari nequeat, quem animus fortis, atque confians non superet. Superfuit tamen & alia, inter quæ prima est furor, eaque inclementior, quo magis acris fuerit, & uiscera hominis ut pulmo, uentriculus, hepatis, incalcant. Potissimum autem torquere solet, quod obturatis naribus inspirandi & expirandi cursus interclusus sit, & ore ad petro animam haurire oporteat, unde fauces arefcent plurimum. Experiuntur id, qui oppletis catarrho naribus, aut nocta referato ore inspirant. Poterit autem leniri si uis aqua frigida, si ore contineatur, & præcipue hordeacea, uel oxalidis seu lactucæ folijs, in aquam prius immeritis, sic & tenuia ex cucurbita refegmina proderunt, si frigidam hordeacea prius absorberint. Colligatur os, slymopo de succo citri uel de succo limoni, cum aqua oxali, uel lactucæ diluto, cuius guttulas & glutinose quâdam, quod secus in cæteris fiat, non erit religio. Proderunt etiam sigma ex mucagine pillij, & sem. citonior, si cum zucca. cand. uis. excipiantur. Eiusdem rationis est zuccarum in oxalidis qua dilutum. Perungulum aliud malum est, duplici nomine certe infestissimum, cum & uires carpar, & quæ in capite sunt coctiones uitiet, quorum utrumque summo opere cauendum est. Cum enim ex quo uictu tum temporis, uires sustineantur, atque hæc exinde perniciæ accedat, quis duplici hoc incommodo non labefactari eas admodum censet, & sic ubi corrumpitur coctio, quæ in capite fit, hæc enim quiete fit, & in summo in proximo sunt conduræ partes, atque ob plagæ molestiam, non admodum constantes, quæ & quid uictu sum fuerint in capite omne huc delatum excipiunt, & tardius æquique agglutinantur. Viget uero malum hoc circa initia cum ob ossium quod in deligando percipiuntur

tur *agritum*, quod dolor eos non leuiter affligat. Remedio fuerit protinus sub noctem quae somnum conciliet; alimenta exhibuisse, qualia sunt, lac ex feminibus in cionum, adaita aqua lactuca, & feminum papaueris emulsiōe. Sic temporaria innoxie profuerit unguento ex gemmis populeis, quod passim apud Pharmacopos proficit. Nec obest siera pium ex papauere, quod hora una uel altera ab assumpsit cena ad vne. j.s. cum lactuca quartario propinari poterit. Vbi tamen somnus difficiliter fuerit, nec quicquam prauidia haec conseruat, non absurdum fuerit, si globulum ex pilulis cynoglossi ad iij. uel vj. grana atque vna hora a cibo uespero offeramus, quod medicamentum, ubi somnus conciliandus est, non infrenue suam confert operam. Est tandem, inter symptomata illa, quae agritum moesta esse confecerunt, & renum dolor, aitate praeteritum, & corpore astante, atque si super regionem hanc *agritum* decumbant. Profuerit sane mutare decubium, & ad latera deuolui, nec non ijs, quae refrigerant, subsidium afferre. Mitiora sunt lac bibulum seu muliebre, quo lineae imbuntur, & renidis applicentur. Addimus quandoque rosaceam. Non iniurie est Galeni ungu. refrigerans uel simplex uel cum rosaceo a quis portionibus. Prodest & sandalinum quandoque admiscuisse. Haec enim omnia, & loca illa refrigerando aetiam abunde frangunt, & humorum fluxum subinde compescunt. Etenim frigore contipant, & dum dolorem imminuant, ne fluxio magis concitetur, gnauiter obfistunt. Hoc pacto igitur, quicquid de curtorum initione opus fuit, iam satis dictum est.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

De rescindenda penitus a brachio propagine, atque ut illam demum curare deceat.



ROTINVS autem, ubi iam partes curtae cum propagine coalescunt, opus est, ut eandem a brachio auellamus, atque totum nouae matri mancipemus. Id commodum ut fiat, definire prius expediat, quoniam tempore propagine rescindendi, mox quomodo oporteat, & quo pacto curarita tandem verò, quae ratio sit, ut si quae superueniant symptomata ea prohibeamus. Ac primum quidem haud subtili discussione negotium hoc indigere, censemus, quod, quemadmodum ubi uenit, apud agricolas, facile fit cognoscere id tam demum commodum fieri, ubi partes inuicem arte connexae sint. Hoc solum namque ex petitur, quo coniecto moram aliquam haud deceat necesse: Protinus ergo atque cum curtis partibus cutaneus tradux iuxta plagam amico fodere per fibras carneas simul coeuerit, & iam extrinsecus cicatrix sese ostenderit, iam ut rescindatur, opportunum fore credendum est. Veruntamen cum seipso plerumque die, ex Celsi sententia, nec ipsa experientia relinquitur, haec uino confirmata esse appareat nonnullis fortasse propter deligationis coedum, & ob operis compendium haud iniquum uidebitur, si tum temporis rescisionem hanc moliamur. Sed quam praepolere quam alienum ab ratione, si uel eam de causa affirmare licet, quod non uisitas saltem partes esse deceat, sed etiam confirmatas penitus, & cicatricis soliditate non mediocriter corroboratas. Atque ut hoc fiat, tempore opus est, quod omnia secum asfert, estque illo consultor haudquaquam melior. Senfim enim & per longa interualla conualescit haec unio, & prorogato termino longè amplius robur auancilatur. Cum etiam propago simul atque rescissa fit, tota narum cura demandanda est, haud immerito uidetur, ut aliquot dies superioribus a diuiciamus, quibus interim alimentum transmittere condiscant nares, eodemque ut tradux ipse paulatim infuscat, & uigorem simul acquirat. Tum enim copiosior multo sanguis affluit, tam suspensè delapsus ab naribus, quam inferne ab antiqua matre habens, quibus non mediocre alimentum accedere traduci nullis certe

neguerit. Nec opportunum videtur, ut statim ab adoptionis primordio tam durum tam rigidum in propaginem exercentis imperium, cum unicuique ceruicem fit, quam grauter, si statim a brachio euellatur, id ipsum lanam fit, uel sedis in solentia uel plaga molesta, & præsertim, quod intra ad narium recessus haud ita ualide ut extra, connexa sit. Tandem enim eo loci cicatrix obduci consuevit cum ab partibus molliorem, tum quod medicamentis difficulter aditus pateat, cæterisque de causis quas supra recensuimus. Callo autem in hisce partibus sic desiderato, veri quidem simile fit, & unionem ad ea loca minus ualidam esse, & constantem, & sic non uique iecuram, ut proximus rescindatur prologo. Sed cum ferè trigesima die, aut frequenter ad quadragessimam cicatrix accedat, ut supra diximus, fortassis in causa forer, ut si quis nimis experientia additus, atque in naturæ operibus in consulto suspicax fuerit, quadragenarij illam legem ob deligationem leuissimam suis ægrotis imperaret. Periculum enim fore ut minus tute traducem rescinderet atque ut ipse aliquando de naribus decederet. Sed amentiam hanc omnino uisus improbauit: estque hæc quadragenarij lex, ipsa deligatione extrahenda cum arti indigna, tum scilicet notis non postremis coniuncta. Non enim consilijs hic locus esset, & lanienam, non medicinam profiteremur. Venuntamen condonandum est aliquid empiricis, & naturæ myseriorum imperiis, cum non usque adeo temere id faciant, huius enim illarum suspitionis ipsa patientis salus, terminus est. Nos autem, qui arti hanc in istam notam extergere uolumus, inita, fauente Deo, accuratiori naturæ partium contemplatione, hanc regulam planè sustulimus. & deligationem breuiori multo spacio concludimus. Cum enim cutanei traducis uniuersam corpus, & demum, qua ratione tam intro quam extra coalesceret, atrente, atque singulis diebus contemplantur: iamque à primi septenarij fine tum ubi partes coaluerant solidescere, magis cutem, & ad usque alterius hebdomadae terminum augeri quotidie perspicere: cæteris uero diebus, & ad uigessimum usque nil ultero, uel per quam exiguum ad soliditatem, & robur accedere, tum demum haud ultra commorandum esse duximus, sed die uigesima traducem à brachio saluati euentu rescidimus. Sed cum eiusmodi ægrotorum maior copia nobis ferret, & iam obseruatione comperissemus, quam exiguum esse augmentum uestigium sub tertia hebdomada, aut quoque sumus deligationem angustiori meta descripsisse. Quare terminum eum nunquam supergredi uolumus, sed potius intra limites eius consistendo post alterum septenarium opustransegimus, consulta audacia nec successu impropero. Liqueat igitur quam necessarium sit, ut apparente extrinsecus unione, in dies aliquot propaginis rescissionem adhuc coniuciamus: quamque haud expediat, eum ad primum septenarij finem excindere, quod tum neque robur acquisuerit, nec unio eiusdem cum naribus probe confirmata sit. Hæc uero corporibus integris, & plerumque uel anni tempore sciocore & æstiuo uel temperamento bilioso ad minimum ad undecimæ exitum protrahitur. At per hyemis rigores, & autumnu uicissitudines, tempora que incerta, corpore precipue humido, frigidoque commodissimum fuerit, rescissionem ad uigessimum usque diem produxisse. Tardius enim obdurefcit callus, nec breui adeo uires suas tradux recuperat. Fuerit autem extrema refectiois meta dies uigessimus, atque ut plurimum per hyberna tempora, intra cuius spacium uel decima septima uel decima quarta ut nos sæpissime experissemus, non infœlici euentu hoc opus administrare licet. Tum enim corporibus paulo integris, atque etiam rigente celo, & unio illarum partium, & robur probe confirmatum est. His igitur sic constitutis iam actionem ipsam definire opportunum est, in cuius gratiam preparabile prius oportuit aquatum ouæ rosacea diluam cum pul. boli armen. uel dracois, sanguine. Sic flappeos orbiculoe, & fascias cum ut brachium, tum ut traducem deligemus. Harum illa que brachio destinatur, & longitudine, & latitudine cum superioribus conueniet. Nam præter ulcus nouum, quod rescisso tra duce excitatur, uniuersam aream circumplecti fascijs oportet. Hoc enim areæ spacium ad multos dies custodire conuenit, & quod tenuior paulo fit cicatrix propter humorem redundantem, quodque non raro ulcusculis, & phlyctenibus tentetur, ideo inie-

cta plum-

Æa plumbi lamina, sicciſque linamentis ad integritatem ea reducitur. Hæc uerò
 quæ traduci ad nares dicata eſt facia tam longa fit ut naribus iniecta retro ad oc-
 ciput extremis ſuis coeat, lara uero quaternos digitos, uel paulò minus. Hanc
 quamprimum à naribus diuertitur utrinque ſindi neceſſe eſt, ut geminato tam
 hinc quam inde ſine deſinat. Horum duo ſuperatis auribus ad lambdoideis api-
 cem religabuntur: duo uero pone aurium radicem tranſeuntes ad ceruicis princi-
 pium innectentur, eò tamen modo ut lora quæ ex altera parte ſunt, inuicem im-
 poſita ad *ꝓꝓꝓꝓ* ſefe inſerſcent quodque inferius eſt ſupra, ſuperius uerò infra
 retrò aures tranſducantur. Hoc etiam obſeruandum eſt, ut qua parte facia inte-
 gra eſt, & traduci inferni debet, paulò minus uno digito ab infima ora tranſuer-
 ſim eam incidamus, & huic altam perpendiculararem, quæ ſub ſuperna facie ora
 deſinat injiciamus. Ii enim ut hæc tranſeunte traduce haudquaquam reſupine-
 tur, ſed hinc inde compreſſus antroſum cedat, & narium formam ſenſim ſuſcipiat.
 Debet etiam linteola quadrata eaque quamplura, ac ignem parata eſſe in gra-
 tiam traducis, ut paulò infra docebimus. Adit poſtremo cultera cutiliſſimus uel
 nouacula, qua traducem reſcindi opus eſt. His omnibus rite paratis, & ad manus
 collocatis, en, adminiſtrationi ſemet accingere oportet. Curabit primo medicus
 ut ſuis locis uterque miniſtroſum adſideat: alterum quidem ut & ſemper aliàs, ad
 dextram artiſcis: inſtra ægri faciem ac ſupernam leſuli partem: ad ſiniſtram uerò
 alterum, & ad leſtuli laſus externum. Hic cubitum ille corpus obleruabit. An-
 te omnia facie omnes ſoluende ſunt, reiſcienſque cucullus a capite in hume-
 ros, atque dum ſectionem parat medicus, ipſi miniſtri, ut dictum eſt ſuas in cuſto-
 diendo brachio meantur partes. Ipſe cultrum dextra accipiat: ſiniſtram traduci
 applicet, extra quidem pollice, intra uerò indice ad radicem comprehendet, &
 adactò ferro radice tenus recta ad brachium reſcindat. Hæc ubi peregerit, iam
 tria relinquuntur: quorum primum eſt, quod medici officij eſt, ac que omnino præ-
 ſtantiffimum, eſt, ut eum traducem cuius re: duo uerò, nimum uſ brachium a pre-
 clinemus, & nono uulneri ſubſidium afferamus, ad miniſtroſum ſpectabunt dili-
 gentiam. Sed actioes hæc non temere diuidi opus eſt. Singula enim illico ſuas
 expoſcunt medelam, nec tot operibus ſimul uno impetu chirurgus uacare poteſt.
 Itaque pluribus uno eodemque tempore hæc munera licet committere. Sed ut
 unuſquiſque, officij ſui rationem queat cognoſcere, in primis ad traducis curam,
 quæ reliquarum omnium primas tenet, animum, & ſermonem conuertamus. Sed
 hic duo nobis faciunt negotium, unum eſt uulnus recens: alterum uerò quod re-
 ſiſſionem ſequitur, refrigeratio traducis. Nam ut ab hoc malo ſermonem auſpi-
 cemur, non minimum agit in exercitatis, & metu tenet ſollicitos, quod ſimulat-
 que reſcindatur, diſto citius ac in ipſo articulo reſectionis propaginem albeſcere
 conſpiciant, aut pro diuerſitate temperamentorum pallore ſuſtundi, & quali ca-
 lor ab ea expirauerit totum frigere, & rigere. Exiſtimauerit enim quis, iam euo-
 laſſe calorem penitus, atque mox traducem intermoriturum eſſe, cum tamen ſu-
 ſcepta riſe illius cura nihil minus timendum fit. Accidit autem tum frigeſcere, &
 decolorari propaginem tam operis inſolentia quam ipſa plaga. Cum enim cu-
 tis natura ſua frigeat, & iam callus internam eius partem occupauerit, plurimum-
 que eius temperiem profrauerit, non poteſt non heri ut auulſa ab materno ubere
 propagine, ſubſtratoque ſimul perenni ſanguinis affluſu pallideſcat ipſa, & frigore
 conſternatur. Sic cum ſubito adeo, & ſano impetu conuulſatur, non quidem ſu-
 blato calore penitus, ſed magna ſpirinum iactura immittro, aut ob actionis per-
 culſionem intro reuocato, quod conſternatis, & quibus aliquis meus ſubito inji-
 citur, uſu uenit, rotam immutari, & ad alienum ſtatim tranſduci propaginem con-
 tingit. Multis autem partibus plus hoc refrigerationis ſymptoma, ut hic dicamus,
 tam in frigidis corporibus, quam hyberno cælo moleſtum eſt cum quod ambiens
 aer non leuiter nares percellat, tum etiam, quod eo tempore interna plus calcant,
 externa uerò calore orbata rigeant. Sed nunquam propago magis erigitur, &
 calor que ſuis è latebris euocatur quam amico externi, & cognati calor ſotu. Hic
 collabentem ſuſtenat, & obrutum ſere rursus atollit proritato ſenſim ſanguine,
 qui

LIBER SECVNDVS.

71

qui spiritum affluens, & calore, in diuisis naturæ simul, omnes perinde noxas remouet. Ceterum hoc ipsum in questionem non immeritò uocari possit, nunquid vires tradacis usque adeo conseruari contingat, ut de interuentione aditus suspicio, si que denuò emoriantur. Sed una eaque per leui distinctione omnem remouemus scrupulam. Quoniam si refectionem duntaxat spectemus, haud ita duram, & vehementem esse credendum est, ut partis huius calorem, ut conque tenella sit, & imbecilla obluere plane, & perfundere ualeat. Innati enim calidi subtilitas, ex innato spiritui, & humido primigenio confluentem non vi que quaque inconstans, & lubrica est, ut causæ tam momentaneæ, tam non uehementi succumbere debeat, & eò magis, quo ad opantis nutriti influentibus spiritibus amice fouetur, & illa pro san guine parte quidem primo, mox uerò liberalius tonus irrigatur. Cuius communitio nec potest intercepti, nec abest quin infusus traduci calor, quamuis per exiguum sit, strenue tamen foueatur. Negandum uerò non est, si uin externi frigoris accipimus, quin ut enecetur, non præ foribus ad sit periculum. Si enim reliquæ corporis partes, quod de ijs patet, qui per niues iter fecerint, nec è natuo solo in alienam sedem transtductæ sint, uehementia frigoris concutiantur, quis dubitet eas algore consumi, quas genitalis aura haudquaquam fouet, sed aliena in regione, & iniuncta non hinc frigoris solum sed & quam plurimis alijs incommodis exponuntur. Tanta est externi frigoris uolentia, ut aufugiens calor ab extremis, & frigidis natura sua partibus, ad penitiores corporis regiones, si quod exiguum in aditu reliquum est, obortatur statim atque dissipatur. Dignos enim pedum, pedes ipsos, aures refrigeratas interdixisse multoties comperimus est. Quare, si externi frigoris fructum, si quod tradux imbecillus, & in ignota fede collocatus sit, perpendamus, haud ita difficile est, quin quam primum elanguat, & euascente calore intercidat. Veruntamen si plagæ non uique quaque uolentiam, si quod retrahatur calor, non expiret, si uicinæ partis, & ad opantis commercium ob oculos nobis ponamus, ut tradux post tot labores euictus aliquando emoriantur, haudquaquam uereorimur, & maximè, si protinus, atque relictus sit linteois repidis eundem stre nue foueamus. Hæc expirante caliditate, permittat conuenit: eaque ministrorum aliter subinde suppedabit. Id eouique faciendum est, donec aliquantisper iam recreatam esse propaginem medicus conspexerit. Metam negotio huic non licet continere, ob singulares corporum, & innumeras diuersitates. Cognosce mas tamen rediisse vires cum calore iam, & prorumpente ab internis sanguine rubefere tradux occipit. Tunc linteois repentibus, atque ad motis infra, qui oui aquato imbuantur, linamentis suppetis eandem fasciam circumplecti conuenit, quam eo modo ut paulo supra dictum, retro in occipite innectemus. Hoc itaque primum, & præcipuum magis, & quod soli chirurgo legari debet, officium est. Nunc de ijs quæ ad ministros spectant. Horum cura fuerit ut vulnere quod in brachio est tam nuper factum quam anti quo medentur, & brachium à capite reclinant, in suum locum, & figuram reducant. Minifter ergò, qui à sinistris est sup pan ligato oui infliccatam recentem uulneri imponat, mox, si quid est uulneris, in antiqua arca, suis præsidijs contegat, infratque linteo quodam, uniuersum denique areæ spatium fascijs inuoluat, & ad finem confuat. Non enim fascia nodum licet constringere. Ab ipsa curatione detractum à capite transfudere brachium ad mediam figuram, consilium est. Hoc sensum ac per momenta agendum est. Non enim sine ingenti patientis molestia repente atque uno impetu referri potest: nec subitas, & uolentas natura mutationes sustinet. Arreptum igitur à capite brachium sensum, ac ueluti per gradus reclinare, & in suum statum oportet reducere, quod muneris ille qui partis illius uulnera curauit minifter commodissime præstabit. Ut autem opportuno fiat, manu dextra cubium apprehendat ægri, & sinistra carpum seu carpi ad manus articulum, & deducit brachium in sedem suam reponat. Alter uerò subiciat puluina, brachium sustineat, sensumque componat, ut brachium uniuersum reclinat mediam figuram obtineat, quam, si re cte meminimus, superiori capite, diximus. Atque hæc est tradacis refectionis ratio. Reliquum tamen est, ut, quæ ad refectionem ad deligationem, ad uictus rationem, ad

ad accidentia denique, quæ non rarò aduenire solent, spectare possunt, paucula quædam in medium afferamus. Præceptum fuit, ut radice tenus propaginem rescindamus. Huius nulla tum fuit reddita ratio, ideoque eam tradere iam non omnino importunum fuerit. Videbitur enim cuidam fecus agendum esse, & inito curtarum narium examine eouique faltem propaginem excindi debere, ut cum curis prolixitate respondeat, minime verò ea longitudine excedat. Quorsum enim si usus non conceditur hæc liberalis rescissio? Forfitan eam, quæ residua esset, portionem coniungi liceret brachio, & ulneris indecentiam imminuere? Certe si cutem cum naribus, diuersâ plane parte coniungimus, an non licebit, & traducis quandam portiunculam rursus brachio connectere? Hæc enim anteq inuicem coniungebantur, estoque inter ea nulla naturæ diuersitas. Sed tria nos dehortantur potissimum, ut ad æqualitatem narium propaginem relinamus. Quam enim difficiliter post hæc quod superest, cum brachio coalescat, ostendit caro ea, quæ ad internam traducis partem, & circum oras eius increuit, quam detrahente iterum, supparari, & tandem agglutinare conuenit. Sed quam molestum est hoc, quam factu non facile, quam trechiosum, & diuturnum. Dni enim faciendâ est suppuratio. Sed diutius multo conglutinatio extrahitur. Neque id adeo iniquum esset nisi, & singulare dedecus, & partis deformitas accederet. Non enim ad amissim adeo, & ad pristinam æqualitatem coalescit cutis, quin collecta ea in globum quandam, & ob nouum humoris affluxum in molem excrecente, plurimum brachium deurpet. Quod haud ita euenit: si excisa funditus cute, æqualem ualneri, & conuenientem inducamus superficiem. Hos igitur de causis haud opus est ea longitudine quam nares deserviunt sed prolixius multo, & radicibus a brachio rescindere traducem. Taceo quod hinc non leuis nobis emergat uititas. Cum enim multoties contingat ut siue parcius anteq enurita sit, siue post hæc, siue eam ingens quædam aeris iniquitas perculserit, decrescere propaginem, & in sese contrahisiam prolixior si fuerit, ad æqualitatem per se se cum naribus cedit: si autem ex æquo prius conueniat, imminuta ab præscripta narium mole deficit. Sed cum quandoque accidat ut nimium sit, quod excedat, quare circumspiciat chirurgus uelim, nunquid tum temporis aliquid demendam, & quouique id opus sit, pro recta narium conformatione. Certe seruari id, quod superest, uique ad conformationem oculorum uidetur, & incommodum. Si enim eius nulla est utilitas, quid opus est eam portionem conseruare integram? cur non rescindimus protinus? Nec pars ea commode deligari potest ob prominentiam, impeditque simul, & cibationem, & loquutionem atque necessario, uel hinc ad dextram, uel inde ad sinistram inclinat aut sursum compulsa nares angit. Accedit quandoque tabes oræ illius, quæ ob uirulentiam serpendo totum membrum inflat ferè immanissimæ absumit. Non enim calor ille exiguus tante molis conseruationi potest sufficere. Protinus ergo uel eodem die uel post tridie, quod prominet rescindere oportet. Attente tamen obseruet uelim medicus, & exacte designet, quantum sibi demendum sit, ut apta narium, & æqua fiat configuratio. Hic enim & uulgati illius uim, nequid nimis, & ozæ caliditatem, quæ prætermittuntur reuocari nequeunt, non infrequenter experimur. Nam si iusto magis ab cutaneo traduce dempserimus, inepas certè, indecoras, & multas conseruabimus nares, nihilque uel maxime anxius, & diligentibus dabitur, quod damnum hocce referat. Quæ de causa & præcipue, si coniectura affequeris, quod maxime uelit cutis decrescere, non solum, id quod superfluit, rescindere opus est, sed in operis administratione propaginem, ut in secunda operatione edocuemus, oblique excindere, ut tandem aliquid sit, qua incommodum illud, quod ex decrescenibus emergit naribus, non inepte, si non tollamus, quoquo pacto tamen corrigamus. Videatur igitur medicus, & omnes ingenij sui, & solertia neruos explicet, ut suo hac in parte fungatur munere, nec quid quod sit, & artem deceat, imprudens committat. Cæterum in deligatione illud haud præsertimandum est ne præter modum propaginem constringamus, & sanguine, repulso, caloreque uelut expresso torpecat ipsa, & mox intereat. Facile enim exiguum flammam extinxeris. His uero omnibus adenda est

da est comparatus ratio, paulo equidem liberalior, quam quae in superioribus fuerat. Ad hanc sensim ascendendum est. Non enim conuenit ut mediam fastidias excipiat. Opus quidem est, ut uires ex tenuiori cibo per infirmitatis tempora delectas recreemus: non tamen usque commodum est cibum affundere largius. Fovere non obruere volumus. Vt enim exiguum flammam non lignorum multitudine, quae potius opprimit, sed leni flatu, apppositoque mediocri fomento excitamus: sic calorem nostrum non ingens eduliorum quantitas, sed pauca, & lenis agitatio reficit. Sint uero cibi boni, & euehyi, ne quid excrementi succreseat, uel minus, quam si prauis, & nimis intemperatis uteremur. Vinum exhibeatur pro temperamentorum ratione. Curent aegri ne retineant seces, sed aliam iulbricam, & bene obedientem habeant. Si quid enim impurum egurgitauerit, id a rebus & naribus conformandis apprimere noxium est. Sic aerem caueant intemperatorem, ac praesertim per hyemis rigores, & autumnalium incertitudines, quorum impetu nares percussae luere protinus, & represso ad interiora sanguine deficere consueverunt. Haec igitur ratio est, quam in traduce rescindendo, eiusque curatione sequimur.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

De configuratione traducis, ut nares representet.



GRICOLATIONIS uniuersa ratio, quae in edomandis arborum fructibus, nouaque prole ex ramis diuerso, & in folio plantarum consordio, suscitanda consistit, quod peregrinum sane, & non inelegans rusticitatis opus est in exemplar nobis, dum curia restauramus, proposita, & hucusque foeliciter transducta in hoc uno adoptati traducis, & iam confirmati opera acquiescit. At hisce limitibus haec nostra rescindendorum curorum ars haudquaquam clauditur, sed postquam ea omnia, quae in hoc infirmitatis genere necessaria uidebantur, cunctis numeris, ut ego existimo, expressit, adeo pertinaci studio promouendi gradum exarfit animus, ut denuo uires suas exerceat, & ad celsissimum laudis fastigium ascendere non uereatur. Qua de causa factum est ut inconcussis in hoc uisusque aui naturae foribus, ad cuius penetralia accedere impossibile fuerat, haec una aditus primum perfringere, eandem in arenam prouocare, & de gloria decertare cum illa non erubuerit. Non enim facile dixeris cui nam horum palmam concedas. Ipsa quidem natura adoptandi traducis, cuiusque alendi prouinciam suscepit, & normam, quam sequeremur in efformandis naribus, tradidit. Ars uero peculiari industria describenda, implantanda, efformanda propaganda, atque id instrumentis, medicamentis, & in operis tutelam ad consummationem usque excogitatis machinis, non minori ausu, & successu negotium sibi desumpsit. Pari animo certe paribus consiliis equali plane studio utraque illarum rem administravit, ut si quae est naturae non ingratis uices ars rependere, & nutritionis premium rite persoluere, cum quae legitimam filiam decent, maternos mores perbellè amuletur, atque ut quae eandem primo peperit, nunc commutata uice, & in uerso ordine illam rursus producat, aut foetum edat maioribus suis quam similem. Longe enim uerius, quam quod Rutilius Aemilianus de Agriculturae laudibus effert, de hac nostra arte pronuntiare possumus.

Ipsa Pulcherrima quae lucis sidera currunt.

Naturam fieri sensu ab ortu nouum.

Quid enim admirabilius, quam partem eam tam uariam, tam insignem, mole sua inflexione, lineamentis, atque ut pristinis operibus apta sit, excisam semel de nouo reparare? Quid ad uenustatem, ad gratiam conuenientius? Vt enim partium utilitatem natura praemeditata prius apta posthac organa extruit: sic ars nostra eadem deperdita restituit, ut idem, quod antea, operanti animae commodum

emergat, & quemadmodum illa de promtram ex thesauris suis pulchritudinem membris addit quibuslibet, sic neque hæc, quam reficit partem, ut potest lepore suo, & uenustate indotatam relinquat. Verum quidem est, neque hęc ad maiestatem naturæ ipsam accedere, sufficit tamen, atque non leui pendatur, quod hæc eadem, exhausta tandem naturæ potestate si non idem, quam simile tamen, & quod eundem usum, cuius gratia omnia fiunt, opus efficiat. Non igitur aspernanda fuerit, sed obuijsulis amplectenda, nec uerendum, si quid mali sustineatur, si dolores, si cruciatus si difficultia quæque superanda sint. Isthuc enim molestiæ magno mercede, & fanitatis compeniantur, & decoris in corpore. Sed accedamus tandem eo, quò nos ipsa operis ratio reuocat, & uideamus, quo pacto tandem quod ultimum est huius artificialis naturæ propagationis officium expleamus. Quo pacto iam superasse omnia, & ad metam felix nosmet deuenisse uidebitur. Vniuersa traducis configurandi ratio, tribus præcipue partibus contineri uidetur: myxis nempe, & columna efformandis, infusione eiusdem, & tandem æquali totius traducis atque contententi ad naturæ typum conformatione. Nihil tamen tentandum est ante decimumquarum ab refectione diem, quo elapso adaptatus tradux fat roboris iam acquiuit, & obliterata hospitijs nouitate in familiam eandem cum curtis naribus coaluit. Tum enim ex diutina consuetudine, partibusque intrò paulo laxioribus liberatus affunditur sanguis, & adueto iam in propagine calore, feliciter multo conficitur. His accedit largæ uictus ratio qua continuo nouus sanguis idemque copiosus suppeditatur. Accedit, & illud non postremum quod recens in traduce ualuis abunde iam suppuratum est. Non igitur ante decimumquarum diem, sed uel in eodem uel paulo post operationem hanc aggredi necesse est. Intraea temporis omni diligentia custodire traducem oportet, & medicatione, & deligationibus. Hæc enim ut uirum robur, citissime acquirat, atque ut maturò suppuret non mediocriter conferunt. Medicatio tribus continetur, & primò ad interioris uulneris iam inueteratam curam mundas, uelut diximus unguento ex succis uel ex pompholyge, uel separam, uel inuicem commixtis, illinere, & in nares indere conuenit. Suppurationem uerò extrema propaginis ora, recens scilicet ex diffinitione uulnus requirit. Id curabimus linamentis alterato suppurationum illius, & traduci applicatis, atque per primum sepreparatum. At frequentibus septem diebus unguentum ex succis uel ex pompholyge non erit inutile. Sequitur tandem cura, quæ partibus externis debetur, & cum cicatricis tum uniuersam cutanæ superficiem uenustatem respicit. Dabit enim medicus operam ut probe solidescant cicatricis loca, & quam honestissime, atque ut calorem genuinum fouendo uires suas partes illas recuperent. Hoc sane pluribus prædijjs licet assequi, ex quibus nobiliora, & longo uis nobis confirmata, atque pro anni partium ratione describimus. Sunt autem cæcata, quæ extra applicantur, & fons humidus, quibus ante quam cerata applicemus perlundimus traducem. Aethiops igitur tempore ceratum dia phoenicium, & quod ex ceruisa paratur conuenit. Commodius uerò fuerit, tam ad cicatricis decorem quam ad partem robur, si olei de Beta, quod satis est adungamus. Sed & hoc ceratum non uulgare est. Recip. styracis liquidæ vnc. iij. cere flauæ vnc. ij. thuris, myrris, olibani, ligni aloes, an. vnc. s. Redigantur singula in tenuissimum pollinem, & oleo amygd. dul. recentis, & cera cum resina q. s. ex arte paretur ceratum. Ante tamen, quam ceratum applicemus, singulari euentu generoso uino aut cretico, eo que repente foueri partem eam multoties experti fumus ac multo magis si in lib. eius dimidia quinque grana optimi mulchi macerentur. Euenit uerò tradux spongia, uel linteoilis hoc uino inuaccatis, & applicatis, quæ fanicente exiguo illo calore permutatæ oportet. Sic enim aperiantur pori, & sanguis uerissime proleat. Quo factò ceratum adhibeat medicus, liberalius quidem, ut uniuersum cutis ambitum, & nares simul ad digiti vnus latitudinem inuoluet. Sed hyberno tempore, ac per autumnus uices fouere oportet, propagationem linealis vini spiritum aduenibus, & infratis, atque id quam læpissime. Vmurentiam. non raro hoc uino medicato Recip. Vini Cretici lib. ij. olibani, styracis liquidæ an. dr. j. ahipis, vini dr. ij. fundan-

LIBER SECVNDVS. 75

fundantur omnia per noctem in uino cretico supra dicto, deinde bis ebulliant, mox colentur, & colata feruentur. Barbarum uero ceratum in tenuioris foruntur hominibus non erit incommodum. Arabi licet hoc prescribere opus est. Recip. Galbani opponacis, thuris, aristolochia longa, masticia, myrrhae an. vnc. j. ammoniaci vnc. j. s. litharg. aurci, olei communis, an. vnc. xvij. bdellij. dr. ij. lapidis Calamin. hemat. an. vnc. j. olei abinth. vnc. iij. terebinth. lib. s. olei rosetarum. vnc. j. Redigantur in tenuissimum pollinem, quae redigenda sunt, & gummi aceto dissolutis cum cera, s. artem reficiatur ceratum. Sed & hoc mirifice proderit. Recip. aristol. rotund. been albi, & rubri, an. vnc. s. rad. liliorum. vnc. v. ciccerum rubeor. lupinorum combustor. an. p. s. nucis mastic. cinam. an. dr. s. amygd. amar. contrita. vnc. ij. olei tartari vnc. ij. a. q. pluuialis lib. ij. contrita distillentur, mox liquoris. Recip. vnc. ij. olei caryophyllide ipica an. vnc. j. styrac. liquid. vnc. s. ambræ. scr. j. masticis dr. ij. terebinth. vnc. s. bulliant olea cum liquore, deinde additis reliquis cum cera. q. s. reficiatur ceratum ex arte. Alterum uero, quod ad tradacis curiodiam requiritur, ipsa deligatio est, eaque non in artificiosa. Cum enim ad narium formam, quam poterit rectius, propage debeat accedere, nunc sensim eam assuefacere, incuruare modice, apicem iam, & columnam effingere opus est. Sic enim ad eformationem multo aptior fuerit. Praeterea itaque immixtis urundis, extremam eius partem inflexisse parum, & mox adiectis puluisculis ut redeat, fedulo caussit. Sed accedamus aliquando ad institutum nostrum, & quo pacto nares eformande sint, tandem edoceamus. Quoniam uero operis ratio ab natura dependet, quam emulati omni fidelitate semper ars conatur, ideoque nos operis precium facturos existimamus, si ante, quam ad artis ministerium accedamus, de natu narium typo nonnulla praefati simus. Ars enim naturae fedula imitatrix est, suiisque operibus plus gratiae, & dignitatis affert, quo propius cum naturalibus conuenerint. Sed cum a seipsis plurimum nares diffideant, & quamuis eas ad certum numerum uelis reducere, innumeræ tamen earum species hinc emergant, atque adeo quoniam non eadem semper sit curtorum ratio, quare, ut multitudinem effugiamus, quae confusio, & erroris mater est, eam primo narium formam, quae naturae leges non excedat, depingere decreuimus, ut hinc facile cognoscant chyrurgi quo ad naturam imitari, & quam illa membris praescripsit, siquae normam seruare deceat. Hinc etiam discere licebit, quae eius, quod a medio citate decessit mensura, sit regula. Rectum enim suum, & obliqui index est. Narium igitur, quae naturalis, & sibi consona figura est pluribus continetur, longitudine nimirum, globulo, columna, alis, & quae Rufus myxas dixit, foraminibus. Narium longitudo tertia parte faciei aestimatur sic stas naturae legibus, ut quicquid est ab apice globuli, & ad frontis confinia in mediam intercilij regionem definit, quae narium longitudo est, aequali prorsus quantitate respondeat cum frontis amplitudini tum spacio illi, quod ab extrema nasi columna infra quae basis dicitur ad summum usque mentum exornitur. Quapropter ut aequam narium longitudinem subducant chyrurgi, & eformet, utram uelint istarum partium circini sibi prius explorent, & quam hinc deprompserint normam, ad nares applicent. Globulus porro, quae Rufus nasi extremitas est, in extremam longitudinis lineam infra definit. Ab hoc nasi septum, quod in labia transtruersum inseritur, & columnam efficit, superiori labri longitudinem constituit. Nam quantum est superioris labij, ab ore hinc ad nares imas, tandem erit protuberantium narium quo columnae longitudinem complectimur, a labro usque ad globuli apicem. Alarum ratio ea esse debet ut superior pars ab globuli apice sursum ducta oblique, & postquam ad medium quod est inter globulum, & maxillas deflexerit sensim rursus, infra arcus descendens, in regionem ex latere fini columnae oppositam definat. Foramina oratum referant figuram acutiori quae ad globulum est angulo, infra uero ad labra, obtusiori, qualia solent esse ijs, qui medium inter aequilinos uel aduncos, atque inter fimos sine depressas, globulosum parum atque qualis leonibus est nasum obtineat. Hi enim rotundas aequae illi uero in acutum naris utrinque atque inflexas s. inflexas myxas fortuntur. Ad hoc itaque na-

turæ exemplar cutaneum traducem effingere oportet, quotiescunque altius a deo nares refectæ fuerint, ut & columna radicibus, & alarum extrema fundus euerfæ sint. Non enim hæc quod callo peninus occulantur, animaduerti possumus. Veruntamen si qua columnæ, & alarum superfint ueffigia, pro earum lege effingere traducem, arque huius longitudinem ab iisdem depromere opuseft. Protinus igitur vbi nares conformare medicus voluerit, longitudinis ratione inita prius, eam regionem, quæ globulum habitura fit constituere debet, atque uel rubrica uel atramento eam notare. Mox alarum continia, à basi usque ad globuli summum, & hinc columnam ab eodem globulo designet. Hæc ubi peregerit, num ad libellam ea duxerit, curiosissime contempletur: ac tum arrepto cultro, eo que acutissimo, quoad traducem designauerit, totum excindat. Eam tamen sectionis legem obseruet uelim, ut quicquid est ad columnam recta linea extra uerò ad alas in arcum ut dictum est, profunde fatis, & oblique incidat, cuius rei causas, simulatque curationem abolerimus, quam primum edocebimus. Illam enim iam eformato traduce, ac dissecto, statim in situere conuenit. Penicillos igitur aquato ouimbuto iniiciat naribus, sed tenuiores, & mox ad eorum interstitium columnam adducat medicus. Caueat uerò, ut eam penicillis interceptat, ne forsan compressa artius stranguetur, & mox intereat. Ab hinc orbicularem supparam infra ad nasum subiciat. Hoc fit, ne uel columna prominat, uel penicilli ei abantur. Supra uerò cerauum infernere lintcolis munire, & tandem apud eicigare conuenit. Nec prius albumina, quam sequenti die remoueat, medicus uelim. Illud etiam in eformanda columna præceptum est, ut eam, tam latitudine, quam longitudine paulo, educat liberalius. Plura enim, ea que non negligenda hinc emergunt commoda. Principio quidem, si paulo prolixior fuerit columna, ne nimium contrahatur, probè consulimus. Cum enim ab initio, siue ob caloris ista duram, siue quod parcius sanguis affluat, siue quod nouis stimulis exagietur, sepe semper cutim decrefcere contingat, siue quod tenuis sit atque laxa ideo que non potest non à sua mediocritate columna deficere, & intra mensuræ modum consistere, & eò magis, quā uo plus, cum eam in ferere oportet, de callo demum necessarium est. Quare si prolixior sit, quantumuis decrefcit, licet quid de ea extellatur, non tamen usque deficiat, sed quod antea excedebat ad moderantiam quandam & temperiem contractum transfuatur. Quod & de amplitudine columnæ sentiendum est, quæ & ipsa exilior redditur, & dum occallefcit, multò angustior, quo factò tandem, & ipsa ad mediocritatem redit. Nec contemnendum est, quod globulum sustentare ipsam oportet, & hinc robustiorem esse, & ampliorem, atque adeo, quod si latam basim habuerit, minus nobis in inferendo facillat negocium, & inferta iam ualidius cum cæteris partibus connectatur. Accedit quod hinc uberrime sanguis affluit, quem alias parcius accedere, & præcipue qui paulo craffior sit, & maius robur afferat admisso non nisi tenuiori, & æquiori atque ad nutritionem ineptiori, ipsa transitus angustia concederet. Religiose igitur legem hanc custodiant medici, iubeo, uel ob eam quoque causam, quod facillimum sit, que superfint rescindere, quod uerò deficiat, ut ad datu posthac impossibile, ne uel eos tardè tandem, & sine fructu peniteat facti, atque una, & artis, & suam ipsorum dignitatem in periculum conijciant. Omnino enim inter duo errata hæc, amplitudinem potius quam angustias amplecti tutius est. Sed quæ ratio est, quod ad columnam recta linea ad alas uerò oblique introrsum incidendo cultrum circumducamus? Hoc non aliam ob causam fieri uelim, quam quod narium foraminibus, tum columna hoc pacto non modice consilium fit. Quicquid enim de alarum craffitie detrahatur, illud omne in roborem amplitudinem concedit. Atque id tanto audacius faciendum est, quam quod nota caro ea que mollis subinde eò loci repullulat. Accedit quod læscente ulcere ad interna cutis inuertitur, atque hinc alarum ambibus, non callo sed, cui obducimus speciosior multo, & honestior appareat. Quod uerò recto ductu per altitudinem, iuxta columnam cutim incidimus, id eius rei gratia fit, ne uel oblique excæuata ipsa extenuata que misere demum contabescat. Hinc supra craffiores paulo effingi eam uolumus.

Negligimus autem, qui ex cutis inuersione emanat, columnæ ornatum, quod hinc operis securitas, & partis utilitas plurimum decorem eum præponderet. Potior enim sunt, quæ necessaria, posthac quæ utilia, tandem verò decora, & splendida. Verum quoniam iam rothonas semel enformatos noua denouo caro eaque præmolis occupat, quæ internam eorum partem ad lumbas angustas atque ut dicitur, difficulter munus suis fungantur, adigit, curandum est, ut exempta carne quam maxime pateant, & tandem ad amplitudinem enformati iam, callo obdurecant. Vber verò est parte hac carnis cuiusmodi prouentus, præcipue ob loci uliginem, ut unicuique pater, & quam calori iam tot incommoda, tot molestias perpessus, absumere nequeat. Est ergo configurandarum narium non exigua pars, carnis huiusmodi exemptio, ac ne in futurum eluxuriet, cura præcipua, quorum illud ferramentis hoc uero medicamentis perficitur. Atque huic rei, tota animi contentione diligenter medicus studeat. Alioquin odiosam naribus, ac iniquam plane carnis molem adiunget, quæ & spiritum intercludet, & ob ineptam configurationem merito dâminabitur. Nunquam enim cutaneum traducem, nisi scialo excavatum in egregiam, & decentem nasi formam ducimus. Quinimo ipsa carnis mole aggregata pars illa scæde admodum prolabitur. Quamobrem etiam, ubi traducis moles paulo amplior, & quod ab forpitis præ raritate, & mollitie humoribus, intumuerit, crassiuscula fit, haec illius turgescientiam non absumi modo detrahere conuenit. Ut autem uel mollem carnem intra, uel illud, quod de mole superest, absumamus sub clarissima luce, opus administrare decet. Sed et itaque æger ad uersio lumine, & capite in ceruicem reclinato, in alterum minitrorum sese reiciat, ipse uero chirurgus supinatus quadantenus naribus, internam traducis partem secit, & diligenter consideret, & si quid superuiscaneum increuisset iam sibi uideatur, id omne ferris acutissimis simul & tenuissimis sensim, atque quantum poterit moderatione detrahat. Hoc sæpius repetere oportet. Nam uelur diximus ad sectionis uestigium caro hæc indefinenter succrescit, cuius prouentum uel lisdis unguento uel ex pompholyge illitis penicillis, atque mox postquam carnem demperimus, naribus utrinque inditis, non in epte coercemus. Hæc enim cicatricis partem eam quam primum obliuunt. Si uero autem diebus, turundas recenter illitas, prioribus tamen detrahis, bis oportet iniicere. Non enim remisse agere oportet, quod affluente hinc à cerebro, & partibus circumstantibus omni excrementorum genere, uligine nimia hocce uulnus scateat. Illud tamen, priusquam penicillos aduocemus, gossypio uel molli lana exergi cupit. Interea carnis amplitudinem animaduertat medicus, & si quid deesse ad magnitudinem eius uiderit, exculpere nullatenus uereatur, quousque ad certam moderationem, & quam natura infinitum conformando propaginem tranfducatur. Cæterum actionis huius, nullus dari potest certus atque definitus terminus. Quis enim tantam seram uarietatem, ob habitus corporis ob temperamenti, ob ætatem, ob anni partium diuersitatem, præceptis concluderet? Id sciens, & experto chirurgo committimus, qui occasione aucupata, quando cunquæ uel opus est, & iam pars aliquantum sese recreauerit, suo modo, & mensura, id administrabit negocij. Caueat tamen, ne dum intro ferrum circumducit, quois pacto columnam lædat. Exilis enim illius substantia est, & laboæ impatiens atque utram uicem in tota incidatur, admodum in preclui. Quare tutissimum foret, nunquam eò ferri aciem conuertere, sed eam primam ab apice globuli sectionem occiperis per dacta ea ad arcus dimidium, cultum eximere, & hinc ab extrema columna ad labium rursus impingere, sensimque ad oppositam partem circumducere, ut in medio quasi flexu utraque sectio inuicem concurrant. Secus enim si fieret, atque si continuo ductu ferrum à capite ad pedes producis, haud ita prompte cauebis quin uacillante ferro, & ob loci lubricitatem exiliente, magno impetu in columnam feratur, atque hanc non mediocriter afficiat. Porro non est, ut interea temporis assidua tormentorum iniuria lacessitum traducem uel contabescere uel labefactari quis exillimet. Tantum abest, ut quid tale eueniat, ut potius inficere sæpius uulnere eoque ualencius siccat, & cicatrice in dacta pars ea conualescat ac rigentior multo.

ac solidior facta quamcunque fortunam ferat, melius. Accidit verò hand ita flatis & poribus cicatrice partes obvoluit, sed vel citius æstiuo celo atque sicco, corporibusq; calidioribus, & siccoribus vel tardius multo per hyemis rigores, aut frino celo, temperamenti frigidis atque ficcis, & præsertim si, qui impiores, aut rheu matimis ob capitis labem obnoxij sint. Si quid tamen certo definire nobis liceat, quadraginta illis dies, aut vbi citius, duo detringata, vel ut nobis quandoque contingit tres septimanæ integræ dicari debent. In his verò si citissimum fit, ad quinquagesimum, multoties tamen ad sexagesimum, & vitra diem, perfectæ cicatricis spacium extrahitur. Et hæc una conseruanda cautatis ratio tantam agendi moram, qualem uix aliud, si quid recte velis curatum, necessario requirit. Hoc tamen præ cæteris exoptandum est, quod nullis ferè molestis, hoc totum curandi tempus expositum sit. Iam enim & domo exire licet, & liberius uicitare, nec tam arctis medicinx præceptis religiose admodum consisti. Hoc tamen obseruandum est, ut aeris iniurias euitent, & uictitandi libertate non abutantur, ne uitatis coctionibus, & sanguine impuriore, excrementisque procreatis, quasi manu facta omnis prauis humoris illuies, ad traducem erumpat, & nondum confirmatum penitus obruat. Quapropter huic incommodis tam æger quam medicus occurrant, ille quidem seruata recta, & temperata uicis ratione, potiusque copia, quantum licet circumcisa: hic uero, ut pro tempore, atque subinde pro cœli euasiantis statu uel hæcjs uel linteolis uel quouis modo poterit traducem munit, & incolumen ab iniurijs externis conseruet. Illud tamen noerint uelut, quantum opere frigoris impetum exhorreat, adeo ut eo percussus statim emarcescat, atque si quid extremis concedendum est, foueri potius extremo aere, si calidior fuerit atque ficcior, quam oblati traducem non præter rationem credimus. Quapropter ab aere illum custodire oportet, eoque magis per hyemis rigores, & autumnu ingratas uicitudines, quam æstiuo celo atque sicco.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

De infitione columna.



As v r v m. eformatis hoc pacto columna, & narium causatibus, calloque iam iam procedente, en, quod fecundum erat, ex supra propofitis, columnam inferere tempus est. Quod autem hucusque infitionem differre opus fit, nec simulatque columnam effinximus, eam itidem implantemus, quam plures caula sum, eaque non ignobiles. Impedit enim columna implantata iam, quominus nares resupinare, introspicere, ferrum alius adigere, & tuto circumducere liceat quod perbelle fidum ad supernum labrum propago infita nondum adheferit. Quæ quod ipsa hoc operationis genus respicit, non dnm perlanatis, que ad latera sunt, uulneribus. Ad hæc enim incommoda si non tormeta, si non as iniurias aggregaremus, facile de salute illius actum effer. Accedit quod si inferatur, priusquam callo hinc inde obdacto confirmetur, columna ut necessario decrescar, decrefens contrahatur, contra dta globalum fecum abstripiat, & hinc non sine dedecore mancam, & imperfectam narium faciem offendat. Itaque uel hac de causa, donec quod abesse possit deferuerit, & iam uires columnæ quodammodo recreatæ sint, illius infitionem differre conuenit atque uel in trigefimum octauum diem æstiuo celo: uel in sexagesimum sub hyerno frigore. Licet tamen quandoque tempus illius, ut supra dicam, in vnoquoque tempore opus aggredi. Sed ut aliquando ad ipsam infitionem accedamus, apparatus in primis eorum, qui uel futura sunt, infitione opus est, ab eorum operationum suspensio paulo diuturnum. Eo spectant acis incurus, & forceps, qui a parte que inferitur columnaris nomen sibi inuenit. Atque hæc operationi huic propria sunt: cætera uero communia, & præsertim cura infitione traducis, ne spe culari acutissimi, li-

nem oīi aequum, quod rofacea distans, stuppei orbiculi, turunda etiam cui aquo imbuit, quorum omnium usus, & hoc loco requiritur. Sed quoniam de his satis superque iam dictum est, ideo, peculiariter illa, & huic negotio solum dicata, prosequamur, & primum de forcipe, quæ acum ipsam usū præcedit. Vtitur autem ea, ad columnam inferendam, non quidem semper, sed cum eius basis in curvis perierit funditus. Tum enim partem eam, quæ columnam recipit excoriare decet, opus certe perdifficillimum, quinimo impossibile nisi eo generis organo uteremur. Pars namque illa depressior multo est, quam quod ferro admoto uel diligenti manu denudari queat, atque eo magis, quod huic excoriationi non solum duritie, sed altitudine etiam sua, & inæqualitate, qui ex parte obdixit, callus aduersetur. Vique adeo enim plerumque in profundum descendit, & quasi uinculis arctissimis robustissimisque subiectam carnem colligat, ut quiduis agas potius, quam cum sic expedias. Vbi igitur radice columnæ excisa sit, nec locum illum, ob calli profunditatem, inæqualitatemque, uel que dum carnem attingamus, denudari liceat, conati sumus huic difficultatibus contra ire, & forcipem hanc, quæ partes eas suspendere, non præter rationem excogitauimus. Habet ergo forceps manubria duo oblonga recta: alterum ferratum, cum annulo alterum, qui terræ, dum occluseris, iniicitur. Vbi uerò inuicem ununtur colliganturque statim ab connexa annulus a surgit rotundus, ea magnitudine ut omnes oris partes circumplectatur: Ab hoc supra æqualiter diuiso, utrimque laminae fatis tenues, quæ ex æquo, acieque obtusa occurrant, rectissime exurgunt: extra planæ, intra quæ maxillæ iniiciuntur, connexæ: supra acuminata, ut naribus indantur, infra parum ab circulo reflexæ, ut paulo distent ab ore, & magis in profundum possint adigi. Hanc igitur adigere cutim apprehendere ut supra emineat, & tandem præcidere conuenit. Sed cur incuruis potius, quam rectis acubus in hac futura utimur? Equidem cum loci conditio, tum operis securitas id nobis uidetur persuadere. Cum enim duæ sint futurarum species altera quidem per faciei longitudinem: transtueris altera. Et omnino vnam illarū hic adhiberi necessarium est, nõ potest nõ esse, quin illam in partem esse ad opus hoc: sane uerò perdifficilem admodum, & lubricam fateamur oportere. Quis enim est, qui non uidet quam impossibile sit recta acubus ea parte, quæ hanc receptura est, columnam trajiceret? Quomodo hinc, quæso eum eijciet? Non enim id licet obnāsi protuberantiam. Sed neque ab internis partibus extrorsum acum transfuderis. Quomodo enim id fiat per me uidere nequeo, & maxime cum nulla prioris columnæ adfuit uestigia. Sed quemadmodum hoc futuræ genus, quod in longitudinem nullo fit pacto administrari licet, ita neque illud per latitudinem, quamvis superiori possibilitate præter, sed quoniam, & difficillimum est, & ancipiti uenturi conuincendum. Maximas enim dum hanc columnam trajicimus, experimur difficultates, ob alas circumstantes, quibus nisi fama cum uolentia retrouulsis, hæc loca perforare non possumus. Sed toleranda esset meo iudicio, negotij huius iniquitas, dum modo uotis potiamur liceret, quod tantum abest ut fiat, ut nihil minus. Dum enim interna loca, quæ columnam exceptura sunt, ob futuræ robur, ad latera excoriationis facta pertundimus, non eò, sed ad alas extremas usque impulsæ fertur acus, hiantque media, quæ uel arcibus confringi partes prohibent, uel conglobatis ex contractione labris immentum, & uix tolerandum dolorem incutunt. Faceo quod infida admodum, & inanis futura fiat, cum latera columnæ trajici oporteat, tenuiori callo obducta, quæ lacerata facillime lium & anfractum iam remitterent. Vnde liquet quam fieri nequeat, ut rectis acubus, quomodo cumque tandem uelis, hoc operis genus perficias, sed incuruis opus esse cum ob operandi commoditatem, tum quia in longitudinem columnam affluere conueniat, ob eam, quæ transtueris fit ut paulo ante diximus, futuræ incertitudinem. Præterit autem binas uel ternas acus, ad manus habere, licet una tantum opus sit, ut finius uanam experiamur operam, alteram statim in huius locum substituere possimus. Stuppei orbis etiam parentur, & turundæ duæ albumine oīi infuscate, multo tamen exliores, quam narum amplitudo decernere uidetur. Cum enim affluentibus humoribus tam

in fite partes, quam circumstantes mox inuoluant, si qua ampliores sint, & grandiores, sanguinem reprimunt, & coactatus partibus inuentionem diffrabent. Ad hunc cultri tenuissimi, & acutissimi, uti & forceps, cuius operam in columna, recindenda, qua adoque etiam, dum antiqua columna basi superit, desideramus. Non enim cultris uti licet, quod ibi pendula columna substantia cultrorum aciem facile elidat: hanc autem ferro excoriare durum fit, atque summis doloribus plenum. Vix enim ulla pars est, quae acius sentiat. Promptissime igitur partes eas comprehensas forcipe incidimus, atque uno impetu, celeritate summa, tuto, & nulla uel exigua doloris admonitione. Sed locis suis haec omnia rite dispoſuisse ministrorum partes erunt. Quare aggredienda fuerit tandem infusio. Sedeat itaque aeger iuxta fenestram, sub aere limpidissimo, & stans chirurgus ex aduerso, columnarem forcipem explicet, hiantemque modice naribus immitat ad usque circuli ipsius lineam. Tum cutim illam, quae columna basi subiacet compressam suauiter interciperet studeat. Id eo pacto efficiat, ut inter forcipis latera cutis compressa promineat. Vbi illam sic intercepit forcipem confringat, & infra anulo ad manubrij alterius ferram applicato diligenter obfirmet. Mox callum detrahe, id scilicet quod inter forcipem superat, & demum tenuissimo ferro plagam leuet. Tum uero ab opere desistendum est, quando iam sanguis hilarior multo, & ubique sese profuderit. Hoc ubi peregerit, anulum abducat, forcipem laxet, & misitro tradat. Omnino autem illud seruandum est, ut priusquam forcipem remiserit, atente circumspiciat chirurgus non quid cum quantitate columna ipsius basis plaga conueniat. Tum enim si quid latitudinis, & longitudinis ab columna quantitate descuerit, siue incertis consilij his, recte ne, an secus negotium adiuuaueris, ad certam unionis spem, liberalius multo, quam parce de callo detrahis, longe latius est, nec quicquam incommodi pertinuisse, quod, si quid de uulnere emineat, cicatrice obducere non difficile fit, quodque eius uestigia sub prominentibus naribus, quasi tecto quodam deliteſcant. Vbi uero columna non fit excisa penitus, sed quadam conspicua reliquia forcipem aliam, cuius paulo supra mentionem fecimus injicere oportet, non cultram, quod sine summo cruciatu hanc partem non liceat excoriare, & quantum uolueris, & satis fuerit, uno impetu rescindere. Sub hanc excoriationem suae reſcissionem nonae columna basis praecidenda est, ad summam extremitatem, aut si uisio longior, fit, quod satis est, atque ut ea mediocritatem quandam obtineat. Hoc opus ut & superius sanguinis effusio terminat. Cur autem basim prius, post uero columnam excindamus, praecipua causa, est ne qui ab columna deciderit sanguis infernum opus impediatur. His igitur sic aduinitratam excoriatas partes sutura decet coniungere. Quamobrem acum chirurgus accipiat, & dextra manu, mediam apprehensam ad phyltri summum, si uero basis superites sit, sub illa recte adigat, sentimque adactam promoueat, donec ad superam plagam partem, & quae huic opposita est, exiliat. Vbi uero iam acum elapsam esse conſpexerit, coronide arrepta, sulterius eam compellat reclinatam tamen sinistra naribus, ne qua offendatur, & mox digiti apprehensam cum aliquota lini portione uniuersam educat. Hoc ubi peregerit, acum extergat uelim, ne in opere eam manibus elabatur, & columnam apprehensam secundum longitudinem, ab internis partibus extro totam perueniat. Non tamen ad extremum usque id fiat marginem, sed paulo intra, ne dum intrinsecus partes ille lacerate funiculum remittant. Ceterum traiecta acu confringere partes oportet, nodisque inuestere. Itaque filo leniter exaquo, & partibus mutuo contactu adiunctis, bis ante filum medicus implicet, mox blandè confringat, ab hinc denuo, sed semel implicet, innectat, & quod superest, rescindat. Sutura sic peracta penicillos utrinque immitat, & stuppeos orbes subiciat. Conſuetum tandem ceratum extra naribus infernere, ea ſque deligare postrema cura est. Interim quiescat aeger uelim per diem, uel lectulo decumbens, uel parietibus domesticis inclusus. Nec abest detraxisse quid potui, & usque ad quartam intra modum alimenta assumpſisse. Sic per belle cauebimus, ne citato citius ad affectos locos ferantur humores, Quarta autem die, per assuatos feruores, unionis

LIBER SECVNDVS.

81

unionis iam facte, vestigia apparent. Quapropter uel ad eius principium, uel ad finem funiculum lasare conueniet. At brumali coelo, corporibusque paulo humidioribus, & impuris, id sexta die factus est. Vi enim per aestatem septimo ad summum die coalescunt partes, ita hyberno tempore ultra decimum quandoque unio illa transferatur. Neque hic decoris admodum habenda ratio est, cum solo naribus cicatrix occultata, oculorum obtutum effugiat. Quod uero ad reliquam curationem spectat, haud opus esse credimus pluribus insistere. Id enim ex superiori infusiois cura mediocri cuius ingenio constare potest. Nam singulis diebus mederi locis oportebit, penicillis unguento ex pompholyge oblitis, uel que ad infusiois sedem applicentur, linamentis aridis, & ceteris, que supra in simili opere declarauimus, quibus exempta iam futura, eoque insistere conueniet, donec partes illae ualidissime coaluerint.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

De conformatione cutanei traductis reliqua.



ASTERVVM ubi columnae infusio iam firmiter adoleuerit, quod aestate ad decimum quartum diem, hyeme uero ad uigefimum, usque uenit, iam cura conformationis subsequitur, quae est uniuersae traductis mollis in ipsam narium formam constantis traductio. Nam utcumque ex superiori conformatione narium speciem iam cutaneus tradux non leuiter induerit, non minimum tamen a matris soliditate, ab solraque earum forma defecit, quod laxa adhuc substantia, nulla que ualida cicatricis robore suffulsa, molliorem quandam ostendet, & flacciditiam ab illa narium dignitate, & gratia longe alienam. Vix enim alimenta hucusque sustinuit, nec uitam per tot difficultates, per tot tormentorum aculeos traduxisse exiguum fuit. Quibus omnibus feliciter superatis, nullisque amplius lacessitis iniurijs iam robore proprio confulit, & ferè omnes prioris naturae mores exiit. Quo sane tempore iam extremus apex vigere incipit, & narium introcarice non mediocriter obfirmatis, sinuata earum substantia, compactior multo, & habitior reddita soliditatem suam, & constantiam nanciscitur. Id autem non breui licet assequi, sed diurno tempore, & praesertim pro diuersa corporum, & externi ambientis ratione. Innititur autem hoc extremum opus praesidijs duobus subulis nimirum intra: extra uero tectorio, in narium figuram efformato, quibus sepeus in hac tenella grate cutaneus tradux, sensimque sub ijs adolefcens, & ad extremum tandem, superpositi integumentum formam liquido representat. De his igitur, nempe de tubulis, & tectorio, nobis agendum est, atque id duplici modo, tam quod ad eorum substantiam spectat, quam formam. His enim duabus conditionibus ad hanc operationem accedant. Ac quod ad tubulorum figuram attinet, ea circularis est, oblonga, & inaequalis. Circularis, quidem est figura ea non tam exacte, sed qua parte media finem attingit, paulisper depressa, & plana. Haec demum latior est in inferiori parte ad alas, supra uero, & ad narium radices angustior, ita ut ab amplitudine sensim decrefcens, & moderate in angustias desinat. Illud tamen peculiare habet, ut infra, qua parte alas attingit, reflectatur parum, & extremas alas amice complectatur, qua uero globalis est, in star myrtacei folij antrorsum excurrat, & hinc columnam ab principio ad finem usque recta linea comprehendat. Hanc cum opposita docet concurrere ut ad mediam columnam apte & uelut dolatae afferes concinne coniungatur. Longitudo tubulorum inaequalis est. Nam qua parte elatiores sunt, & ad nasi dorsum uergunt, altius multo excurrunt, ut partes eas laxa carne iam uelentes comprimant, quam infra ex parte aduersa, ubi subter inane est spatium, aut si quid est, non opem nostram desiderat. Quare ab superiore subuli parte in inferiorem obliquo ductu pars ea descendit. Ceterum utrinque aequales mole, longitudine figura sint, ne uel crassiores, uel longio-

longiores, uel ob figuram iniquiores depulfam in angustias columnam intorqueant, afficiant, enecent: aut fupra, minus quam par est iam eluxuriantem carnem cohibeant, & callo nares obducant. Hos ex plumbo parare decet. Atque id cum ob temperiem illius metalli frigidam, quæ callum citius arcescit, & humores, si qui irruant, ab affecta fede reprimat, tum quod propter molliciam in temesbractæas efformari, & in quam uelis figuram duci queat. Hoc ab exordio, statim, atque columnas obfirmatas fit oportet agere ne partem mollem adhuc atque languidam, uel miuimum quidem offendamus. Quare sepius permittendi sunt tubuli atque primum imbecilliores, posthac paulo firmiores, utque dum soliditatem quandam, quod intra tres menses ab ipsa unionis die usu uenit, callus acquiuerit. Quod si factum fit, & iam nares parum per obduruerint repudianda est substantia plumbea, & solidior multo, & durior eligenda, cuiusmodi est argentea in mediocri fortuna hominibus, at in opulentioribus aurea, quæ uiliorem alij, siue ob temperamenti, siue ob inexplicabilem substantiæ rationem, tam arcessendo callo, quam quod cætera felicius sub ea succedant, multo uotes experti sumus. Expendit autem hæc metalli generâ tum seligere, quæ duritie, & soliditate uigeant, & extremum naribus constantia fastidium imponant. Tectorium etiam cum tubulis substantia conueniat, & pro temporis ratione uel plumbea, uel argentea uel aurea. Hoc cum primum tubulis utamur licet naribus quoque inferni debet. Eadem enim utriusque ratio est, & tubulis simul atque tectorio conformationis munus peragimus. Huius figura, abfoluta nares, & decentissime expressas referat, sub quo, uelut sub magistro exercitatus tradus, nares æmulari sentim condifcat, & diuurno usu confirmans aliquando natuam earum imaginem exprimat. Dorsum igitur, quod ab interna plumbi parte in globulum excurret, æquali linea protensum, obulsum, & striatum effingat. Latera uero æquali hinc inde fopordice, supra angustiora infra explanata magis descendant, & cum ad alarum radices accesserint reflexa extorsum, & hinc incuruata colliculos illos in narium alis exprimant. Anteuero simul atque globulum superauit tectorium, qui singulari arte in orbem colligendus est, tum reflexum acutum angulem subter columnam, usque ad labij principia excurret. Obseruandum tamen est ut inter alas & hanc partem spaciū quoddam intercedat, quo tubuli emineant, & aeri liberi ingressus, & regressus fit, atque id ad narium formam. Oportet autem tectorium inflexionis fupere terminum, & oleas omnino partes inuefitre, ut firmius copulata, ualidius comprimatur, & quod non negligendum est, præsertim hyberno gelu, ut cicatricem ab externis iniurijs uideatur. Quo tempore tectorij cauitatem ad extremas usque alas uel cocineo panno tenuiori, uel serico, uel sicco linteolo, ut calori narium consulatur, munire oportet, atque id uel singulis, uel tertio quoquo die commutare. Quamprimum enim fitum contrahit, & cicatrici quæ exiccanda est minus utile est. Quæ inuefitendi tectorij ratio tam æstu medio, quam sicco coeli statu, & cum ambientis calor uiget haudquaquam necessaria est. Sed præstitit ægrotos harum rerum abundare apparatus, & bina saltem tectoria, tubulos uero quaternos habere. Vix enim dici potest, quanta nobis si ea sepius permittimus, obtingat utilitas, atque id ut, opinamur uel ea de causa, quod hinc traduce sepius perflata minus humoris coaceruati, & calorem eius moderate adaugeri uideamus. Sic enim quæ ab aëris affatu inclufa continentur contra dâ uiliginē mucida fiunt, & breui post educto calore compurefcunt. Quare qui gratiam nouis naribus conciliare uoluerit, id efficiat, ut & tubulorum copiam, & tectorij habeat, atque ea subinde, & summa diligentia, permuet. Continetur autem tectorium funicularis quinque quorum unus augus est, cæteri coniuges: hi ad latera positi sunt: ille in dorfi uertice, & reliquis posthac annectitur. Huius decursus est, per medium intercilium, ac recta per frontem, perreptando sagittalem, & post fuperni uerticē decurrendo, ubi ceteris iâ cōnexis ad mediâ occipitij partē implicatur. Lateralium funicularum, qui supra est a mediâ tectorij parte originem ducit, ac per malas traheus, offi iugali infernitur, cique fupremam auriculam fuperauerit, ad mediam uique occipitij partem ad lambdoideis fermē apicem excurret, ubi coniugij suo accurrens,

currens, eadem, qua hic sed ex opposita delato connectitur. Atque in hac finiculorum unione, & sine pari ille comprehenditur. Ita enim firmius singula coniunguntur. Sic qui infra sunt funiculi itidem a media tectorii sede exordium sumunt, & hinc transfertim ad illius latera delati per genas subter aures feruntur, eumque ad principium ceruicis accefferint, mutuo tandem coniunguntur. Sed de his infra rectius. Horum substantia serica fit (linea enim uel lanca cutim angit) ad digiti latitudinem. Si enim paulo latior fit atque crassior, & inepra mole conspicua efficit, nec ob id firmius tectorium custoditur. Leuis namque moles leui funiculo ac fideliter suspenditur. Vbi uero exhor fit, & angustior non abest, quin acie sua penetret, & carnem exulceret. Colorem suo genio unusquisque estimet, honestior tamen fuerit, qui carnem amuletur. Sunt & apparandi annuli, per quos traiciamus funiculos, & tectorio applicandi. Hos addidisse multo uilius est, quam tectorium perforasse, ut usus fides fecit, quod siue intra, siue extra nodus emineat, semper tamen hinc tectorii latera, nec arcte, ut decet applicare ea traduci possimus. Non reticemus, & illud quod pro efficiendo nodo, in annulis quibusdam conueniunt, leuissimum quidem, non tamen omnis expertis gratia: Confucimus nos funiculum traiectionum iam annulo tenus conduplicare, & serico eiusdem coloris filo conuolueri. Ceterum quotiescunque absolutam numeris suis, ac decentissimam narium conformationem desideramus, non statim tectorium tubuloque abigere expediret, sed vel in duos annos eorum usum exaxiisse. Certe ea us temporis est, ut quantum ab ipso detrahas, tantundem, & narium deroges, & quod de eo addas, magno itidem fenore compentes. Hoc enim omnia secum afert, hoc idem, & rapit omnia. Cuique rei, quod fiat, crescat, adolescat, tempus suum constitutum est: id si impediatur, si non concedas, uana sunt omnia. Id multis quidem rationibus, experimentis, auctorumque grauissimis sententijs confirmarem, sed in re nota minus laboro. Itaque non reculent aegroti hoc quicquid est tectij, uel in gestandis tam diu uel toties permutandis tectorio, & tubulis, quod maximo aliquando cum fructu, & tranquillitate in animo, & uentis in corpore ad eos redibit. Sed agite, demonstremus tandem quo pacto tectorium deligare conueniat. Quod quidem non tantum, ut traducem custodiamus peragimus (nam & hac ratione uenit, dum iniurias imperentis aeris summuet) sed quod ipsius conformatio ex hoc eodem pendeat. Hac enim ut supra docuimus, & tubulis, & tectorio continetur: dum illi intra cutanem tradux suffulsum probe, atque hinc tectorio superstrato, & arcte incumbente, quasi duabus manibus effingitur, & illorum, a quibus comprimitor imaginem suscipit. In eum igitur finem deligamus tectorium, non ut muniamus ab externis iniurijs traducem, quod tamen ad cetera commoda etiam refertur, sed ut arcte eum confringamus, quo proxime ad rectum narium accedat. Summa autem conformatio in ea possimum nari parte uiget, quae ad globulum nari dorii finem interiacet, quo loci prominentibus hinc inde tumulis quasi si uallicula quaedam apparet. Itaque hoc loci arcte admodum comprehendere oportet tectorium, & ualide comprimere. Quod ut fiat atque ne uel supra uel infra funiculus exorbitet annulum quandam recta ad nari fastigium, loco supra dicto stabilemque defiximus, per quod uinculum illud traicimus. Huic alias adhuc è lateribus, aequali linea, duos addecimus, per quos eorum prius uinculum, & transfertim sub auribus utrinque praeter lapsum, ad certicis summum retro sinibus suis confringimus. Vt uero, & hos addiderimus ea possimum ratio fuit, ut ex lateribus tectorium illud comprimamus, atque ne uel ab eo loco, qui inter nari dorium est, atque maxillarum tubera longe abductum uinculum assurgeret, quod iam collectum, & annulis illis uelut compressibus confringimus, per nari latera, & maxillas paulo de pressas contiguo atque in posteriores partes decurrit. Accedit etiam, quod ne hinc quidem elabi possit funiculus, & uel ad superna uel ad inferna exilire, quod sane ad conformationem permultum intereret. Ceterum deligationem hanc, quod in ea conformationis summa atque dignitas consistat, deligationem regiam, uel à modo deligandi, transfertim, uel à positu infernam non immerito nuncupabimus. Veruntamen cum tectorium fa-

tis proli laum fit, atque infra arcū compressum, ne qua supra refluat, & non modo dice à naribus abscedat, itaque, & supra ad dorsi fastigium alium annulum amiximus, per quem trajecto funiculo supernas tectorij partes naribus appingimus. Intelleximus autem deligationem hanc, quæ supra est, non mediocri viui fatuam, paribus illis, quæ ab hac ad regiam constrictionem è latere intercedunt, comprimendis scilicet, & naribus arcu applicandis, atque plane hunc in modum. Primum supra per annulum traiciatur funiculus, & hinc oblique per latera delatus, ad alterum, qui regio annulo à latere affixit, proferatur, quo trajecto utraque portio uinculi, cum superior tum inferior, quam spectat, faciei partem comprimit. Id est etiam ex altero latere faciendum est, atque supra inicijctus funiculus, qui ad inferna reflexus per alterum lateralem erumpat. Qua parte uero supra conueniunt, & eodem annulo comprehenduntur, utrinque finibus suis, sub oculis per osis uigilis sedem atque hinc supra aures deferre oportet, & retro ad lambdoidis conuicia innectere. Quod dum facit medicus, exarquis que infra sunt, riteque compositis funiculorum extremis, ne attracta sursum refluant, ægrotus uideat, quæ per eandem cum regia deligatione femitam ad posteriora capitis tandem defcendunt. Cæterum deligationem hanc, quod per latera tectorij decurrat, lateralem appellauimus, aut, quia hac eadem tam superna quam inferna tectorij comprehenduntur, catholicam, uel si libuerit, obliquam nuncupemus. Nec potestremā est, quæ ex deligatione hac emergit utilitas. Nam & cicatrix ornamento confert, dum equaliter sub ea, coalescit cutis, & incumbentes eo humores longius abigit. Atque his duobus, tubulis nimirum impositis, tectorioque uniuersa conformationis ratio circumscribitur, quam si quis honestam & naturæ typo appetente conuenientem uoluerit, non statim instrumenta illa abiciet, sed quantum potest, ad duos uelque annos summa religione immota conseruet. Si quod tamen agros deligationis tectij coeperit, necbit quandoque interdiu tectorium seponere, sed remanentibus tubulis, atque id, ne grauius externo aere, laxantur, nares repetere uoluerit, tantoque magis id conceditur, quanto iam solidior redicta est propago, & iam nouæ nares receptis uiribus obfirmatae sunt. Sic cum deligatio hæc, quæ fit per funiculos, quandoque subiectam carnem, in facie vulneribus exasperet, non absonum erit, procul hinc remotis illis, tertia quadam latiori tectoriam continere, atque id præsertim notū dum sine illis esse licet, nullo modo. Tertia ea longitudine fit, ut ad posteriora religari queat. Latitudine exarquet imo superet tectorium, ut hinc supra globulum reflexa, & columam ipsam, & alarum extrema comprehendat. Hanc uno ab naribus digito mediam distendere oportet, ut illud quod naribus inferatur, integrum remaneat, & eam, quæ infra est partem supra per aures, quæ uero supra est, complicatam infra eas, per maxillas deferre, & finibus retro occurrentibus connectere. Sic enim & prætinæ deligationis fatietatem toliemus, & si quid incommodi accessit, non impediemus. Sed cum homines quandoque adeo incommodos inueniri uideat, qui difficilia summa constantia, facilia uero non æque tolerent (sunt enim qui strene duris primo obnituntur, si quid tamen mox clementius experiantur, nihil penitus obstitant, sed uel animo languent) non fecus, ac qui domum a fundamentis extruunt nec extructa iam cultum adhibent, illis itaque copdonare poterunt, medicum tectorium quidem penitus deponant, tubulos uero contineant, qui nulla uinculorum uel compulsi uelro subsistunt, aut si interdiu id reculent, notū tamen omnino adhibeant. Hæc itaque quam nunc descripsimus, integra, & absoluta conformationis ratio est, coronis certe, & umbilicus nostri operis, finis, & ratio, metaque, cur hanc difficilem, & prius intentam curandi uiam ingressi sumus. Restat tamen auctorium quoddam, & non illepidum resecti nasi mangonium cum pallentibus naribus uel alio quouis ingratum colore defœdatis, uel ubi cicatrix quam conueniat uel crassior uel depressior, uel decolor sit, ille perit uenustatis decor. Non enim de industria nostra quid desiderari uolumus, sed pœnitentis pro uirili nosmet elaborasse, ut quantum in nobis esset, periclitamur, & numeris suis absolutam hanc cirtorum restituendorum actionem ad manus uestras trademus.

mus. Nam & hic narum ducem sequimur, quæ non solum membris corporis nostri usus suos attribuit, sed nullo non ornatu, & lepore inuefit. Sed quod ad primum spectat, nunquam magis honestum, magis uenustum, lepidumque magis efficere poterimus traducem, quam si ætate mediâ atque urente lyrio in uergentissimo sole expano apricemur naso. Tum nares deregere, & tubulos abijcere etiam conueniet. Sic ambiens siccitate caloreque cum exterior cutis, tum interior perbenigne fouetur, & ablati omnibus excrementis callus solidescit, nec minimum est, quod ad coloris gratiam perinde accedit. Experta dicimus audentisque fateri ad tantam dignitatem ex hac una apricatione nares quandoque euectas esse, ut conspirantes in concolorem gradum cum traduce tam nostram quam aliorum fidè superauerint, adeo deposito omni pallore siue quod inhonestius est, luore, fuscadinem induunt, & maiculum quendam, iucundumque aspectu colorem referunt. Infolare autem nares post meridiem opportunum est, uel in ipsa meridie, atque ad horæ uel sesqui horæ spacium, non tamen ultra, uel multo minus, ne hinc lacessitum caput uel noxam quandam incurrat. Id singulis diebus repetere conueniet, quod quam gratiam conciliabit, nolo pluribus dicere. Cæterum quod ad infectionis compagem attinet, eam illiberaliter ornare, & quod obest remouere possumus, felle bubulo, aut uitellino uel caprino. Mirum est felle studinis, quod cicatrices summopere extenuat. Illud ladanò oportet excipere, & coralli pollinem admiscere. Saluberrima est aqua hæc: Recip. aq. uitæ quartò defillatæ lib. 5. sem. eruca. lupinor. an. dr. ij. radices ruta. dr. j. medullæ panis albilimi, n. j. album. ouorum n. iij. Macerentur per diem & noctem simul, & extrahatur liquor, quem usui seruare oportet, & leuiter alternis saltem diebus cicatricem illinire. Honestissimas reddit cicatrices foenum asini. Huic præci fel uiculi cum myrrha, melle, & croco addebant, & piside arca recondebant. Alij florem aris admiscbant. Nos tali pacto liquorem paramus, non inefficacem. Recip. foeni asini. mellis albi. aque ardentis. lupinorum. an. vnc. j. aq. florum fabarum. vnc. ij. macerato biduum, & mox liquorem per alembicum extrahito. Venntamen si hanc eandem aquam cerato ex cerussa adijciamus, illud efficacissimum certè, & maxima laude dignum experiemur, & præsertim si olei de been guttulas quafdam asfundamus. Aqua ex uitibus defillans mirifice prodest, atque ea quæ ex geniculis arundinum effluit. Ex hac eadem cum asini foeno, ac oleo de been liquore paramus, qui si addatur cerato illo, sane efficacissimè reddat. Poterunt ergo interdum inungere cicatricem medici, & nodi ceratum apponere. Venntamen si paulo depresso fuerit cicatrix, atque hinc inde, quasi ad uallem colliculi quidam affurgunt, tum si uidebitur, plumbeam laminam infernere oportet, uel testorium multo durius, & crassius, ut sic compressa partes ad æqualitatem redeant. Sin id minus licebit assequi, quod uel nimium extrema infectionis intumuerint, uel cedere nesciant ob duritiem, iam utique cicatricem leuiter, tamen usque quo sanguis eruperit, adrademus, & quantum satis est ad implendam cauitatem, carnem denuo procreabimus. Sin neque tum notis fatishat, certe extremas partium oras, quæque procul hinc eminent, denuo ferro exculpere, applicare, & futuris connectere oportet, atque tum nouam, & decentem cicatricem, quæque anti-quam illam obdura carne uel inducere. Sic enim fiet, ut obliterata illa, hæc noua succrescat, & noxam omnem penitus deleat. Videat tamen unusquisque ne idem quod prius, usi ueniat, atque frustra operam elocauerit, si uel minus, uel plus quam satis est, affurgere carnem patiaris. In eundem enim errorem incidet, nec nihil ægrum iueris, sed plus læseris. Quare adnitatur sedulo medicus, ne uel citius astringentia nimis adhibeat uel tardius, quorum illud cauam, hoc uero tumidam, & in æqualem cicatricem reddit, utroque nomine infestissimam simul, & abiectissimam. Hæc itaque sunt, quæ de narum refectione, pro posse nostro iam dicta sumus.

De labiorum reſtauratione.

AVRVM nunc & labiorum reſtaurandorū, ſi curta fuerint, chirurgia indicanda nobis ſupereſt, in cuius ueſtibus illud præſari oportet hoc quicquid eſt operis, arctiori longe ſermone, ſiloque breuiore comprehenſum iri. Iam enim ante, dum de naribus ageremus huius actionis præcipua capita tranſacta ſunt. Nam maximus hiſ chirurgiæ generibus inuicem conſenſus eſt, maxima aſinitas, atque adeo ambæ ex aggragatione uelut ex uno parentis utero ortus ſui primordia traſerunt. Non ita que mirum eſt, ſiſdem ſerè præceptis id generis chirurgiæ unanimiter innixæ, ad proprium ſcopum ſingulari colliment. Quare ne repetitis ſuſtiliter uerbis oneri ſumus legentibus, indicabimus faltem ubi id opus fuerit, quidnam ſingule peculiare habeant ne uel ambigendi cuiquam locus ſit, & nos promiſſis noſtris hauſdaquam ſterile dicamur. Interim chirurgos admonitos uolumus, ne quaquam has poſtremas operationes ritè tractari poſſe, niſi que prius dicta ſunt, curioſiſſime quis excuſerit, atque adeo in naribus ipſis reſtaurandis ſuam operam aliqua ex parte probauerit. Ex hac ſiquidem ceu ex fonte riuuli, promanant reſiquæ, ſuntque hæ prioris illius germina atque quod in opere præſtando malum à dignitate ſuperioris diſcedant, illius uelut æmula. Nam uſque adeo illa in opere ſuo proceſſit, ut non æmulari naturam, ſed ſerè ſuperare uideatur, atque ut oculos ipſos, acutiſſimos ſane, & certiffimos rerum æſtimatores multoties eludar. Sed craſſioribus ſiſ, radioreque Minerua hæc labiorum, & aurium tela contexitur, nec lenocinio tam ſubtili, & nobiliſſimo naturam imitatur, retardantibus id, & omnino decorem inuertentibus, quæ reſtitui debent, partibus. Eſt nihilominus quo & illæ progrediantur, nec improbandus, quem ex illis nancifcimus fructum. Siquidem ubi primas reuulſe non haurit, nec ſecundas uel tertias inhoneſtum eſt. Verum tamen hoc quicquid eſt rei, alibi certiori calculo æſtimabitur. Traduntur porro chirurgias aurium atque labiorum, hæc illi merito præſulimus, non dignitatem parium expendentis uel operis decus, ſed quod non minima hiſ cum naribus incedat neceſſitas. Multo enim propior eſt operationi narium, quam quæ in auribus ſit labiorum chirurgia, quæ eandem materiam, eademque de ſede depromptam cum naribus expoſcit. Sed labiorum, que curta ſunt, uelut dicim à nobis ſunt, non ſimplex genus eſt, quæ pro uarietate ſua uariam quoque curationem deſiderant. Horum ſpecies repetere hic non grauiſſimum eſt. Sunt ergo curta primò labia, quæ à ſtata quantitate deficiunt, uel ab ipſo ſtatim oru uel poſt caſu quodam ingruente, & calamitate. Prioris generis leporina que uocant, labia ſunt. Hæc uero adhuc duplicem ſortuntur naturam. Næ alia decurtantur ob cicatrices, ſi que in proximo conſiterint, nulla ſubſtantie parte deperditæ aſia mutilationem quandam ſubierunt. Atque hæc labia uerè curta dicuntur, illa ſi licet curta cicatricofa. Eſt tandè quarta labiorum curtorum diſcreta cum que certè curta ſunt, & curta cicatricofa ſi ſimul complicentur. Sed hoc quid compoſitum eſt. Cum itaque tria curtorum labiorum genera ſint, leporina ſcilicet, curta cicatricofa, & quæ uerè curta dicuntur, illa duntaxat cutaneum traducem ſecepſit, cuiusque ſarcinatur ope, quæ uerè curta ſunt, cætera non ſtem ſed abſque eo integritati reſtituntur. Dicemus autem de labijs leporinis primò, eo quod cæteris ſimplicibus ſit malum hoc, & curam facilius. Hoc in unoque labio ſi conſiſtat, eandem plane curationem recipit. Quæ ſi uero ſutura ſit, ab affectus natura, que ſeparatio eſt earum partium, que legitime altàs coherelant non obſcure indicatur. Videtur quidem aliquid & de ipſa ſubſtantia partis decedere, atque hæc opus eſſe ut tale quid in locum illius, quod deficit, ſubſtituamus: nil tamen ob eſt, quin nulla re ſuperaddita reſtituis in integrum labijs ſine noſtro, & optatis potiamur. Non enim hic faciendum cenſeo, quod apud Germanos agyrras quodam

dam & circumforaneos generis nostri opprobria, facitare audio, qui pefcio quomodo ex animalium carnibus probeccis maceratis, & alembico paratis has se reficere partes simulat, atque hinc multis optimorum pullorum, & caponum copijs, quas scilicet ceteris praestare aiunt carnibus, agros suos emungunt, non illorum labra, sed suam ut curent in glauca. Itaque partes eas, quae naturaliter lege unica decet esse, diuinctas iam coniungi rursus debere, ipsa morbi sedes inuoluit. Hoc uero coniungendi munus in primis naturae referat acceptum, pollicae & ardi, quae, quod impedit opus hoc, tollit, & eam quantum opus est, operantem praedij suis adiuuat. Porro artis munia fuerint partes primum excoriare, ut sanguinis conuulsione coalescant inuicem, excoriatas applicare applicatas confluere, conseruare, & temperiem suam, & salutem penitus reducere. Primum igitur illam labij partem, quae excoriari debet, sinistra manu sustineat medicus, & mox tenuissimo, & acutissimo ferro cutim illam aequaliter submoueat, usque dum sanguis sese effuderit, in angulum usque ipsius hiatus, & plagam exinde seuet. Hoc opus etiam forcipe si licuerit, administrabitur, & citissime, & mollissime. Idem etiam ex altera parte agendum est. Hinc eas attritas manu coniungere opus est, & sutura inuicem connectere. Tunc illud obseruabimus, ne leuiter, & per superficiem solum acus adigamus, sed totum perforemus. Itaque ab extra interiora uersus recta per labium impingat acum chirurgus, & per internam labij partem elabentem eximat: mox intra ad alteram plagam partem inicit, ad exteriora transmittat, funiculos bis implicet, confringat, denique semel implicet, nodo innectat, atque tandem rescindat. Obseruare tamen oportet, ne ad ipsam plagam oram, sed paulo longius ab ipsis traiciamus funiculos. Facile enim fit, ut lacerata partes ob molliorem remittant fila, & spem nostram fallant, quam certam esse, & in dubiam non esse, ut existimet, qui tam eleganter & ad amissum extrema uulneris coire, & ualide adeo futuris connecti uiderit. Harum numerum ex plaga amplitudine licet decerpere, quae uti inconstans est atque uaria, ita neque hic perpetuum aliquid & immutabile statuere possumus. Ab peracta sutura, stercorum uulnus aequato cutim mungere oportet. Quae propter stuporem eodem infuscat, ad adhaerent uulneri tam extra, quam intra, & fascia, quae postea madaeat, applicetur, renuis, mollis, atque sibi tota aequalis, lara ternos digitos. Hanc oblique ad superiora aurium, & per ossa petrosa in lambdoideis apicem deferre oportet, & nodo ibi arctissimo confringi. Porro cum fasciam internam labij partes non admittant, iam lintolum, quoddam, tenuissimum, atque postea benigniori imbibitum immittere, & loca ea ab fluxione munire conuenit. Vbi iam stuppe remotae sint, quod uel sequenti die uel tertio post fieri poterit curationi reliqua, quae conglutinantibus efficitur, insistentem est. Cum autem labiorum natura non minimum a seipsa differat, quae exterius cuti inuestitur, intra uero peculiari dotata carnis, tenuisque obducta membrana, perenni humore madaeat, pro partu diuersitate, diuersa etiam praesidia afferre opus est, non quidem substantia, sed consistendi modo, intra quidem humida, & fluentia: extra uero siccora, & concreta. Curabunt igitur exteriorem partem medici conglutinantibus, quorum copiam supra descripsimus, ut unguento ex cerussa linamentis excepto, per uniuersam plagam iniecto, mox cerato ex eadem cerussa superstrato, & fascia deligato. Intra autem remedia sunt syrupsus rosae, ex rosae, syr. myrteus, uel ubi fordida elluies affuerit lulebviolatum, aut mel rosaceum. Hae enim uel foetorem uel permixtum adhibita, & detersione, & exiccatione coalinum non mediocriter accelerabunt. His igitur admittentibus pollinem non paucum emolumentum fuerit. Verbi gratia Recip. syr. rosae, car. vnc. j. mellis rosae, vnc. j. pollinis thuris, scrup. j. Misce. Hoc medicamentum, quae imbutum lintolea, sepius iniicere labijs expediat. Sub quartae initium uel sub eius exitum tam futuram aliquam laxare commodum est, ac ad eam partem, ubi iunctis probe partibus natura nos edocuerit. Sic uulneris honestati consulitur. Veruntamen cum ille labiorum coalitus, tam propter substantiae molliorem, quam quod indefesso moueatur, non usque firmus atque robustus esse possit per tam breue dierum curriculum, & periculum sit, ne uel laxatis futuris dehiscat, itaque ut occur-

rant in commodis hęc chirurgi iam gluten apponere conuenit. Hoc addito blan-
de admodum ferri complectentur partes, utque dum fideliter conuertunt. Lice-
bit autem faciem remouere funiculos, simulatque iam gluten firmiter adhaerit.
Hoc enim ad decorem plage conciliandum non in commodum est. Efficacissi-
mum uero gluten flos calcis, si oui aquaro admiscatur praestat. Nos tamen tra-
gacanthi, mastic-gummi arab. ac thuris subtilissimum pollinem omniue albumine
addito certissimo euentu in hunc usum paramus. Ne autem quid desiderent me-
dici, quis glutinis apparandi modus sit, breuibus dicamus. Recip. tragac.
mastic-gummi arab. thuris an. dr. ʒ. albumina oui n. ij. agitentur albumina diligen-
tissime utque dum spumam eiciant, hanc biande detrahere conuenit, & quod
subter limpidum, & aequale est retinere, mox reliquorum pollinem inspergere ac-
que totum ad quandam inter extrema molia & dura, studiose permiscendo con-
sistentiam perducere. Eius apponendi hic mosus est. Parentur lintea bina,
duplicata, longa tres digitos, alta ad labij quantitatem, distinguanturque funi-
culis paruo intervallo diremptis. tot ex una parte quam ex altera: hęc glutine il-
liniantur, atque ex parte, quæ non recipit funiculos, & madida iam utrinque labio
admoueantur. Hac tamen lege id faciendum est, ut ipsi funiculi per spacium qua-
tuor digitorum, ab extrema linteorum ora mutuo concurrant, atque ut ad pollicis
latitudinem ab plage finibus ipsa collocentur lintea. Statim enim atque humi-
ditas quædam sese infinuauerit, omnis glutinis usus fuit. Applicato glutine iam
post sex horas, quibus interim labia comprehendit, funiculos licet confringere
appositos inuicem, moderate tamen, ne uel conditius ipsi dolorem summum ar-
cessamus, uel humores eò ruitos concitemus. Cognouerint autem medici con-
frictionis metas, si uulneris ora aequaliter sese comprehendant, & nullus uel exi-
guus admodum adfit doloris sensus. Interim uulneri linamentis sicis medechi-
mur, uel medicatis, qualia in arce curatione supra tradidimus. Dum ea imponen-
re commodum est, funiculos laxent chirurgi uelim, extergant uulnus, linamenta
infertant, denuo funiculos irretiant, linteolum tenue iniiciant, & tandem faciam
imponant. Atque id bis per diem faciendum est. Hoc curationis genus ad de-
cimum quartum usque extrahitur, scilicet cum absumptis humorum reliquijs, uul-
do inuicem nexi iam uulneris ora concreuerint. Si uiderentur autem ferri, ut dor-
miturus arger ceratum ex cerussa imponat, & fascia muniat, quod quantum uen-
tatem, quam gratiam cicatrici concient, nolo dicere. Hęc multo maior erit, si
quid eorum, quod pro traducis mangonio à nobis descriptum est, non infideliter
ipse exequatur. Atque nunc ad alterum labij uulneris genus, quæ curra cicatricofa
uocant, progredimur. In his amplior multo cura est, & studium obnixius, pro ut-
titi magnitudine, atque eò magis, si quæ ob callum decurtantur, mutilationem
quandam perpetua fuerint. Sed hoc aliud & non simplex curtorum genus est.
Solent hoc mali uim experiri, si perna potissimum labia, cum ferrum per nares
ad eundem altius, ad uelque labij sedem descendit. Ferè enim, quibus nares digi-
diantibus excisæ sunt, ad illam mali labem, & hæc noua accedit, & quotquot nobis
hucusque sese obtulerunt, prope modum omnes hoc incommodo potissimum an-
gebantur. Quam enim deformem sit malum hoc nemo est, qui non uideat. Quam
uero in commodum sit ex eo constat, quod omnem loquutionis gratiam, qua nil
homo habet praestantius magisque proprium, qua interprete humana consistit,
focictas, pessime quidem euerat, & corrumpat. Accedunt & alia: clades huius
mali non mediocres, dum gingiuas non solum, partes laxas atque molles uitari
contingit, sed & dentes frigidissimos, & durissimos, quæ corpora hybernis geli-
diss rigent, & huius caloribus torreat, atque uariis, & fauissimis externi aeris pro-
cellis incidantur. Atque hæc labes succedit temporis in abditiores etiam partes,
sese infinuat. Ita que non a spernanda fuerit cura hæc sed fedulo administranda.
Si enim quamplurimum partium salutem, & non postremam decoris consequi-
mur gratiam. Indicat autem hæc res maximam superioris chirurgi negligentiam,
quando si is induriam suam in uulnere perferendo comprobasset, neque quæ
hęc læsio uel non tanta obtigisset. Dum enim impense cicatrici student medici,
minus

